

יהוה

INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX 169.
כדברך הבינני
JOH. XVII. 17.
ὁ λογος ὁ σος αληθεια ἐστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

TA.

RDINAR.

BIBLIOTHECA

PATRUM GRAECORUM

DOGMATICA.

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDENDAM

CURAVIT

JOANNES CAROLUS THILO,

PHILOSOPHIAE ET THEOL. DOCTOR HUJUSQUE IN ACADEMIA HALENSI PROFESSOR PUBL. ORDINAR.

Vol. I,

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA DOGMATICA SELECTA.

LIPSIAE,

T. O. WEIGEL.

MDCCCLIII.

SANCTI ATHANASII
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

OPERA DOGMATICA SELECTA.

EX RECENSIONE

BERN. DE MONTFAUCON

CUM EJUSDEM INTERPRETATIONE ET ADNOTATIONIBUS.

PRAEFATUS EST

JOANNES CAROLUS THILO,
PHILOSOPHIAE ET THEOL. DOCTOR HUJUSQUE IN ACADEMIA HALENSI PROFESSOR PUBL. ORDINAR.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLIII.

PRAEFATIO.

Saepius et alios querentes audivi et ipse conquestus sum, opera celeberrimorum ecclesiae patrum, quorum summa fuit in dogmatibus fidei definiendis et stabiliendis auctoritas, propter raritatem exemplarium et pretii quo veneunt magnitudinem paucis tantum viris doctis ad manum esse, nec delectos ex illis prostare eos libros dogmatici et polemici argumenti, quibus praeter conciliorum acta in theologia historica sive dogmatum historia illustranda plurimum utimur. Pertinet haec querela maxime ad illos ecclesiae graecae theologos, qui per aetatem inter concilia Nicaenum et Chalcedonense interiectam, qua controversiae gravissimae de fundamentis veritatis divinae, de mysteriis trinitatis et incarnationis dei, tractatae sunt, scriptorum multitudine et praestantia immortalitatem nominis sibi pepererunt. Quotus enim quisque est, qui opibus abundet et cui contingat, ut meliores editiones Parisienses operum Athanasii, Basilii Magni, Gregoriorum Nazianzeni et Nysseni, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Theodoreti, aliorum, quae partim etiam in publicis bibliothecis frustra quaeruntur, sibi comparare possit? Nec tamen illis editionibus emendatioribus et instructioribus sine incommodo carebit, qui in lectione et usu patrum diligentiam atque accurationem criticorum sicut decet aemulari cupit, ut ex scriptis genuinis et quantum id fieri potest integritati suae restitutis veram illorum in dogmatibus fidei assequatur sententiam, neque falsariorum fraudibus vel librariorum erroribus vel interpretum incuria et imperitia de veritate deturbetur. Nam ut taceam etiam vetustiores minorisque aestimatas editiones nunc raro extare, in iis passim desunt scripta, quae postea ex codicibus manu scriptis viri docti eruerunt, adulterina et supposititia cum genuinis commiscentur, ipsa genuina, quae proferuntur, lacunis interpolationibus mendisque scripturae magis minusve depravata sunt, denique desiderantur pleraque omnia criticae recensionis atque interpretationis historicae subsidia et adiu-

menta, quibus imprimis monachi Benedictini ex congregatione sancti Mauri suas patrum editiones exornaverunt. Pars quidem optimarum editionum Parisiensium saeculo praeterito in Italia Venetiis et Patavii, aliae nuper Parisiis typis recusae sunt, sed exempla repetita non multo minoris venduntur quam archetypa nec facilius studiosis ad manus veniunt. Bibliothecae autem patrum quae appellantur, velut locupletissima Gallandiana, non complectuntur patres maiores, quorum opera pluribus voluminibus constant, et in aliis eius generis collectionibus, quae nostris temporibus inchoatae sunt et particulatim venales habentur, scripta dogmatica illorum ecclesiae graecae theologorum aut non reperiuntur, aut latine tantum exhibentur. Sic *Bibliotheca sacra patrum ecclesiae graecorum,* quam Car. Ern. Richterus Lipsiae a. 1826. edere coepit, non ultra tertiam partem Clementis Alex. opera continentem processit, et *Bibliotheca patrum ecclesiae catholicae, qui ante Orientis et Occidentis schisma floruerunt*, Oxonii ab a. 1838. sumtibus Parkeri excusa paene tota constat scriptis exegeticis. Insunt enim octo vel novem voluminibus, quae adhuc comparuerunt, Augustini confessiones, Chrysostomi homiliae in Matthaeum atque in epistolas Pauli ad Corinthios et ad Romanos a F. Fieldio editae, Theodoreti commentarius in Pauli epistolas. Quae vero Parisiis ab a. 1829. prodiit *Collectio selecta ss. ecclesiae patrum complectens exquisitissima opera tum dogmatica et moralia, tum apologetica et oratoria,* cuius plus quam centum et triginta volumina cura et studio A. B. Caillau et M. N. S. Guillon edita sunt, ea non graecum textum, sed latinas, quae exstabant, interpretationes scriptorum Origenis, Athanasii, Basilii, Gregorii Naz. aliorumque praebet. Neque altera collectio Parisiensis, quae *Patrologiae cursus completus* inscribitur, copiam facit legendi patres graecos, quum editor eius J. P. Migne solos latinos patres scriptoresque ecclesiasticos secundum saeculorum quibus vixerunt ordinem typis denuo exscribendos curet: in qua opera nunc evulgatis nonaginta circiter tomis usque ad saeculum nonum progressus est. Quo igitur rariores sunt editiones scriptorum quos nominavi et pretiosiores, quam ut a plerisque eorum, qui accuratiorem dogmatum notitiam ipsis ex fontibus haurire velint, acquiri possint vel conquiri, et quo minus fieri unquam potest, ut magna volumina parvo venditentur et latius divulgentur, eo aegrius ferimus ne delectum quidem librorum potiorum institutum esse, qui desiderium integrorum operum propemodum expleat. Ac profecto mirari licet, quod inter tot viros doctos, qui in scriptis patrum ad frequentiorem et faciliorem usum transferendis operam collocaverunt, nemo ad hos fidei orthodoxae patres ac statores, quorum sanctam cohortem ducit Athanasius, claudit Joannes Damascenus, animum videtur

advertisse idque sibi proposuisse, ut praecipuos eorum tractatus seligeret et iunctim ederet, quo theologis paratiores essent. Id vero ne temere dictum videatur hoc consilio, ut meam qualemcunque operam novitatis titulo lectoribus commendem, bibliothecas patrum selectas opuscula dogmatica continentes et chrestomathias patristicas accuratius percensebo. Ita simul apud lectores illud exsequar officium recognoscendi studia et merita eorum, qui nobis auctoritate sua in opere faciundo praeiverunt: quod officium nunc haud pauci ignorant aut negligunt.

Qui in historia theologiae litteraria versati sunt, sciunt collectiones scriptorum ecclesiasticorum, quae promiscue bibliothecae patrum dicuntur, pro diversis editorum consiliis delectu librorum multum differre diversaque ratione esse compositas. Aliae enim varios veteris et mediae aetatis scriptores ecclesiasticos, qui pauciora litterarum monumenta reliquerunt, complectuntur eorumque opera quae supersunt omnia continent aut secundum certas materiarum classes aut ex aetatum, quibus floruerunt illi, ordine digesta. Cuius generis sunt amplissimae illae *Bibliothecae patrum* Parisienses, Coloniensis, Lugdunensis, Gallandiana, quarum editores id studuerunt efficere, ut ad universam antiquitatem ecclesiasticam illustrandam quam plurima eiusdem monumenta viris doctis in usum parata instructaque paterent. Aliae angustioribus finibus concluduntur et scripta unius tantum classis vel argumento formaque vel scriptorum aetate distinctae lectoribus praebent: quas ad singularia quaedam studia theologica excitanda et sustentanda adornatas esse apparet. Inter huiusmodi bibliothecas sive collectiones patrum varie inscriptas locum obtinent eae, quibus complurium patrum tractatus dogmatici ac polemici continentur. Sicut enim exstant *Bibliothecae patrum asceticae et concionatoriae* h. e. opusculorum asceticorum et homiliarum sermonumque collectiones, ita dogmaticas quoque habemus a viris doctis ad studium theologiae dogmaticae et polemicae promovendum institutas, etsi nulla, quod ego sciam, *Bibliotheca patrum dogmatica* inscripta est. Namque eae partim prodierunt, antequam usu receptum esset collectiones scriptorum ecclesiasticorum appellari *bibliothecas patrum*, qua appellatione Margarinus de la Bigne, editor primae Bibliothecae patrum Parisiensis a. 1575. primus usus est: partim minoris sunt molis vel recentiores continent scriptores, quam ut splendidum illud nomen mereri potuerint: partim ad singularem quendam usum destinatae et accommodatae sunt, quem editores statuerunt in fronte indicandum esse. Unus Roeslerus collectionem ampliorem, de qua infra dicetur, *Bibliothecam patrum* inscripsit, nec tamen simpliciter *dogmaticam* nominavit.

Primus autem eiusmodi opus suscepit Joannes Sichardus. Is viginti circiter opuscula patrum dogmatica et polemica, quae in nonnullis Germaniae bibliothecis repererat, in unum volumen collegit, quod *Antidotum contra diversas omnium fere seculorum haereses* inscripsit et Basileae, ubi tunc rhetoricam profitebatur, typis Henrici Petri a. 1528. excudendum curavit. Aliquanto post Joannes Heroldus *Haereseologiam* ex eadem officina a. 1556. emisit, in qua pleraque ex Antidoto Sichardi repetuntur, praeterea Lactantii et Fulgentii scripta adduntur. Utrumque opus nunc obsoletum Ittigius in *Tractatu de bibliothecis et catenis patrum* p. 1. et 14. recensuit. Quae ab eodem Heroldo collecta et publici iuris facta sunt *Orthodoxographa,* ea non, ut ex titulo isto coniici possit, ad solam theologiam dogmaticam referuntur, sed ab editore ipso appellatur *theologica bibliotheca abunde satis sufficiens theologo in omnem usum futura.* Hi igitur viri quum id spectassent, ut ex disputationibus patrum contra varias haereses quasi corpus theologiae polemicae conficerent, deinceps alii selectos veterum scriptorum libros de singulis quibusdam controversiis vel locis theologicis coniunctim ediderunt et eos in fronte indicaverunt. Specimen collectionis huiusmodi dedit J. Vlimmerius Lovaniensis, qui scriptores nonnullos antiquiores *de veritate corporis et sanguinis domini in eucharistia,* Paschasium, Lanfrancum, Guitmundum, Algerum, Ivonem Lovanii a. 1561. edidit. Post hunc Josua Simlerus uno volumine formae maioris complexus est *Scripta veterum latina de una persona et duabus naturis domini et servatoris nostri Jesu Christi adversus Nestorium, Eutychen et Acephalos olim edita,* quae hoc ipso titulo inscripta Tiguri a. 1571. prodire iussit. Insunt in hoc volumine etiamnunc utili Joannis Cassiani, Leonis Magni, Gelasii, Boëthii, Vigilii Tapsensis, Fulgentii Ruspensis, Rustici diaconi de illo dogmate scripta: praeterea Justiniani imperatoris edictum rectae fidei confessionem continens et Joannis Maxentii libellus fidei aliaque eiusdem opuscula. Eodem fere tempore sylloge scriptorum de s. trinitate a Theodoro Beza Genevae apud Henr. Stephanum a. 1570. edita est, in qua, sicut titulus indicat, inveniuntur *Ἀθανασίου διάλογοι έ. περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, Βασιλείου λόγοι δ́. κατὰ δυσσεβοῦς Εὐνομίου, Ἀναστασίου καὶ Κυρίλλου ἔκθεσις σύντομος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως,* eadem latine ex interpretatione Bezae, Phoebadii liber contra Arianos. Quae Athanasii (vel alius potius auctoris), Anastasii et Cyrilli sunt et quae Phoebadii, eorum princeps illa fuit editio. Saeculo autem septimo decimo praeterquam quod Joannes Wegelinus libellos aliquot Cyrilli Alexandrini et Joannis Damasceni atque Michaëlis Pselli ad locum de persona Christi pertinentes ex codd. mss. Augustae Vin-

del. a. 1611. evulgavit, duo tantum celebriora opusculorum dogmaticorum syntagmata lucem publicam adspexerunt. Utrumque quaenam contineat, in fronte declaratur. Unum eorum inscriptum est: *Veterum auctorum qui* IX. *saeculo de praedestinatione et gratia scripserunt opera et fragmenta nunc primum in lucem edita cura et studio Gilberti Mauguin.* Editum id est Parisiis a. 1650. duobus tomis. Alterum est Leonis Allatii *Graecia orthodoxa* Romae a. 1652. et 59. duobus tomis, in quibus recentiores ecclesiae graecae scriptores *de processione spiritus s. et aliis* agentes, Nicephorus Blemmida, Joannes Veccus aliique in titulis utriusque tomi nominati continentur.

Saeculum superius atque etiam hoc nostrum satis quidem ferax fuit collectionibus monumentorum veteris ecclesiae, sed eae paene omnes anecdotis; quae ad varias disciplinas theologicas resque ecclesiasticas spectant, implentur. Paucae ita institutae sunt, ut aut omnino aut maiore ex parte libris dogmaticis atque polemicis constarent. Tales omnino sunt collectiones, quae duobus ecclesiae romanae theologis litteratissimis, Josepho Mariae Tommasi R. E. Cardinali et Petro Francisco Foggini, bibliothecae Vaticanae custodi, debentur. Illius *Institutiones theologicae antiquorum patrum* sine editoris nomine a. 1709—12. III. voll. ex typographia Congregationis de propaganda fide vulgatae sunt. In primo volumine post praemissas Leonis, Innocentii III. et Gregorii M. epistolas, quibus lectio patrum ecclesiae commendatur, lectoribus exhibentur Tertulliani liber de praescriptionibus adv. haereticos, Gregorii Naz. or. XXVI. et XXXIII. sive prima theologica, Vincentii Lerinensis commonitorium: in secundo Cypriani liber III. testimoniorum ad Quirinum et Basilii M. Ascetica, liber de iudicio dei, de vera ac pia fide, nec non eius Moralia: in tertio Epiphanii Ancoratus et Anacephalaeosis emendatiores quam in ed. Petavii. Reliqua quae voluit volumina quominus ederet, vir eminentissimus morte praematura impeditus est. Altera collectio ab Fogginio adornata Romae apud fratres Palearinios ab a. 1754. septem tomis prodiit hac inscriptione: *SS. Patrum opera selecta de gratia dei et praedestinatione sanctorum.* Primo tomo et secundo separatim venalibus *S. Augustini opera selecta* exhibentur, sequentibus Prosperi Aquitani, Fulgentii aliorumque potiora eiusdem argumenti opuscula, quae nolo singula enumerare. Meritis laudibus Schoenemannus editionem hanc praedicavit non modo nitidissimam et forma descriptioneque usui aptissimam, verum etiam emendatissimam. Vid. *Biblioth. historico-liter. patrum lat.* Tom. II. p. 189. Contra nonnisi maiore ex parte huc pertinent *Sanctorum patrum opera polemica* ab Francisco Oberthür *ad commodiorem usum edita* Wirceburgi a 1777—94. XXXIV. Voll. Etenim quod non promittit titulus hic ge-

neralis, vir doctus opera omnia apologetarum graecorum saec. II. et Clementis Alexandrini atque Origenis, item Tertulliani, Cypriani, Lactantii, Hilarii cum opusculis Minucii Felicis, Novatiani et Optati Milevitani ad exemplaria optimarum editionum typis denuo describenda curavit. Atque id quo consilio fecerit latius patente, ipse in epistola ad Franc. Antonium Vitale, Tertulliani Operibus praefixa exponit. Insunt igitur non solum libri polemici tum contra gentiles et Judaeos, tum contra haereticos et schismaticos conscripti, sed etiam tractatus de dogmatibus, moribus aliisque rebus ecclesiasticis et commentaria in scripturam sacram. Nobilissima vero opera polemica patrum graecorum saec. IV. et V. ab ista collectione, quae non absoluta est, absunt. Idem existimandum est de aliis quibusdam collectionibus minoribus, quae etsi id non in fronte prae se ferunt, tamen iis potissimum destinatae sunt, qui dogmata veteris ecclesiae ex patrum scriptis accuratius cognoscere cupiant. Cuius generis sunt *Opuscula patrum selecta* cum praefatione A. Neandri duabus partibus Berolini a. 1826. et seq. sumtibus Franclini emissa, et quae Oxonii a. 1840. iterum duobus tomis prodierunt *Scriptorum ecclesiasticorum opuscula praecipua quaedam* ab Mart. Josepho Routh, celeberrimo *Reliquiarum sacrarum* editore, recognita notisque illustrata. Illorum in parte priore insunt Clementis Alex. scriptum *τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος;* epistola ad Diognetum, Augustini libellus de catechizandis rudibus atque Tractatus XI. et XII. in ev. Joannis: posteriore eiusdem Augustini scripta aliquot ad controversiam Pelagianam pertinentia. Quae praeter illas promissae erant quatuor partes, lucem non viderunt. Alterius autem operis institutum maxime, nec tamen omnino ad rationes dogmaticas et polemicas accommodatum esse editoris praefatio docet atque ipsa opusculorum series, quorum pleraque dogmatici et polemici sunt argumenti. Etenim praeter Irenaei regulam fidei et epistolae ad Florinum fragmentum ibi exstant scripta Hippolyti contra haeresin Noëti, Tertulliani de praescriptione haereticorum, Cypriani de idolorum vanitate, Arnobii disputationum adversus gentes liber primus, Lactantii epitome institutionum divinarum, Athanasii expositio fidei, excerpta ex epistola Chrysostomi ad Caesarium et ex opere Gelasii de duabus Christi naturis, Cyrilli Alex. epistola synodica adversus Nestorium, Joannis Antiocheni epistola ad Cyrillum, denique symbola et canones priorum quatuor conciliorum oecumenicorum cum definitione fidei a sexto proposita. Reliqua a viro doctissimo in syllogen hanc recepta partim ad officia et mores Christianorum, partim ad quaestionem de antiqua romani praesulis auctoritate spectant, velut nobilissima Firmiliani epistola. Alia quae multorum manibus nunc teritur collectio, *Bibliotheca patrum*

ecclesiasticorum latinorum selecta, qua auspicanda Gersdorfius, bibliothecae acad. Lips. praefectus, theologiae patristicae studiosos sibi devinxit, non iis terminis circumscripta est, ut bibliothecis patrum dogmaticis ac polemicis annumerari possit.

Peculiarem vero inter easdem locum sibi vindicat, quae ab Christ. Frider. Roeslero edita et hoc praenotata est titulo: *Bibliothek der Kirchen-Väter in Uebersetzung und Auszügen aus ihren fürnehmsten besonders dogmatischen Schriften sammt dem Original der Hauptstellen und nöthigen Anmerkungen.* Lipsiae a. 1776—86. X. Voll. Etenim differt ea ab reliquis, quas descripsi, omnibus eo, quod scripta patrum graecorum et latinorum non integra exhibet utroque sermone, sed particulatim et carptim in germanicam translata linguam. Ceterum quo consilio talis bibliotheca ab Roeslero composita sit, ipse in praefatione primo volumini praemissa lectores edocuit. Profitetur ibi se theologis eruditioribus, quorum plurimum intersit monumenta veteris ecclesiae excutere, opera sua prodesse velle: quippe inter quos noverit multos variis difficultatibus impediri, quo minus debitum his monumentis studium impendant et fructus ex eo provenientes percipiant. Nonnullos enim minus peritos esse veterum linguarum artisque criticae et minus instructos ab historia, quam ut sine duce in lectione patrum procedere possint: alios inopia librorum laborare, quod editiones patrum meliores propter raritatem et magnum pretium paucorum in manus veniant: denique quum scripta eorundem partim sint intellectu difficiliora, partim maioris voluminis, alios multos, quibus fortasse non desit assiduitas, otium non habere ad ea legenda et ad campum eruditionis patristicae, qui latissime pateat, emetiendum. His igitur omnibus ut adiumentum et subsidium paret, id in Bibliotheca patrum edenda propositum sibi esse ait simulque significat, cur patres germanice loquentes fecerit. In deligendis autem libris et in excerpendo sedulo se curasse affirmat, ut nihil praetermitteretur eorum, quae ad historiam doctrinae christianae illustrandam valeant: hunc ad usum etiam verba graeca et latina locorum id genus classicorum ad marginem apposita esse et plerasque observationes suas eodem referri. Itaque vir ille doctus, quem Semleri exemplo in historia dogmatum tractanda singularem industriam posuisse scimus, id potissimum efficere studuit, ut theologi omnes, qui per illam historiam in theologia dogmatica proficere cuperent, ipsi ex patrum scriptis minore temporis dispendio ac faciliore opera cognoscere possent, quae publica veteris ecclesiae quibusvis temporibus fides fuisset, quid celeberrimi eius doctores de unaquaque quaestione imprimis difficili aut obscura sensissent, qui errores per haereticos diffusi essent et ex quibus

fontibus fluxissent, quomodo controversiae exortae et tractatae, denique quomodo in his paulatim dogmata sacra uberius explicata atque accuratius determinata et limata essent. Quod quidem operis institutum etsi non his ipsis verbis in praefatione declaratum est, certe ex universis studiis ab auctore ad id collatis cognoscitur. Ac profecto Bibliotheca Roesleriana ita comparata est, ut largam et idoneam theologiae historicae materiam praebeat. Primis quatuor voluminibus excerpta continentur ex scriptis patrum, qui ante concilium Nicaenum floruerunt: sex reliquis comprehenduntur opera patrum saeculorum IV. et V. et scriptorum quorundam posterioris aetatis eodem modo in angustum coacta. Neque vero omnia exponuntur opera, sed, sicut titulus quem supra posui, indicat, praecipua tantum, maxime dogmatica. In quo tamen observandum est dogmatica hic dici omnia veteris ecclesiae monumenta, in quibus de dogmatis theologicis quomodocunque disseritur. Quo sensu id monumentorum genus latissime patet nec solos complectitur libros dogmaticos, in quibus de industria aut singula doctrinae christianae capita pertractantur aut universa sicut inter se apta colligataque sunt illustrantur, sed praeterea apologeticos atque polemicos, quorum auctores dum veritatem divinam ab adversariorum ecclesiae calumniis et haereticorum erroribus vindicant, eam ipsam data occasione explicant et argumentis rationibusque stabiliunt. Neque interest quidquam, utrum illi libri formam commentationis vel tractatus habeant, an aliam sive orationis, sive epistolae, sive dialogi, dummodo sint argumenti dogmatici et lucem afferant dogmatum historiae. Qua ratione etiam ex tomis Origenis in evangelium Joannis et ex Eusebii, Theodoreti, Evagrii commentariis de rebus Christianorum, praeterea ex actis nonnullorum conciliorum selecta capita proponuntur. De ipso librorum delectu non est quod hic dicam eosque singulos persequar.

Inter chrestomathias patristicas varie inscriptas una tantum, quod ego sciam, reperitur, quae collectionibus patrum dogmaticis adnumerari potest, nisi *Opuscula patrum* Berolini et Oxonii edita, quae supra commemoravi, vel adeo *Collectionem selectam* ab A. B. Caillau Parisiis publicatam huc referri velis. Notata illa est hoc indice: *Chrestomathia patristica ad usus eorum, qui historiam dogmatum christianorum accuratius discere cupiunt, adornata a Jo. Chr. Guil. Augusti.* Prodiit Lipsiae a. 1812. duobus voluminibus. Priore volumine graeco continentur Justini Martyris ex libro de resurrectione quae supersunt, Irenaei regula fidei, praefatio Origenis in opus de principiis, Eusebii ad historiam ecclesiasticam prooemium, Athanasii tractatus de incarnatione verbi dei apologeticus et eiusdem professio fidei sive oratio περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ θεοῦ λόγου, Cyrilli Hierosol. catechesis

quarta, Gregorii Nyss. oratio catechetica, denique ex Joannis Damasceni opere dogmatico selecta capita de deo et Jesu Christo. In posteriore latino occurrunt Tertulliani, Cypriani, Lactantii, Hieronymi et Augustini delecta quaedam opuscula. Utraque et graeca et latina, ut editor in praefationibus more suo satis verbose declaravit, collecta sunt eo consilio, ut corpus quoddam doctrinae christianae vel summarium theologiae tum graecorum tum latinorum patrum ex illis efficeretur. Destinata autem est chrestomathia maxime iuvenibus, *qui ad historiam dogmatum christianorum recte discendam paulo ulterius, quam praelectionibus academicis fieri potest, progredi et viam ad propriam patrum ecclesiasticorum lectionem sibi praeparare cupiunt.* Hunc ad usum delectus scriptorum, quem fecit Augustius, maximam partem accommodatus videtur et liber, qui non raritate magnove pretio studiosorum de manibus excutitur, ab oblivione qua iam intercipitur vindicandus esset et commendandus illis, si liberior a mendis typographicis prelo exisset. Eorum enim tantus est numerus, ut paene necessarium sit singula scripta, antequam legas, ad exemplaria optimarum editionum recognoscere et emendare: id quod ipse olim expertus sum, quum Gregorii orationem catecheticam in collectione illa descriptam sodalibus seminarii theologici proposuissem explicandam. Promissum tertii voluminis, in quo *locos communes ex patribus universis* exhibere volebat, Augustius non exsolvit. Quae praeter Augustianam exstant Chrestomathiae patristicae, earum partim selecta patrum scripta vel capita ad alias quasdam disciplinas theologicas illustrandas studiosis suppeditant, partim factae sunt usibus eorum, qui sibi notitiam aliquam variorum patrum comparare, hoc est eorum ingenium, doctrinam, disputandi rationem, scripturae sacrae interpretationem, eloquentiam cognoscere cupiunt. Illius generis sunt Hermanni Olshausen *Historiae ecclesiasticae veteris praecipua monumenta*, Jo. Caspari Orelli *Selecta patrum capita ad εἰσηγητικὴν sacram pertinentia*, Ludovici Pelt et Henrici Rheinwald *Homiliarium patristicum*. Ad alterum genus referuntur C. F. Matthaei *Novae ex Joanne Chrysostomo Eclogae*, Joannis van Vorst *Joannis Chrysostomi selecta*, H. J. Royaards *Chrestomathia patristica*, Lud. de Sinner *Novus ss. patrum graecorum saeculi quarti delectus*. Sunt etiam in quibus selecta patrum graecorum carmina, orationes, epistolae cum aliis poesis et eloquentiae graecae exemplaribus componuntur, velut praestantissima Joannis Patusae Ἐγκυκλοπαιδεία φιλολογική. Illas autem chrestomathias, in quibus loci illustres, sententiae dogmaticae, apophthegmata moralia excerptaque ad pietatem christianam facientia ex patrum scriptis colliguntur, huius loci non est attingere.

Itaque recensui omnes, quae mihi innotuerunt, bibliothecas patrum dogmaticas ac polemicas et diutius quam in animo habueram, negotio hoc satis molesto me passus sum detineri. Sed non potui quin pluribus verbis commorarer in consiliis editorum explicandis et describenda librorum materia, quam in plerisque ex solis titulis cognoscere nemo potest. Iam hac notitia lectoribus subiecta testatum est, quod volui testificari, praecipua patrum graecorum saec. IV. et V. opuscula dogmatica, quorum exemplaria supra dixi maxime desiderari, ab illis collectionibus abesse neque igitur extare talem eorum delectum, qui desiderium integrorum operum quodammodo expleat. Excipienda utique est Bibliotheca patrum Roesleriana, sicut ex universa eiusdem institutione paulo ante a me adumbrata apparet. Continet enim volumine *quinto* excerpta ex nonnullis Athanasii opusculis, ex Eusebii Praeparatione et Demonstratione evangelica atque tribus de theologia ecclesiastica libris, ex Catechesibus XXIII. Cyrilli Hierosolymitani: *sexto* ex Ancorato et Panario Epiphanii, praeterea ex Titi Bostrensis contra Manichaeos et Didymi Alexandrini de spiritu sancto libris: *septimo* epitomas scriptorum praecipuorum Basilii Magni et utriusque Gregorii, item historiae ecclesiasticae Evagrii: *octavo* summaria Cyrilli Alexandrini librorum V. contra Nestorium et unius contra Anthropomorphitas, dialogorum Theodoreti, denique Joannis Damasceni de orthodoxa fide. Atqui nemo, credo, nunc erit, qui arbitretur, Roesleriano opere desideriis et commodis theologorum, quibus ille inservire voluit, satis esse prospectum idque etiam hoc nostro tempore historiae dogmatum studiosis commendandum esse tanquam accommodatum ipsorum usibus et sufficiens. Quid? quod Roeslerus ipse sensit, in eiusmodi excerptis acquiescere non posse, qui in familiaritatem patrum intrare atque penitus in theologiam eorum se insinuare velint, et propterea graviter in praefatione exhortatus est theologos, ut, si vires ingenii suppetant et otium librorumque copia, integra patrum scripta graece et latine legant neque hoc labore supersederi posse opinentur. Etenim qui ad patrum lectionem se conferunt hac mente, ut inde accuratiorem dogmatum notitiam hauriant, non satis habent nosse, quid argumenti singula scripta habeant, id quod commode ex summariis disci potest: sed si recte officio suo funguntur, etiam in propriam auctorum cogitandi, argumentandi, philosophandi, scripturam sacram interpretandi, dicendi scribendive rationem atque in universam methodum, qua in explicandis dogmatibus usi sunt, diligentius inquirunt. Haec autem et alia cum his coniuncta animadverti et perspici non possunt, nisi integra scripta legantur et relegantur. Accedit quod qui excerptis vel selectis capitibus ab alio propositis utitur, rationes suspensas habet ex alieno

judicio, cui se submittere, praesertim in hoc litterarum genere, intelligens quivis gravabitur. Sicut enim theologi ex partium studio et pro dissensione, quae est de dogmatibus theologicis, magnopere dissentiunt de patrum auctoritate et usu, ita vero in scriptis patrum alia aliis placent aut displicent et notanda videntur aut praetereunda. Ceterum qua mente Roeslerus studia Semleri aemulatus hoc excerpendi et epitomandi munus susceperit et exsecutus sit, antea iam breviter exposui. Nunc id unum subiicio, virum industrium haud paucos suo modo pertractasse patrum libros, qui parum conferunt ad historiam doctrinae christianae illustrandam, velut Eusebii Praeparationem et Demonstrationem evangelicam eiusque historiam ecclesiasticam, contra in aliis plurimum lucis illi historiae afferentibus compendium fecisse operae non sine fraude lectorum. Sic ex amplissimo et praestantissimo opere dogmatico Gregorii Nysseni, ex libris XII. vel XIII. contra Eunomium, non excerpsit potiora neque summam eorum ipse confecit, sed tantummodo κεφάλαια, summaria singulorum librorum universo operi in codicibus praescripta, germanice reddidit. Similiter de celeberrimis Augustini opusculis dogmaticis polemicisque labori pepercit, satisque ipsi fuit proposuisse Retractationum libros in germanicum conversos et passim adnotationibus historicis atque litterariis auctos. Illud vero, quod patrum graecorum et latinorum scripta nonnisi ex interpretatione germanica lectoribus hac in bibliotheca innotescunt, quantum ferat incommodi, non opus est rationibus argumentisque docere, et re ipsa iniuriam facerem theologis nostrae aetatis, si in universum id docendum susciperem. Roeslerus huic incommodo aliqua ex parte occurrere studuit eo, quod ad marginem apposuit ipsa patrum graecorum et latinorum verba, quibus aut controversiae causa vel occasio inesset aut subtilior dogmatis explicatio. Quo tamen effectum non est neque potuit effici, ut omnes voces formulaeque patribus utriusque ecclesiae in re dogmatica propriae et peculiares lectorum oculis subiicerentur, quorum vim et significationem nosse et observare oportet eum, qui veram illorum de dogmatibus fidei sententiam assequi studet. Nec quaeritur hic de solis terminis, qui dicuntur, technicis theologiae dogmaticae, quorum in usu omnes vel plerique inter se conveniunt, sed etiam de vocibus eiusmodi et phrasibus, quibus diversarum scholarum sive ecclesiarum doctores et singuli quidam patres proprio suo modo consueverunt uti. Quam ad proprietatem verborum qui non attendit, eum praetereunt subtilia illa sententiarum discrimina, quae in historia dogmatum plurimum nostra interest enotare et enucleare, quoniam in iis saepius fons vel sedes dogmatis ecclesiastici reperitur. Omnino diligens observatio usus lo-

quendi dicendique generis patrum, quo peculiaris eorum cogitandi sentiendique ratio et quasi forma ingenii expressa est, multum facit etiam ad rationes dogmaticas, quas secuti sunt, aperiendas. Haec igitur praesidia ad indagandam veritatem deficiunt eos, qui de doctrina veteris ecclesiae quaerentes scripta patrum non graece et latine legunt, sed versionibus utuntur sive vernaculis, sive latinis graecorum, et ex his sapere conantur. Quod vero gravissimum est, iidem variis obnoxii sunt erroribus ex imperitia vel negligentia interpretum, etiam ex partium studio, quo fides interpretum in hoc scriptorum genere etiamnunc sollicitatur. De Roesleri interpretationibus id quidem dictum nolo: sed hunc quoque interdum hallucinatum esse et a vero scriptorum, maxime graecorum, sensu aberrasse non dubitabit etiam qui non inspexerit Bibliothecam, si operis intra paucos annos confecti molem et difficultatem expenderit. Quod si igitur nec Roesleri studiis illa, quae multos ex theologis litteratis et olim desiderasse et nunc desiderare diximus, expleta sunt, profecto verendum nobis non est, ne edentes Bibliothecam patrum graecorum dogmaticam dicamur acta agere, qua ab temeritate animus abhorret. Simul autem strictim demonstravimus, cur nobis non probetur ratio Roesleri aliorumque virorum doctorum, qui excerpta potius ex patrum libris quam integra eorum scripta studiosis theologiae historicae proponenda esse censuerunt, neque putamus fore, qui nunc tale quid a nobis exspectent. Nec tamen novam aliquam nos proferre syntagmatum patristicorum speciem, quae dubitari possit an omnino sit commoda et usui theologorum conveniens, id collectionum eiusmodi, quas recensuimus, exempla docent. Alia vero est quaestio, an recte statuamus, nostris temporibus edendi operis occasionem nobis esse datam: de qua antequam dicam quid sentiam, necesse est de ipsius operis instituto vel materia et forma disseram. Id enim institutum quale sit, neque inscriptio ita indicat, ut nihil opus sit editoris professione, neque hactenus satis in hac praefatione explicatum est, etsi ab ipsa re exorsi sumus.

Primum igitur quod maximi est momenti exponam, quibus terminis collectio, quam simpliciter *Bibliothecam patrum graecorum dogmaticam* inscribere mihi placuit, sit circumscripta vel quaenam patrum graecorum opuscula dogmatica ex magna quae exstat multitudine et varietate deligere iunctimque edere propositum sit. Qua de re consilium meum ab initio praefationis ita aperui, ut in usum theologorum maxime desiderari demonstrarem delectum illustrissimorum patrum graecorum, qui quum principalia et universalia religionis christianae dogmata de trinitate et incarnatione dei in disceptatione versa-

rentur, in his ad sententiam ecclesiae explicandis et defendendis summam nacti essent auctoritatem atque posteris exemplorum, quae imitarentur, unicorum loco fuissent. Illos enim plerosque, Athanasium dico, Basilium, Gregorios, Cyrillum Alexandrinum, Theodoretum, extremo loco Ioannem Damascenum, magna reliquisse operum volumina, quorum editiones meliores propter raritatem et ingens pretium in paucorum manus veniant: id quod eo magis dolendum est, quo digniora habeantur praecipua eorundem opuscula, quae a theologis diligenter versentur et cognoscantur. Inde iam intellexerunt lectores, Bibliothecam nostram minime colligendis omnibus veteris ecclesiae graecae monumentis, in quibus dogmata theologica tractantur, destinatam esse et paratam, sed intra arctiores fines contineri, ut nonnisi praestantiora paucorum ecclesiae illius doctorum scripta de summis religionis christianae mysteriis ad eam pertineant. Excludentur enim non solum omnes trium priorum saeculorum patres scriptoresque ecclesiastici, sed etiam longe plurimi sequentium saeculorum, quorum scripta aut merito suo minorem habent auctoritatem et usum, aut in Bibliothecis patrum vel separatim sic edita sunt, ut opus non sit ea nunc typis renovari. Cur ab istis abstinendum esse censeamus, vix intelligentioribus significandum videtur. Nimirum de patribus, qui ante concilium Nicaenum floruerunt, satis provisum est, ut ne propter raritatem exemplarium negligantur. Si Hippolytum, Gregorium Thaumaturgum et Methodium excipias, illorum omnium editiones nunc exstant et satis emendatae instructaeque et modico pretio empturis parabiles. Scripta autem pleraque patrum posterioris aetatis, quae inter fontes theologiae historicae inferiorem locum obtinent, etiamsi nostra memoria non denuo edita sint et propter venalium exemplorum raritatem pretium habeant, *non tamen magnopere* desiderantur, quoniam nonnisi a paucis viris doctis attinguntur, quorum *studiis singularibus* exemplaria in bibliothecis publicis reposita fere sufficiunt. Itaque in universum patet, et quorumnam scriptorum libros et cuiusnam argumenti Bibliotheca complectatur, idque ex mea sententia etiam in inscriptione indicatum est. Namque nomine *patrum* illos solos appellatos volui, qui id eximie merentur quasi parentes et auctores dogmatis ecclesiastici: quemadmodum in ecclesia graeca Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus atque Chrysostomus titulo *doctorum ecclesiae* prae ceteris patribus ornantur et celebrantur, atque unus Athanasius *pater orthodoxiae* sive *orthodoxae fidei* honorifice praedicatur. Pari modo etiam quod Bibliothecam hanc nominavi *dogmaticam*, intelligi volo ex angustiore *dogmatis* notione, secundum quam religio christiana uno tantum vel duobus dogmatibus illis de trinitate et incarnatione dei continetur et a

reliquis omnibus distinguitur. Sed nondum declaravi, quas in delectu instituendo secutus sim rationes vel quas ad regulas iudicium de singulis libris vel recipiendis vel non recipiendis direxerim. In quo id maxime cavendum esse putavi, ne rem omnem ad meum arbitrium revocasse viderer. Propterea sicut de patribus ipsis, qui ad operis institutum pertinerent, ex communi ecclesiae sententia statui, ita etiam illa praecipue scripta circumspicienda et deligenda esse iudicavi, quae tanquam normam recte sentiendi et docendi ab ecclesia eiusve doctoribus prae aliis probata esse viderem. Simul vero, siquidem propositum mihi est historiae dogmatum studiosos librorum ab multis desideratorum apparatu augere, ad consilium hoc delectum accommodare studui ita, ut non negligerem libros patrum, ex quibus a viris doctis plurima ad enarrandam et illustrandam dogmatum historiam hauriri nossem.

Libri ipsi, quos sic delectos Bibliotheca exhibet, plerique sunt ex numero tractatuum *polemicorum et dogmaticorum*, in quibus veteris ecclesiae doctores quum haereticorum errores refellunt eorumque argumenta confutant, tum dogmata ecclesiastica enodant et illustrant atque tam scripturae sacrae testimoniis quam patrum auctoritatibus et argumentationibus dialecticis confirmant. Si conciliorum acta excipias, tractatus eiusmodi inter fontes theologiae historicae primum tenent locum certe per illam aetatem, qua dogmata de tribus in deo personis atque de Christi persona et naturis per Arianos, Apollinaristas, Nestorianos, Eutychianos aliosque haereticos in disceptationem vocata eaque ratione uberius explicata et accuratius definita sunt. Nullum est enim librorum tunc a patribus conscriptorum genus, quod plus afferat studiosis historiae dogmatum, qui non modo synodorum et singulorum theologorum decreta formulasque, verum etiam causas eorum rationesque, quoad fieri potest, perspicere planeque cognoscere cupiunt, ut de ipsa dogmatum veritate et subtilitate explorate iudicare possint. Illa eiusdem aetatis scripta *polemica*, quae nunc apologetica potius appellare solemus, velut Eusebii Evangelica praeparatio et Evangelica demonstratio, Athanasii liber contra gentes, Chrysostomi adversus Iudaeos orationes et demonstratio, quod Christus sit deus, Cyrilli Alexandrini contra impium Iulianum libri X., Theodoreti Graecarum affectionum curatio, ad notitiam dogmatum theologicorum non tantum prosunt, quantum libri apologetarum saeculorum secundi et tertii, neque in bibliothecam, qualis haec nostra est, referenda sunt: praesertim quum ea, quae Eusebii sunt et Theodoreti, nuper a Thoma Gaisford, viro de litteris graecis immortaliter merito, separatim edita sint. Idem fere iudicandum est de scriptoribus polemicis, qui aut omnes antecedentium et suorum haereses exposuerunt simulque easdem breviter ac

summatim refutarunt, ut Epiphanius et Theodoretus; aut contra singulas quasdam haereses disputaverunt, quae ansas non dabant ad mysteria fidei subtilius explicanda, quemadmodum saeculo quarto Alexandrum Lycopolitam, Didymum Alexandrinum, Titum Bostrensem, Serapionem Thmueos episcopum in Manichaeos calamum strinxisse videmus.

Neque tamen, ut significatum est, omnia scripta doctorum ecclesiae *dogmatica et polemica* in bibliothecam recipienda duxi. Commemoro ex his praetermissas a me Cyrilli Hierosolymitani Catecheses octodecim ad competentes sive catechumenos, in quibus is quidem, quo tempore presbyteri munere fungebatur, omnes articulos symboli Hierosolymitani copiosiore sermone, ut videtur, extemporali exposuit eaque ratione praecipua doctrinae christianae capita persecutus est. Verumtamen non tam exacte et presse, quam in eruditis disputationibus fieri solet, de dogmatibus theologicis disseruit, sed ut res ferebat, quum explanatius tum etiam fusius et ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatius, atque multo etiam minus universam doctrinae christianae formam certa ratione et arte complexus est. Quamobrem monumentum hoc veteris ecclesiae in suo genere unicum quanquam lectu dignissimum est, ut quae publica fuerit eo tempore fides et qualis institutio catechetica, inde discamus, parum tamen auctoritatis et usus habet, ubi de subtiliore dogmatum enodatione et definitione vel de artificiali eorum tractatione et probatione quaeritur. Nec dubitari potest, quin praeter auctoris proclivitatem ad sententiam Semi-Arianorum vel certe quasdam eius suspiciones illa ipsius operis conformatio prohibuerit, quo minus id tanquam scientiae artisque theologicae specimen pariter celebraretur atque praecipua Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni scripta dogmatica iam ab eiusdem et proxime sequentis aetatis theologis celebrata esse constat. Ceterum quod editiones Cyrilli *Millesiana* et *Touttaeana* nunc rariores sunt, sane optandum est, ut nova Catecheseon XXIII. editio a viro docto ad hoc munus satis instructo et idoneo adornetur, quum quae studio Guil. Caroli Reischl Monaci a 1848. minus probabiliter inchoata est, non absolvi videatur. Praeter Cyrilli Catecheses plura celebriorum scriptorum, qui ecclesiam Orientis saeculo quarto illustrarunt, ad nos delata sunt opuscula dogmatica eaque ad locum de trinitate pertinentia, quae fortasse erunt qui hac in Bibliotheca desiderent. Cuius generis sunt Eusebii Caesareensis libri duo *contra Marcellum* et tres *de ecclesiastica theologia*, Didymi Alexandrini *de trinitate* libri tres graece ab Io. Aloysio Mingarelli Bononiae a. 1769. primum editi et eiusdem *de spiritu sancto* tractatus ex interpretatione latina Hieronymi, Epiphanii *Ancoratus*, Ioannis Chrysostomi *contra Anomoeos*

homiliae aliaque sub eius nomine scripta. Eusebii libros illos nemo doctus nescit, etiamsi per se non magni sint momenti, tamen idcirco haud exiguum habere pretium, quod multa fragmenta operis Marcelliani περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ ὑποταγῆς contineant, ex quibus obscura atque controversa episcopi Ancyrani sententia maxime illustranda et diiudicanda est. Itaque quoniam requiruntur ab omnibus, qui in disceptanda Marcelli causa suo iudicio uti volunt, iis locus in Bibliotheca patrum dogmatica videtur concedendus esse. Sed ut taceam olim iam Rettbergium, scholae Clausthaliensis rectorem, *Marcelliana*, hoc est collectionem fragmentorum, quorum modo mentionem feci, Gottingae a. 1794. edidisse, nuperrime *Eusebii Pamphili contra Hieroclem et Marcellum libri* opera et studio Thom. Gaisfordi Oxon. a. 1852. prodierunt, neque igitur opus est ut denuo typis exscribantur. Disputationes autem Didymi de trinitate, siquidem eius sunt, a viris doctis plerisque in tractando hoc dogmate prorsus negliguntur vel ignorantur: cuius rei causa nescio utrum sit unicae editionis Mingarellianae raritas, an quod ipsum opus infructuosum et nullius momenti esse visum sit. Nam quod Didymus propter sententias Origenianas a synodo ἐνδημούσῃ Justiniani iussu convocata tanquam haereticus damnatus et a Martino, pontifice romano, anathemate perculsus est, id neminem, credo, nunc deterruerit, quominus libros legat et ad dogmatis expositionem adhibeat, praesertim quum constet illum antea magnam apud doctores ecclesiae habuisse famam, neque de consensu eiusdem cum fide Nicaena esse dubitatum. Utcunque res sese habet, certum est Didymum ingenii acumine et disputandi peritia atque eloquentia inferiorem fuisse Athanasio, Basilio, Gregorio utroque, ut si cum his comparetur, nihil admodum ad expoliendam dogmatis formulam et acuendam demonstrationem videatur contulisse. Sicut per totam vitam summum studium posuit in scriptura sacra ex praescripto et ad exemplum Origenis interpretanda, item ad profligandam haeresin Arianam ac Macedonianam id praecipue egit, ut scripturae sacrae testimoniis saepe copiosius expositis veritatem catholicam muniret et argumentationes haereticorum ab eodem fonte ductas confutaret. Itaque in libris de trinitate, quos post Athanasii et Basilii M. mortem provecta aetate contra Lucium illum Alexandrini Arianorum coetus antistitem scripsisse perhibetur, lectores sacri codicis oraculis paene obruit, minus vero rationibus dogmatum subtilius, quam ab aliis factum erat, reddendis adiuvit. Laudem eloquentiae sive peritiae sermonis iam Hieronymus Didymo derogavit, nec ipse sibi eam arrogavit. Ille in praefatione in librum de spiritu sancto latine redditum dicit auctorem *imperitum sermone esse et* (al. *sed*) *non scientia*. Hic in fine libri scribit: *Sicut enim*

pietatis sensum nobis audaciter iuxta nostram conscientiam vendicamus, ita quantum de eo loqui pertinet, venustatem rhetoricam, facundiae consequentiam textumque sermonis procul abesse simpliciter confitemur. Studii quippe nostri fuit, de scripturis sanctis disserentibus pie intelligere quae scripta sunt, et imperitiam mensuramque nostri non ignorare sermonis. Vid. Hieronymi Opp. ed. Vallars. Tom. II. p. 106. et 168. In libris a Mingarello detectis haud scio an ad hanc infacundiam referendam sit, quod Didymus multis utitur vocibus novis et compositionibus verborum inusitatis, quae certe in politioribus saeculi quarti scriptoribus frustra quaeruntur et partim insolentiam et vanitatem sermonis Areopagitici redolent. Praeterea passim periodos format membrorum congerie perplexas et tortuosas, cuiusmodi amplificationibus molestis et inelegantibus itidem scripta Dionysii Areopagitae referta esse norunt omnes qui ea attigerunt. Sed insignis haec orationis forma, quae aliquot locis conspicitur, dubitationem potest lectori afferre, an iure a fratribus Mingarellis opus Didymo vindicatum sit, quippe in qua nemo facile deprehenderit illam *eloquii paupertatem* vel *sermonis imperitiam*, de qua Didymus se in altero opusculo excusatum voluit. Ac profecto est, quod denuo curiosius disquiratur de authentia operis deque eruditione auctoris, quae ut remotior est ab ecclesiastica saeculi quarti consuetudine, ita propius accedit ad studia Platonicorum postremorum, quum contra ab Hieronymo Didymus praedicetur *apostolicum virum ex ipso sermone exprimens tam sensuum lumine* (al. *nomine*) *quam simplicitate verborum*. Num vero propterea, ut ad novam disquisitionem viri docti excitentur, opus in lucem publicam revocandum sit, aliis diiudicandum relinquo. Equidem satis habeo significasse, cur Didymi scripta secundum rationes, quas in delectu instituendo sequor, ad institutum huius bibliothecae non pertineant. Epiphanii Ancoratum, ut supra memoravi, Cardinalis Ios. Mar. Tommasi dignum iudicavit, quem prae aliis dogmaticis veteris ecclesiae monumentis in suas *Institutiones theologicas antiquorum patrum* (tom. III. p. 4. sq.) transferret. In quo vir eruditus id maxime respexisse videtur, quod Epiphanius in Ancorato non solum dogma de trinitate explicat, sed universam fidei doctrinam vel certe praecipua eius capita, quemadmodum illis temporibus in ecclesia catholica tradi solebant et inculcari, ex divinarum litterarum auctoritate exponit et contra haereticos confirmat. Nam inter scripta dogmatica patrum graecorum saeculorum quarti et quinti, quod ego sciam, nullus praeter illum exstat eiusmodi tractatus, qui summam fidei publicae exhibeat ita ut uno tenore doceamur, quibusnam ex partibus sive articulis ea composita fuerit, quibus formulis viri ecclesiastici usi sint, quibus

sacrarum litterarum dictis sententias probaverint et contra haereticorum fraudes defenderint. Cyrilli Catecheses, de quibus antea dixi, alius sunt generis sive formae. Neque huc referri potest Gregorii Nysseni Oratio catechetica, in qua ingeniosus ille theologus id potius propositum habuit, ut iis, quorum munus esset Iudaeos, Graecos, haereticos ad ecclesiam accedentes instituere, viam commonstraret, qua ad fidem veritati divinae faciendam ingredi deberent. Etenim ut in exordio ait, *οὐ μὴν ὁ αὐτὸς τῆς διδασκαλίας τρόπος ἐπὶ πάντων ἁρμόσει τῶν προσιόντων τῷ λόγῳ, ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν θρησκειῶν διαφορὰς μεθαρμόζειν προσήκει καὶ τὴν κατήχησιν, πρὸς τὸν αὐτὸν μὲν ὁρῶντας τοῦ λόγου σκοπὸν, οὐχ ὁμοιοτρόπως δὲ ταῖς κατασκευαῖς ἐφ᾽ ἑκάστου χρωμένους.* Itaque de dogmatibus disseruit tunc in ecclesia publice receptis, praecipue de trinitate et incarnatione dei, de redemptione generis humani deque sacramentis, non tam ut ea ipsa exponeret, quam ut ostenderet, qua ratione catechumenis pro diversitate religionum et opinionum mentibus eorum insidentium ex variis principiis in utramque partem concessis et ex notionibus communibus ratiocinando de veritate divina commodissime posset persuaderi. Quamquam haec Gregorii disputatio multum contulit ad fundandam et exstruendam disciplinam dogmaticam, siquidem is quod erat eius consilium veritates quas dicimus revelatas ad rationem revocare ac quodammodo fidem et rationem conciliare studuit. Ancoratum vero Epiphanii non, ut a viris doctis dici solet, ad unum dogma de trinitate pertinere neque contra solos Arianos et Macedonianos esse scriptum, iam synopsis libri, quae in ed. Petav. Tom. II. p. 1. legitur, quemvis docere potest: *Ἀγκυρωτὸς δὲ κέκληται ὁ λόγος αὐτοῦ, ὅτι ἀγκύρας δίκην τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα νοῦν ἄγει, διὰ τὸ περισυλληπτικὸν τῆς ἐν αὐτῷ συντάξεως τῶν πολλῶν τῆς πίστεως μερῶν· φημὶ δὴ τοῦ περὶ τῆς πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὁμοουσιότητος, τοῦ περὶ τελείας τῆς Χριστοῦ ἐνσάρκου παρουσίας, τοῦ περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου καὶ κρίσεως σαρκός τε καὶ ψυχῆς ἐπιτοαυτὸ, καὶ τοῦ κατὰ εἰδώλων τε καὶ αἱρέσεων ἐν μέρει καὶ Ἰουδαίων καὶ τῶν ἄλλων.* Quibuscum concinunt et auctoris professio ab initio libri p. 6. med. et ipsius libri tenor, cuius ad finem p. 122. sq. duae formulae, una brevior, altera longior, universam fidem ecclesiae continentes subiiciuntur. Sed qui Epiphanium noverit, non putabit eum, quamvis *τὰ περὶ πίστεως* tractatu suo complecti voluerit, dogmatum causas rationesque subtilius indagasse et quomodo singula apta inter se essent ac nexa curiose circumspexisse vel in universum rationis ope lucis aliquid et firmitatis divinis sententiis attulisse. Si

quis theologus fuit unquam remotus ab philosophiae studio et usu, Epiphanius profecto is est, vindex ille traditionis acerrimus. Accedit quod plebeio stilo usus est, quo nomine iam notatus est a Photio cod. 124. τὴν δὲ φράσιν ταπεινός τε καὶ οἷα εἰκὸς Ἀττικῆς παιδείας ἀμελέτητον τυγχάνειν. Idem vitium fortasse etiam Hieronymus de viris illustr. c. 114. tectius significare voluit, ubi Epiphanio etiamtum superstite ait, *illius scripta ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitari.* Itaque Ancoratus licet accommodatus sit ei consilio, quo eum ab Tommasio editum esse diximus, tamen ita comparatus est, ut rationes, quibus nos ducimur, ab eodem in Bibliothecam inserendo nos avocent. Nimirum viri illius eruditi institutum fuit, scripta quaedam patrum, in quibus summa doctrinae christianae breviter traditur, in *institutionibus theologicis* collecta edere, sicut in fronte tomi primi haec leguntur verba: *complectens secundum ordinem temporum opuscula tum latina tum graeca, quae aditum ianuamque patefaciunt ad ecclesiastica dogmata.* In quo id simul spectavit, ut lectoribus persuaderetur, veteris ecclesiae doctores in decretis religionis christianae ad traditionis normam tractandis eandem observare methodum, quam hodie ecclesia romana teneat. Nobis vero aliud esse propositum, satis superque iam dictum est. Ceterum quum Epiphanium in manibus habeamus, commemorare lubet alterum eiusdem libellum, σύντομον ἀληθῆ λόγον περὶ πίστεως καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, qui tanquam clausula magni de haeresibus operis a Petavio Tom. I. p. 1078. sq. et separatim itidem a Tommasio Tom. III. p. 399. sq. editus est. In hoc non solum fidem, sed etiam ritus et praecepta moresque atque universam ideam ecclesiae catholicae adumbravit ita ut iis, qui memoriam vel imaginem ecclesiae illius aetatis repraesentare volunt, maxime commendandus sit. Similiter Theodoretus in Αἱρετικῆς κακομυθίας ἐπιτομῇ postquam quatuor prioribus libris fabulas haereticas enarravit, extremo quinto libro illis τὰ θεῖα δόγματα, falsis vera, brevi in conspectu opposuit: quem librum Tommasius praetermisit fortasse propterea quod Theodoretus ex sententia ecclesiae catholicae non in *patrum* numero habetur, quanquam is Tertulliani item ab hoc numero exclusi opusculum recepit. Denique de Chrysostomo brevi defungar. Sciunt omnes, qui scripta vel leviter inspexerunt, clarissimum hunc veteris ecclesiae oratorem in interpretandis populo scripturis sacris omnino etiam quae ad fidem pertineant, suis locis tractasse, sed tamen remotum fuisse ab illa disputandi subtilitate, qua alios oratores sacros illorum temporum aequales etiam de sublimioribus dogmatis tum controversis commentatos esse testatum est. Secundum disciplinam schola-

Antiochenae modestius se intra terminos divinae patefactionis cohibuit nec quicquam habuit antiquius quam ut dogmata fidei ad vitae conformandae usum conferret, ideoque praecipue dogmata cum vita moribusque vel cum horum praeceptis cohaerentia et coniuncta, velut de peccato, de libero arbitrio et gratia ac praedestinatione, de salute per Christum reparata eiusque consequendae modo et adminiculis, diligentius exposuit. Ubi de illis locis theologicis quaeritur, sane consulendus est Chrysostomus, de mysteriis trinitatis dei et incarnationis non item. Nemo igitur nisi qui hospes est in Chrysostomi aliorumque patrum scriptis, mirabitur, quod in Collectione nostra nec aliae eiusdem ex commentariis in scripturam sacram homiliae, nec illae duodecim contra Anomoeos sive Eunomianos habitae reperiuntur, inter quas quinque priores et undecima *de incomprehensibili dei natura*, septima *de consubstantiali* et duodecima *de divinitate Christi* paene totae sunt argumenti dogmatici ac polemici. Vid. Opp. ed. Montfaucon Paris. a. 1834. Tom. I. p. 542—680. Duo autem Sermones, unus *de sancta trinitate*, alter *de sancto spiritu*, in quibus argumentationes contra Arianos et Macedonianos tenuius et acutius tractantur, non referunt illam Chrysostomi sponte fluentem eloquentiam et propterea inter spuria positi sunt Tom. I. p. 1024. sq. et III. p. 964. sq. Ne tamen tanti doctoris nomen omnino absit ab hac bibliotheca, locum dabo celeberrimae ad Caesarium epistolae contra Apollinaristas scriptae (Opp. Tom. III. p. 895—900.) et fortasse etiam sermoni illi contra Arianos, qui extremus est inter Chrysostomi Homilias V. ex cod. Dresdensi ab Bechero primum editas Lipsiae. a. 1839. Inscriptus est *Εἰς τὸ, Κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν*. (Hebr. III. 1.) Pari modo, si voluminum mensura id permittet, Basilii *περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος* libro ad Amphilochium huius ipsius epistolam synodicam a Cotelerio Monument. eccles. gr. Tom. II. p. 99 —104. primum publicatam subiiciam, atque illi Chrysostomi epistolae adnectam selectas aliquot Isidori Pelusiotae epistolas, quae ad controversiam de modo et effectu coniunctionis utriusque in Christo naturae pertinent.

Sed satis iam exemplorum, ex quibus cognoscatur, quomodo, quae de delectu instituendo ipse mihi praescripsi, exsecutus sim. Itaque ad reliqua progrediar lectoribusque indicabo ipsa patrum graecorum opuscula, quae, si coeptis deus adnuerit, ut bibliotheca absolvi possit, collecta in ea reperientur. Et primum quidem de Athanasianis dicam, quae primò hoc volumine comprehensa viris doctis offeruntur.

Inter scriptores graecos saeculi quarti, qui dogmata sacra expo-

suerunt et contra haereticos disputaverunt, principatus merito debetur magno Athanasio, sicut inde ab antiquis temporibus ei consensu ecclesiae catholicae datus est. Non opus est id veterum testimoniis probare, quae a Montfauconio aliisque collecta sunt, quoniam res nota est et trita. Sufficit unius Photii, periti iudicis, sententia Bibliothecae cod. 140., quo Athanasii contra Arianos orationes recensuit, infra hoc in volumine p. 142. descripta. Ibi enim vim eloquentiae in tractandis controversiis, peritiam artis dialecticae usumque scripturae sacrae in argumentando laudat ita, ut ipsius iudicio omnibus his partibus nihil Athanasio defuisse videatur. Tum solas orationes illas ad Arianismum refutandum satis esse pronuntiat additque, non aberraturum esse a scopo, qui dixerit Gregorium theologum et divinum Basilium, adversarios Arianorum disertissimos, hocce ex fonte sua hausisse. Secus vero de Athanasio existimasse Arianos veteres et recentiores, id quidem nemo mirabitur. In exemplum lectoribus subiicere liceat Philostorgii verba, quae Suidas s. v. *Ἀπολινάριος* ex historia viri huius Eunomianorum partibus addicti excerpsit: *τρεῖς δὴ οὗτοι ἄνδρες (Ἀπολινάριος καὶ Βασίλειος καὶ Γρηγόριος), τότε τοῦ ὁμοουσίου προὐμάχουν κατὰ τοῦ ἑτεροουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας, ὡς παῖδα παρ᾽ αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον.* Ex recentioribus acerbissime Athanasium insectatus est Guil. Whiston in opere olim famoso *Primitive Christianity reviv'd* (Londin. 1711.) Vol. I. praefationis historicae p. CXVI—CXXVIII. ubi cantica in illum scilicet fidei Nicaenae defensorem aliis praeivit. *) Sed fuerunt etiam inter theologos ecclesiae evangelicae, qui pari modo de Athanasii laudibus detrahendum putarent. Horum ex numero prae ceteris nominandus est Semlerus in scriptis patrum volutatus, qui episcopum Alexandrinum in tradenda doctrina de trinitate ab omnibus ecclesiae graecae saec. IV. episcopis eruditioribus et persuadendi

---

*) Speciminis causa ex libro rariore adscribam, quae p. CXVIII. de ingenio et moribus Athanasii dicta leguntur: *A Person of his general Character, which I take to be that of one Resolute, Ambitious, and Tyrannical; of admirable Parts, but little Learning, and small Appearance of Sincerity; who would never submit to either Emperor or Council; and who would rather set the Christian World in a Combustion on all Occasions than recede in the least from his Pretensions; who reasons generally very weakly; yet treats his Adversaries with the most unchristian Names of Reproach and Scorn possible; and who still alter'd his Notions, or at least his Language as he saw Occasion, and as Matters would bear, and yet us'd plausible Words and Insinuations all along; a Person, I say, of this general Character cannot but afford great Room for Suspicion to considering Men.*

facultate et scripturae sacrae demonstratione longe superatum esse iudicavit. Vid. *I. S. Baumgartens Untersuchung theologischer Streitigkeiten.* Vol. III. *histor. Einleitung.*p. 106. *). Idem in *Hist. eccles. selectis capp.* Tom. I. p. 179. ubi potiora quaedam Athanasii scripta commemoravit, de his strictim subiungit: *Ista autem dogmatica non omnino carent suspicione; adeo multa latino potius quam graeco episcopo conveniunt; de interpretatione nihil omnino meritus fuit, adeo invenuste tractat SS. loca, ut Arianos, siquidem vetusta fuerint ista scripta, mirum sit reposuisse nihil.* Haec et alia viri doctissimi oracula, quae nunc non multum abest quin temere prolata dicamus, mirum quantum placuerunt olim et probata sunt illis, qui animo alienati erant a doctrina ecclesiastica et opinionibus suis ita constricti mente, ut in intimos theologiae Athanasianae recessus nec cuperent nec possent penetrare. Hinc Io. Ern. Christianus Schmidt in Histor. ecclesiastica (*Handbuch der christlichen Kirchengeschichte*) Vol. II. p. 169. sq. Semleri vestigia presse secutus Athanasium cum scriptoribus latinis Hilario, Eusebio Vercellensi, Lucifero, Phoebadio componit et horum omnium libros de dogmate controverso conscriptos parvi pretii esse statuit, quod ipsi parum subtilitatis et perspicuitatis sive explicationis ad rem tractandam attulissent: ideo extrema saeculi IV. parte Cappadoces nonnullos doctrinis instructiores et dicendi facultate florentes, imprimis Basilium et Gregorios, defendenda fide Nicaena maximam laudem consecutos esse. Muenscherus autem in Athanasio non modo eruditionis mediocritatem, contortas scripturae sacrae interpretationes scribendique consuetudinem neglecto rerum ordine et crebris repetitionibus lectori molestam reprehendit, sed etiam quod in controversiis theologicis ad profligandos adversarios omnibus artibus etiam parum honestis usus sit, minus vero subtilitatem disputandi probabilem et liberale veritatis studium praestiterit. Vid. *Handbuch der christlichen Dogmengeschichte* Vol. III. p. 197. Taceo sinistras aliorum existimationes praesertim de animo moribusque et factis Athanasii, in quibus si quid est veri, ut fert humana sors, id in tanto

---

*) Verba Semleri l. l. sunt: *Ohnerachtet Athanasius von mehrern alten Schriftstellern der katholischen Partey sehr gelobt wird, dass er Urheber der richtigen Lehrbestimmung von Gott und den drei Personen seie: so ist dieses doch wohl mehr in Absicht seiner äusserlichen Veränderungen, die als Verfolgungen wegen der reinen Lehre pflegen vorgestellt zu werden, und in Absicht seiner Bemühungen, die Ausbreitung arianischer Lehre zu hindern, wahr oder merklich erweislich: als dass es überhaupt und in Absicht eines überzeugenden Vortrags dieser Lehre, und ihrer Herleitung aus der heiligen Schrift wahr wäre; worin er von allen gelerten Bischöfen dieses vierten Jahrhunderts, so zur griechischen katholischen Partey gehören, unleugbar sehr übertroffen worden.*

viro decet excusare, non exagitare. Sed pleraque haec in Athanasium peccata esse apparet ab iis, qui non intelligerent, in controversia Ariana actum esse de errore gravissimo et perniciosissimo, quo ipsa religio christiana in discrimen vocaretur, neque illam veterum Christianorum πίστιν et ὑπομονὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ martyriis spectatam animo complecti possent. Etenim sic sentientes et omnia ex suis opinionibus moribusque metientes dictis et factis magni viri potuerunt induci, ut quem alii eximium fidei et constantiae exemplum praedicaverant, ipsi arrogantiae et pervicaciae insimularent, et qui olim *propugnaculum veritatis* et *columna ecclesiae* vocatus erat, eum communem Christianorum sui temporis tempestatem calamitatemque fuisse dicerent. *) Eiusmodi criminationes vel potius iniqua illa de Athanasio theologo eiusque scriptis iudicia vicissim hanc habuerunt vim, ut in historia dogmatum theologia patris orthodoxiae diu negligentius tractaretur nec tantum quantum par erat, curae et diligentiae scriptis excutiendis et sententiis reconditioribus eruendis impenderetur. Nostris vero temporibus studiis Moehleri primum ac Neandri, dein Baurii et Dorneri theologica Athanasii dogmata clariore in luce posita sunt, eaque ratione laudes magni viri non solum ab obtrectationibus et iniquitatibus vindicatae, sed etiam ex subtiliore rerum cognitione auctae et illustratae. Fatentur hodie omnes qui sapiunt, Athanasio cum Arianis non de quaestione philosopha vel problemate metaphysico fuisse controversiam, sed de fundamento totius religionis christianae atque adeo de principali salutis nostrae causa, quandoquidem ipsi id constiterit, nisi filius sit unius eiusdemque substantiae cum patre, per eum nec deum hominibus perfecte innotuisse, nec homines cum deo vere esse reconciliatos et ab adversaria potestate redemptos: nisi igitur credatur, quod formula Nicaena credere iubeat, temere fiduciam omnem et spem collocari in Christo. Id autem qui tenent, iudicium suum ad aliam dirigunt normam, atque ea fuit, qua obtrectatores magni ecclesiae doctoris usos esse videmus, nec possunt, si quidem Christiani sunt, animum inducere, ut quae in alio quovis virtutis et magnificentiae signa probantur, eadem in hoc vituperentur. Virum enim in episcopatus fastigio positum in defendenda ac stabilienda fide Nicaena, ex qua

*) Tetigi his verbis iniquissimum et durissimum iudicium, quod Henkius de Athanasio pronuntiavit in Hist. univers. ecclesiae christianae ed. IV. Vol. I. p. 266. sq. „*Wenn Athanasius früher gestorben wäre, so würde wohl früher Ruhe geworden sein; denn dieser hochmüthige Starrkopf, den Alter und Leiden nur immer unbiegsamer gemacht hatten, war durch sein ausgebreitetes gebietendes Ansehn der Haupturheber von vielen Verwirrungen und von dem Unglück vieler tausend Menschen gewesen.*“ Sententiam suam de controversia Ariana vel de dogmate Nicaeno antea p. 212. sq. professus est.

spem omnem salutis pendere censeret, omnem vitam suam consumsisse, pro incolumitate veritatis divinae se invidiae periculisque obtulisse et adversa quaevis forti ac constanti animo subiisse et vero etiam iusto in hostes odio eosque profligandi studio exarsisse, haec talia quis non erubescat vituperando affligere? Modum excesserint Gregorius Nazianzenus aliique veteres in laudandis Athanasii virtutibus, certe probabiliores nunc nobis videntur illis morum vituperatoribus.

Sed plus hic nostra refert videre de Athanasio theologo et disputatore deque vindiciis principatus, quo eum dignum esse diximus. Etenim verendum est, ne lectores haud pauci in scriptis polemicis passim offendant et iure reprehensa putent, quae tamen idoneam habent excusationem neque Athanasium inferiorem faciunt aliis sui saeculi scriptoribus vel praestantissimis. Ita negari omnino non potest, illum in disputationibus non semper eam, quae decet theologum, moderationem observasse, sed ardore haeresis oppugnandae et evertendae abreptum saepe acerbius et contumeliosius in Arianos invectum esse: verumtamen qui erroris gravitatem periculique inde ecclesiae imminentis magnitudinem expenderit et recordatus fuerit disputantium illa aetate mores atque Arianorum ipsorum impudentiam, is propensus erit ad asperitatem, illam excusandam. In quo nimius fortasse est Montfauconius, qui in *praefatione in universa s. Athanasii opera* ed. Patav. Tom. I. p. XXIII. de stylo Athanasii disserens scribit: „In polemicis enim maxime aetatem contrivit, curans semper ne aliena dogmata Arianorumque ausus plebi catholicae quid apportarent mali. Etsi vero asper ést et sannis maledictisque plenus, quando res est illi contra haereticos: nemo tamen est, qui perspecta haereticorum, maxime Arii sequacium pertinacia, furore, immanitate in Christianos, in episcopos, proborum item hominum carnificina, in nefarios aliquid inclementius dictum arbitretur. Aspere scilicet agit Arianos, quia nihil contra tantam vim sine vi fieri poterat: et remisse depellere feroces homines, fateri erat diffisum se causae suae. Etsi vero mordet acriter, cum insolentia criminum aut haeresum temeritas acrem postulat oratorem; ubi tamen res illi est cum adversariis aliquam aequi bonique rationem tenentibus, sobrie ac prudenter verba facit, *mollitque animos et temperat iras*." Cum his cohaerent alia Athanasio cum disputatoribus eius aetatis plerisque omnibus communia, quae lectoribus ex hodierna disciplina theologica res iudicantibus displiceant: dico artes illas dialecticas sive eristicas ex sophistarum et rhetorum scholis perceptas, quibus utuntur ad adversarios de statu deiiciendos eorumque tela depellenda, methodum disputandi *κατ' οἰκονομίαν*, argumenta dictu speciosa potius quam vera et iustam probandi vim

habentia, studium invidiam adversariis creandi ex consecutionibus ipsosque per has lacessendi ad errores suos evomendos, confirmationem veritatis ex miraculis, velut ex miraculo mortis Arii, de quo Athanasius in ep. ad Serapionem fratrem Opp. Tom. I. p. 269. ed. Patav. Taceo plura istorum similia, quae partim illo iam tempore in aliis increpavit Gregorius Nazianzenus nec tamen se ipsum ab iisdem prorsus immunem praestare potuit. Quod vero, ut supra significavimus, dixerunt nonnulli, Athanasium in scriptis suis ad nauseam usque eadem fere aliis verbis repetere et sine delectu omnia arripere, quae causae suae aliquo modo patrocinari viderentur, nec modum et ordinem rebus adhibere, itaque in eloquentia vel in usu ac ratione scribendi *Basilio*, Gregorio Nazianzeno aliisque cedere, id inique ac temere indicatum est et peritiorum iudicum sententiis confutatur. Praeter Photium iam a me commemoratum imprimis audiendus est Montfauconius, existimator harum litterarum doctus et intelligens, cuius verba quod huc transcripsi, gratum fore spero lectoribus et utile. „Sed paulum, inquit, libet spatiari: et quia tantam laudem tulit Athanasius, et quidem a laudatis viris, ut elegantissimis Graeciae scriptoribus anteferretur, iam qua in re praestare, qua item aliis nonnihil cedere videatur expendamus; et quae crebro Athanasii scripta regustando comperimus, proponamus studioso lectori. Primo quidem si Gregorii Nazianzeni illam quadrandae orationis industriam, si numeros spectes, ab hoc eloquentiae genere alienus semper fuit Athanasius, cuius dictio plus habet nativae elegantiae quam artificiosae diligentiae. Et si quando hic plusculum artis adhibeat, ut in oratione contra Gentes, epistola ad Dracontium, apologia ad Constantium; ita tamen omnia temperat, ut lateat artificium et oratio non adstricte, sed remisse numerosa sit: contra vero Gregorius, ultra aliquando quam satis sit, circumscriptione et ambitu utitur, ut certis numeris definita, tanquam orbe inclusa, currat oratio. Chrysostomi vero, *τοῦ καὶ ἀπὸ γλώττης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή*, illam expeditam et profluentem verborum copiam, concinnitatis leporisque plenam, non adtingit Athanasius, qui plerumque pressus ac brevis est, et maiore sententiarum, quam verborum ubertate. Verum longe praestat salibus, nervis et *τῷ εὐτόνῳ* redundantiam omnem resecante. Nimirum possunt esse summi, qui inter se sint dissimiles: quod in eloquentia pariter et in multis artibus observatur. Basilio autem nemo propius ad Athanasii dicendi genus accedit. Sed praeit ille elaboratione; hic longe praestat acrimonia. Et hac in parte, quae scilicet nervos spectat, sales, acrimoniam; omnes, mea quidem sententia, longe antecellit Athanasius estque hoc in genere princeps. Figuris autem, sicubi haereticos insectatur, frequens est.

apte et apposite distributis, etsi potius suopte ingenio quam elaboratione adhibitis. Huius oratio nunquam effluit, nunquam longius vagatur." Posthaec variis laudibus praedicat praestantiora Athanasii opera, orationem contra Gentes, epistolam de sententia Dionysii, epistolam ad Dracontium, orationes contra Arianos, apologias de fuga et ad Constantium, etiam orationes contra Apollinarium, quas acutissimas esse ait, ut in iis inveniamus Athanasium Athanasio δριμύτερον. Deinceps quae sequuntur de Athanasio aspere cum haereticis agente, ea supra lectoribus exhibui. Extrema Montfauconii de stylo Athanasii verba sunt haec: „Dictio eius pura et elegans est ut plurimum: nec inficior tamen nonnullis eius operibus aliquam peregrinitatem attulisse Latinae linguae usum; quale illud est, ἐκκλησίαν ἔδωκεν εἰς πρέδαν, βετεράνος, et alia id genus. Impetratum scilicet a consuetudine fuerat, ut si ex quotidiana Latinorum familiaritate aliquae huiusmodi dictiones in buccam venirent, ne ab iis vel Graece peritiores abstinerent. Licet autem insidias auribus minime paret, lectoris sibi tamen, illecebris nescio quibus, benevolentiam captat. Nihil morosus in exordiis est, sed statim ab initio in arcem causae invadit, et contra haereticos canit quodammodo classicum. Platonis Homerique libros legit assidue, nec non aliorum veterum, ut ex oratione contra Gentes et ex aliis eius operibus propalam est. Quodsi Gregorius Nazianzenus illum hac in parte mediocriter dumtaxat eruditum fuisse narret, id nimirum Gregorio visum fuit, qui magnam aetatis suae partem his in studiis contrivit. Aliis autem iure videatur Athanasius φιλολόγος et his in rebus probe eruditus." Si quae vir doctissimus copiosius disseruit, quantum probabilia sunt, breviter complecti velis, pronuntiandum est, Athanasii eloquentiam non tam fuisse studii et artis, quam facultatis a natura profectae eamque illis maxime excelluisse virtutibus, quae doctorem et disputatorem sive scriptorem didacticum et polemicum ornant eique fidem, auctoritatem, famam conciliant. Dictionem autem qui voluerit ad normam sermonis Attici exigere, intelliget non tantum barbarismis, quales notavit Montfauconius, et usitato illa aetate κοινισμῷ maculatam esse, sed aliis quoque vitiis, quae etiam cultissimis alioqui ecclesiae graecae patribus communia sunt nec potuerunt abesse ab scriptis eorum, ut Basilius M. fatetur in epistola ad Libanium CCCXXXIX. Opp. ed. Bened. Tom. III. p. 455. D. coll. ep. CCCLVI. p. 461. E. Nimirum Athanasii non sunt contendendi cum Libaniis. Hi λεξειδίων θηράτορες nihil antiquius habuerunt quam ut orationibus suis Atticae elocutionis elegantiam et venustatem exprimerent. Illis ἁλιεῦσιν ἀνθρώπων curae cordique est res christiana et salus Christianorum, cui inservientes,

ubi expedit, *pro facilitate legentis volunt abuti sermone vulgari*, ut ait Hieronymus, etiamsi possint elegantiora proferre. Ceterum quod de crebris sententiarum repetitionibus deque ordine rerum passim neglecto reprehensus est Athanasius, quis non intelligat eum coactum fuisse; ut eadem saepius repeteret et repetendo inculcaret, quum ipsi paene decem per lustra contra eosdem haereticos viris equisque, ut dicitur, pugnandum esset pro eadem causa tanquam pro aris et focis? Quis miretur, episcopum tot et tantis occupationibus distentum, tot fortunae procellis agitatum, quinquies sede sua expulsum omnique calamitatum genere afflictum non omnia scripta, quae pro fide et pro ecclesia a se flagitari putaret, pari studio potuisse expolire? Nec dubitandum, quin plura subitaria ex ore potius dictantis excepta, quam ab ipso conscripta sint.

Gravior est quaestio de scripturae sacrae interpretatione et usu in controversiis theologicis. In quo non admiramur quod Semlero aliisque recentioribus multa displicuerunt, sed quod hac quoque in parte Athanasium reliquis eruditioribus saeculi quarti disputatoribus inferiorem iudicarunt, id praeter opinionem accidit. Etenim recte iam Richardus Simon, criticus in hoc scriptorum genere peritissimus, observaverat, eos qui pugnam Arianam secundo ordine excepissent, non repudiasse arma Athanasii antesignani, vel ut proprie dicam, patres qui post Athanasium scripsissent contra Arianos, ipso auctore usos esse et plerosque N. T. locos, quorum magnum numerum collegisset, eadem fere ratione explicatos illis haereticis opposuisse. Vid. *Histoire critique des principaux commentateurs du N. T. cap. VI. p.* 91. *) Omnino Basilius M. et Gregorii Nazianzenus atque Nyssenus in libris et orationibus contra Eunomium non tot scripturae testimonia, quot ab Athanasio prolata erant, exposuerunt: sed tantum abest, ut explicationes et argumentationes episcopi Alexandrini ex parte improbaverint, quod ipsi meliora edocti essent, ut ab illo controversiam de scriptura profligatam iam esse putaverint et propterea maluerint magis dialectice et rhetorice disputare ex suo ingenio, quam quae ab aliis satis explanata essent repetere, praesertim quum sophisticae et rhetoricae Eunomii artes disputationem eiusmodi requirere viderentur. Conf. l. l. cap. VII. et VIII. p. 104. 114. sq. 119. Quomodo autem factum sit, ut Athanasius in scriptis polemicis tot utriusque codicis

*) Verba Rich. Simonis sunt: *On peut,* inquit, *dire, qu'il a servi comme de fond aux autres Peres, qui ont écrit aprés luy contre les Ariens. Ils le suivent ordinairement dans ses explications d'un grande nombre de passages du Nouveau Testament, qu'il a recueillis; satisfaisant en même tems aux objections de ces Heretiques.*

locis ad refutandam haeresin et confirmandam fidem Nicaenam uteretur et quidem alia ratione atque antiquiores ecclesiae doctores consuevissent, breviter et probabiliter docuit idem Rich. Simon. l. l. p. 91. his verbis: Novitates (novae sententiae et argumentationes) Arii occasionem dabant Athanasio maiore cura, quam id antea factum, examinandi tam veteris quam novi testamenti locos ad filium dei spectantes. Theologiae eo tempore nova accendebatur lux, et quum disceptationes illae Alexandriae exortae essent, ubi dialectica florebat, demonstrationi scripturae iungebatur ratiocinatio. Hinc vero magnae deinceps enatae sunt controversiae, siquidem quaelibet pars ea, quae ex scriptis evangelistarum et apostolorum ratiocinando efficiebant, pro puro dei verbo putari volebant. Ariani expostulabant cum catholicis, quod voces et formulas in religionem induxissent, quae in scriptura sacra non exstarent. S. Athanasius contra probabat, Arianos voces eiusmodi novasse multo plures. Ita factum est, ut utraque pars non solum expressis sacri codicis testimoniis niteretur, sed etiam argumentis per consequentiam inde ductis, nec minus traditione exegetica sive interpretationibus antiquiorum ecclesiae scriptorum." — Etenim Arius ab Luciano presbytero Antiocheno, ut videtur; profectus cum sociis suis profitebantur, fundamentum veritatis positum esse in scriptura sacra eamque secundum sensum historicum sive ád litteram explicandam esse. Itaque ab initio controversiae cum Alexandro, episcopo Alexandrino, ad evertendum dogma de divinitate Christi plurimos proferebant scripturae, maxime N. T. locos, in quibus de Christo dicta essent, quae non possent cum hac scilicet commenticia divinitate conciliari; testimonia vero scripturae, quibus catholici sententiam suam tuebantur, improbabant eaque alio sensu accipienda esse contendebant: id quod Alexander ipse significat in ep. ad Alexandrum his verbis: *πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγείρειν πειρῶνται τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεότητος αὐτοῦ καὶ παρὰ τῷ πατρὶ δόξης ἀλέκτου τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι.* Hoc est: *Collectisque omnibus vocibus salutari eius incarnationi susceptaeque propter nos humilitati congruentibus, impiam ex his praedicationem conflare nituntur, verba, quibus aeterna eius divinitas et ineffabilis apud patrem gloria declaratur, aversantes.* Conf. Theodoret. hist. eccles. lib. I. cap. 3. ed. Hal. Tom. III. p. 729. Catholici non negabant, scripturam fontem esse et normam dogmatum christianorum, nec de grammatica et historica librorum N. T. interpretatione dissentiebant, nisi quod singulos locos secundum analogiam scripturae regulamque fidei interpretandos esse docebant. Ita vero

locos plerosque, qui in disceptationem vocabantur, aliter exponebant atque Ariani, vel certe alia ex iis argumenta eruebant. Cuius rei testis est Hilarius De trinitate lib. II. cap. 3. „*Exstiterunt enim plures, qui caelestium verborum simplicitatem pro voluntatis suae sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent, aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet. De intelligentia enim haeresis, non de scriptura est: et sensus, non sermo fit crimen.*" His enim verbis obscurioribus Arianos reprehendit non quod auctoritate scripturae niterentur, quam ipse ubivis agnoscit et sequitur, sed quod eam non simpliciter et recte intelligerent atque, ut infra ait, *mente perversi omnia confunderent et implicarent.* Qua ratione simul fatetur, catholicos cum Arianis et de scriptura, theologiae fundamento, et de lege interpretationis simplicis ex virtute dictorum, quam ab illis in ipsa interpretatione observari negat, consentire. Idem existimandum est de Athanasio. Saepius is scripturae sufficientiam, quam in scholis dicimus, laudat, velut in Orat. contra Gentes cap. 1.: *αὐτάρκεις μὲν γάρ εἰσιν αἱ ἅγιαι καὶ θεόπνευστοι γραφαὶ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπαγγελίαν*, et in fragmento Epistolae festalis librorum V. et N. T. canonem continentis Opp. Tom. I. p. 767. extr. ed. Patav.: *ταῦτα πηγαὶ τοῦ σωτηρίου, ὥστε τὸν διψῶντα τῶν ἐν τούτοις ἐμφορεῖσθαι λογίων· ἐν τούτοις μόνοις τὸ τῆς εὐσεβείας διδασκαλεῖον εὐαγγελίζεται.* Etiam Expos. in Ps. XCIII. v. 6. Tom. I. p. 930. ubi graviter accusat prave scripturam interpretantes his verbis: *χῆραν ψυχὴν καὶ προσήλυτον νοῦν ἀποκτείνει ὁ κακῶς τὰς θείας γραφὰς ἐξηγούμενος. ὀρφανὸς δέ ἐστι νοῦς ἐστερημένος οὐρανίου πατρός.* Arianis vero aliisque haereticis a veritate divina animo alienatis scripturam nihil prodesse pronuntiat in Epist. ad episcopos Aegypti et Libyae cap. 4. Tom. I. p. 216. ibique illos damnat simulantes se vocibus scripturae insistere, ut scilicet ex verborum sono recte sentire viderentur ac deinde miseros homines in sententias a scriptura alienas erroresque inducerent. Graeca sunt: *ἀπάτης δὲ χάριν τῶν ἁπλουστέρων, οἷοί εἰσι περὶ ὧν ἐν Παροιμίαις γέγραπται· ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ· σχηματίζονται μελετᾶν καὶ λέγειν τὰς λέξεις, ὡς ὁ πατὴρ αὐτῶν διάβολος, ἵνα ἐκ τῶν λέξεων δόξωσιν ὀρθὸν ἔχειν καὶ τὸ φρόνημα, καὶ τὸ λοιπὸν πείσωσι παρὰ τὰς γραφὰς φρονεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους.* Nimirum Ariani catholicis novitatem vocum et formularum in scriptura non exstantium imputabant seque in accurata ad litteram interpretatione iactabant. Contra Athanasius hanc simulationem esse putabat et fallaciam, qua homines simplices ad verba duntaxat attendentes nec sensum perspicientes (*ὁ τοιοῦτος τὰ λεγόμενα μόνον σκοπῶν καὶ μὴ τὴν διάνοιαν*

θεωρῶν) ad haeresin attraherentur. Nec tamen ipse sensum verborum more Origenis contemnebat, sed accuratius erui volebat et definiri, quam id ab haereticis fieret. Sic in Orat. I. contra Arianos cap. 54. sq. (nostrae edit. p. 258. sq.) de dicto ep. ad Hebr. I. 4. *τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων* disserens ibi id, quod in omnibus aliis scripturae locis agere conveniat, observandum esse praecipit, ut diligenter attendatur, qua occasione locutus sit apostolus, quae sit persona, quae res cuius gratia scripserit, ne quis illa ignorans aut aliud praeter ea intelligens a vera aberret sententia. Tum hac ratione demonstrat, ex illis verbis non sequi, quod Ariani *πρόφασιν προβαλλόμενοι τὰ ῥητά* inde colligerent. Conf. De decr. syn. Nic. c. 14. p. 42. Similiter alio loco De decr. syn. Nic. cap. 10. p. 36. monet, ne interpretes, ubi in scriptura eaedem dictiones deo et hominibus attribuuntur, humano modo intelligant, quae ad deum spectant, nec vicissim, quae ad homines pertinent, tanquam de deo dicta accipiant, sed ut pro natura rerum significatarum quae scripta sunt diiudicent. Namque in eo maxime peccare videbantur Ariani, quod *ἀνθρωπίνως* de deo dicta, velut *filii generationem*, non *θεοπρεπῶς* intelligerent neque alium generandi modum agnoscerent, quam qui decisione profluvioque fit substantiae, eaque in re impie cavillarentur: et quod quae in scriptura sacra ad solam humanam Christi naturam referuntur, divinae impingerent ut ex eiusmodi locis filium patre minorem esse docere possent. Athanasius igitur non minus quam Hilarius aliique catholici auctoritatem scripturae ratione grammatica explicatae comprobabant, neque ab adversariis de hoc principio discrepabant. Quare omnis disputatio redibat ad scripturam et cardo controversiae in singulis eius testimoniis vertebatur, quae utrique pro sua sententia proferebant et rationibus confirmabant. Illis autem in deligendis et exponendis negari non potest neglecta esse ab utraque parte, quae recte praecipiuntur a Faustino presbytero De trinitate s. de fide contra Arianos cap. 1. „*Scripturae divinae ob hoc editae sunt, ut secundum illarum sensum nostram fidem dirigamus, non ut nostros sensus illorum sacris dictionibus inseramus.*“ Et inferiore loco: *In divinis vocibus non numerus testimoniorum, sed auctoritas requirenda est, quae idonea est, etiam si una voce proferatur.* Ariani primum, dein etiam catholici auctoritatis causa testimonia scripturae partim sine delectu collecta coacervabant, ita ut argumenta numerare potius quam ponderare viderentur: neque in explicanda scriptura eam, quam ipsi observari iubebant, regulam semper tenebant, sed verba subinde ad suam sententiam contorquebant atque ita ad dogmata probanda adhibebant. Athanasium quoque eius vitii non

prorsus expertem fuisse non mirabitur, qui interpretandi consuetudinem plerisque omnibus illius saeculi doctoribus probatam et ebraeae linguae ignorantiam, qua laborabant, recordatus sit et ipsius controversiae rationem et vim expenderit. Nam quum quaererentur et disputarentur, quae scripta non sunt vel κατὰ ῥητόν in scriptura non continentur nec nisi ratiocinando inde elici possunt, et quum in universum expositio scripturae implicaretur argumentatione dialectica, proclive erat disputatoribus in hoc incidere vitium, ut cupide scriptura uterentur et ex opinionibus suis. Certe exiguus fuit illa aetate numerus theologorum, qui sic sentirent, uti Eusebium Emisenum de scripturae usu in his controversiis sensisse nos olim docuimus in libello *Ueber die Schriften des Eusebius von Alexandrien und des Eusebius von Emisa* (Halle 1832.) p. 72. sq. Quanta vero subtilitate et intentione Athanasius argumentationes Arianorum ex scriptura contra dogma Nicaenum petitas refutaverit et dogma illud eiusdem auctoritate confirmaverit, qua constantia singula dicta ex consensione universae scripturae et ad sensum ecclesiae recte intelligere et explicare studuerit, id egregie demonstravit et exemplis illustravit Moehlerus in libro praestantissimo, cui inscriptum est: *Athanasius der Grosse und die Kirche seiner Zeit.* Vol. I. p. 241—304. Conf. Dion. Petavii *Dogmata theologica* Tom. II. de Trinitate libr. II. ed. Antwerp. p. 65. sq.

Restat, ut paucis dicam de theologica Athanasii scientia et arte, qua in dogmatibus fidei exponendis atque defendendis usus est. Hanc quanti aestimaverint clarissimi veteris ecclesiae doctores temporibus illis aequales, cognosci potest ex summa, qua episcopus Alexandrinus apud eos valuit, auctoritate. Duos tantum proferam testes, Basilium Magnum et Gregorium Nazianzenum. Ille praeter alia in Ep. CLIV. ed. Bened. p. 243. D. scribit: τὸ γὰρ περὶ τὸν μακαριώτατον Ἀθανάσιον ἐσπουδακέναι δεῖγμα ἐναργέστατον τοῦ ὑγιῶς ἔχειν περὶ τὰ μέγιστα. *Nam beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum evidentissimum est sanae in rebus maximis sententiae.* Hic in Orat. XLI. in laudem Athanasii cap. 20. ed. Bened. p. 398. ait, viros virtute excellentes tantum tribuisse Athanasio, ut, quidquid illi placuisset, pro lege haberent, ac rursus vetitum sibi atque interdictum, quidquid ille sententia sua improbasset, existimarent illiusque decreta pro Mosaicis tabulis ducerent, ac maiori, quam quae sanctis viris deberi videatur, ipsius veneratione afficerentur. Graeca sunt: καὶ τοῦτο ἦν νόμος αὐτοῖς, ὅ τι ἐκείνῳ ἐδόκει· καὶ τοῦτο ἀπώμοτον πάλιν, ὃ μὴ ἐδόκει, καὶ πλάκες Μωσέως αὐτοῖς τὰ ἐκείνου δόγματα, καὶ πλεῖον τὸ σέβας, ἢ παρὰ ἀνθρώπων τοῖς ἁγίοις ὀφείλεται. Idem in extrema oratione cap. 37. p. 411.: Ζήσας δὲ οὕτω καὶ παιδευθεὶς καὶ

παιδεύσας, ὥστε ὅρον μὲν Ἐπισκοπῆς εἶναι τὸν ἐκείνου βίον καὶ τρόπον, νόμον δὲ ὀρθοδοξίας τὰ ἐκείνου δόγματα, τίνα μισθὸν τῆς εὐσεβείας κομίζεται; Sicut h. l. praedicat illum ita vixisse atque institutum fuisse aliosque instituisse, ut et vita ipsius morumque ratio Episcopatus norma esset, et ipsius dogmata pro fidei orthodoxae lege haberentur: ita vero in tota oratione tanquam exemplar perfecti et omnibus numeris absoluti theologi laudat. Suspexerunt igitur magni hi viri Athanasium, quo scilicet ipsi longe superiores iudicati sunt a Philostorgio aliisque recentioribus, quos supra nominavimus. Taceo alias veterum laudes idem sonantes, quae comprehenduntur uno illo nomine honorifico *πατρὸς τῆς ὀρθοδοξίας*, quod primus, ni fallor, Epiphanius Haer. LXIX. cap. 2. commemoravit: quippe quo id ipsum significetur, in quo principatus theologicus maxime cernitur. Recte, ut nobis videtur, Montfauconius hoc praeconium Athanasio a veteribus tributum comprobavit et illustravit auxitque in Praefatione generali, ubi *de doctrina Athanasii* breviter expositurus sic praefatur: „In Christianae fidei exortu non erant eius mysteria certarum vocum limitibus circumscripta; sed emergentibus demum erroribus vocabula quaedam definiri necessum fuit, quibus ceu claustris continerentur temerarii homines rerum novandarum studiosi. Et indicare ne pigeat, cum nihil periculi ex indicio sit, salvis semper et integris rebus ac fide nihil mutata, multa Athanasii aevo eiusque ope inducta verba fuisse et ad certam formam redacta fidei capita; *ut Pater hodiernae theologiae* iure ille vocari possit. Quo maior vir habendus est, ut qui eam fidei enarrandae rationem prior induxerit, ex qua peritissimi quique, tanquam ex fonte, verum sentiendi pariter et loquendi modum haurirent: inter quos ecclesiae lumina Basilius et Gregorius Nazianzenus pro fidei magistro virum habuere.“ Etenim eodem puto sensu *Patrem hodiernae theologiae* appellatum esse, quo τοῦτον πατέρα *τῆς ὀρθοδοξίας* dixerint. Ut autem intelligatur, illa appellatione dignitatem et praestantiam Athanasii theologi vel principatum, quem nos agnoscimus, vere exprimi, accuratius vis et ratio eiusdem declaranda est. Id quidem satis manifestum est, improbe Whistonum l. l. p. CXVI sq. Montfauconii verba in deteriorem partem traxisse, ac si ille quodammodo confessus esset, Athanasium fuisse auctorem novi systematis theologiae vel novae sectae in ecclesia: qua ab sententia, ut verba clamant, longissime fuit remotus. Sed quum nomen theologiae vario significatu, latiore et angustiore, usurpetur, fieri potest, ut nisi conveniente significatu hic accipiatur, appellatio ipsa aut falsa videatur aut inepta. Falsa enim videbitur, si theologiam dictam putemus universam doctrinam theologicam vel disciplinarum theologicarum

complexum. Nimirum huius theologiae si unum aliquem nominare velimus parentem, is non erit Athanasius, sed potius Origenes ὁ πολυμαθὴς καὶ φιλόπονος, quo cognomine ab illo in Ep. IV. ad Serap. cap. 9. laudatur. Inepta vero videbitur appellatio, si theologiae nomen significatu angustissimo accipiamus, ut sola doctrina de divinitate Christi vel de trinitate dei intelligatur: quo significatu saepius legitur in Athanasii aliorumque veterum scriptis, velut Orat. I. contra Arian. cap. 18. p. 182. Quamquam recentiores quoque eam doctrinae sacrae partem, qua de deo eiusque proprietatibus et operibus ac de trinitate disseritur, separatim *theologiam* vocant, quemadmodum veteres θεολογίαν ab οἰκονομίᾳ seiungebant, nemo tamen Athanasium *patrem hodiernae theologiae* praedicaverit, si praeter Nicaeni dogmatis auctoritatem nihil ei tribuere velit. Itaque theologia intelligenda est, quam hodie vulgo dicimus dogmaticam, vel potius complexus dogmatum fidei in ecclesia publice receptorum, ut Athanasius hoc sensu *theologiae ecclesiasticae parens et sator* praedicetur. Idem profecto Epiphanius aliique nomine τῆς ὀρθοδοξίας, quo proprie recta de fide Nicaena sententia laudatur, significare voluerunt, siquidem illi persuasum habuerunt, dogmate de trinitate et incarnatione dei integram fidem christianam ita contineri, ut qui de hoc recte sentiat, de reliquis gravius et in detrimentum salutis errare non possit. Athanasium vero eo, quo dixi, sensu *patrem hodiernae theologiae* iure meritoque vocari, id nisi ratione magis idonea, quam qua Montfauconius usus est, comprobetur, etiam nunc erunt qui addubitent, sicut olim Schroeckhius in Hist. eccl. Vol. XII. p. 241. ed. 2. addubitavit. Etenim concedendum est, illum hanc laudem non eo meruisse, quod primus singulari libro dogmata fidei suo tempore probata complexus esset eaque ad ecclesiae sententiam subtiliter exposuisset. Nam qui olim inter eiusmodi libros dogmaticos retulerunt Athanasii *Synopsin scripturae sacrae* et *Syntagma doctrinae,* dupliciter erraverunt. *Synopsis* non est argumenti dogmatici neque Magnum Athanasium habet auctorem, sed videtur esse commentarius in Stichometriam Nicephori ab Athanasio aliquo obscuro non ante saec. X. conscriptus. Vid. Credner *Zur Geschichte des Kanons* (Halle 1847.) p. 127 sq. *Syntagma* autem, uti ab Andr. Arnoldo primum (Paris. 1685.) editum est et inter Athanasii Opera (ed. Patav. Tom. II. p. 304 sq.) legitur, morum vitaeque praecepta maxime in usum monachorum continet itemque ab illo abiudicandum est. Conf. Oudini *Comment. de scriptoribus eccles. ant.* Vol. I. p. 374 sq. Alia quidem exstat istius libelli forma in cod. Naniano gr. LXIII., ex quo Mingarellius typis describendum curavit in Catalogo sic inscripto: *Graeci codd. mss. apud Nanios asservati* (Bonon. 1784.) p. 107

Ibi enim is duabus constat partibus, una *de fide*, altera *de moribus*: quarum illa ab exemplo antea edito abest, haec multum discrepat. Sed hac quoque forma libellus non videtur dignior, qui tanti doctoris nomen prae se ferat. Athanasius igitur institutiones dogmaticas non composuit, nec si id fecisset propterea parens hodiernae theologiae iure vocari posset: quum antea iam Origenes, Clemente hac in re magistro usus, primum theologiae dogmaticae specimen dedisset libris quatuor *περὶ ἀρχῶν* et in exordio operis etiam notionem eiusdem explicuisset. Verumtamen in scriptis Athanasii universam religionis christianae formam et rationem, quam cogitatione complexus erat, expositam habemus, atque ita demonstrare possumus illum in tractandis praecipuis fidei dogmatibus eam praeivisse viam, quam clarissimos ecclesiae doctores saec. IV. ingressos esse constat. Primum in duobus libris apologeticis, in *Oratione contra gentes* et in *Oratione de incarnatione verbi* (inscribuntur graece *λόγος κατὰ Ἑλλήνων* et *λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ λόγου καὶ τῆς διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας αὐτοῦ*). In his igitur libris, quos admodum iuvenis ante controversiam Arianam conscripsit, de praestantia religionis christianae cum religionibus gentium comparatae ita disseruit, ut eam propemodum totam evolveret et omnes partes vel capita omnia persequendo perfectam et absolutam esse doceret. Qua ratione, maxime in altero tractatu, non tantum ipsam doctrinam principalem de incarnatione verbi ac de causis et fructu adventus filii dei ad homines eiusque actionum et perpessionum illustravit, sed etiam antecedentia vel supposita, praecipue veram dei notionem et rectam de hominis creatione atque lapsu sententiam, et consequentia, quae de salute per Christum recuperanda traduntur, prout occasio ferebat, attigit. Conf. Moehlerus l. l. p. 136 – 184. et Dornerus in hist. dogmatis de persona Christi (*Entwickelungsgeschichte der Lehre von der Person Christi*) Vol. I. pag. 834—848. Tum vero in disputationibus contra Arianos itemque in iis, quibus Macedonianos et Apollinaristas aliosve de incarnatione verbi non recte sentientes confutavit, non satis habuit sola dogmata controversa de tribus in deo personis et de duabus in Christo naturis tractavisse: sed quemadmodum in theologica scripturae sacrae interpretatione singula dicta ex universae scripturae consensione atque ex fidei regula aestimari voluit et intelligi, sic in singulis quaestionibus dogmaticis ubivis principia et finem religionis christianae universamque eius formam circumspicienda esse putavit atque hac rei tractandae subtilitate adductus est, ut alia quoque illis controversis connexa doctrinae sacrae capita suis locis excuteret et quid de iis sentiendum esset, declararet. Praeterea ipsa controversiae materia ei non modo causam

attulit disputationis hac ratione amplificandae, verum etiam necessitatem imposuit. Constat enim haereticos illos, maxime Arianos, praeter errores primarios, de quibus controversia exorta esset, alias protulisse vel certe fovisse opiniones falsas, quae vel genuissent illos errores vel ex iisdem natae essent: id quod mirum videri non potest, quum dogmata alia ex aliis apta et nexa sint et sic inter se cohaerentia unum veluti corpus efficiant, ut qui de uno aliquo praesertim principali non recte sentiat, is necessario pluribus implicetur erroribus. Arianos vero non tantum de singulis quibusdam dogmatibus a catholicis dissensisse, sed aliam prorsus religionis christianae speciem mente informatam habuisse, acute et subtiliter demonstratum est a Moehlero l. l. Vol. I. p. 195 sq. et a Baurio in Historia dogmatis de trinitate et incarnatione dei (*Die christliche Lehre von der Dreieinigkeit und Menschwerdung Gottes in ihrer geschichtlichen Entwickelung*) Vol. I. p. 343 sq. Denique Athanasius etiam aliis in scriptis exegeticis et paraeneticis passim de rebus ad fidem pertinentibus disseruit, velut in Expositionibus in Psalmos et in Epistolis festalibus, quas Guil. Cureton ex Syriaca versione Londini a. 1848. primum edidit et nuper F. Larsovius in Germanicam linguam translatas Lips. a. 1852. vulgavit. His igitur in scriptis Athanasii genuinis universam, quam cogitatione complexus erat, doctrinae christianae formam et rationem ita expositam habemus, ut de scientia theologica et studiis dogmaticis, ex quibus *patrem hodiernae theologiae* h. e. parentem ac statorem theologiae ecclesiasticae agnosci volumus, explorate iudicari possit, etsi liber non exstat singularis, quo summa doctrinae christianae ex artis lege ab ipso explicata sit. Iam vero ut doceamus, studiis dogmaticis magni viri fundamenta iacta firmataque esse, quibus theologia ecclesiastica nititur, illumque omnino in dogmatibus enodandis et definiendis eam summa auctoritate praeivisse viam, qua postea doctores ecclesiae progressos esse constat, non opus hic est Athanasianam doctrinae formulam, quam Moehlerus particulatim variis operis sui locis diligentissime enarravit, perpetua oratione persequi atque cum formulis doctorum ecclesiae priorum aetate et posteriorum conferre, sed sufficiet potiora illius formulae capita satis celebrata attigisse et Athanasium cum uno Origene comparavisse, cuius a schola ille profectus est, sed a sententia discessit ita, ut in theologia dogmatica, quae philosophando ab Origene partim deformata esset, ad normam veritatis revelatae conformanda operam et studium collocaret. Etenim dubitari non potest, quin Athanasius, qui Alexandriae a teneris vixerat et institutus erat, litteris theologicis praecipue ad disciplinam Origenis eruditus sit ac scripta eius studiose diligenterque legerit, quae ab eruditioribus illius

temporis Christianis praesertim in Aegypto magni aestimabantur, sicut et Origenes ipse tunc apud plerosque optima et meritissima fama fruebatur*). Confirmant id laudes, quibus ab Athanasio de decr. syn. Nic. c. 27. et Ep. ad Serap. IV. c. 9. praedicatur, et reperiuntur in libris Athanasii haud pauca, ex quibus auctorem Origene magistro usum esse nec scripta discipulorum eiusdem, velut Dionysii Alexandrini et Theognosti, improbasse cognoscitur. Aeque certum est, illum philosophia Platonica Alexandriae vigente, cui Origenes plurimum tribuerat, imbutum fuisse et quidem ex puriore formula fortasse per studia Plotini revocata, cuius vestigia etiam in Basilii aliorumque saeculi quarti doctorum scriptis deprehenduntur. Si quis animo ad hanc rem attento Athanasii libros percurrat, is multa satis offendet praesertim in duobus apologeticis, quae aperte eloquentiam et doctrinam Platonicam sapiunt.

Haec hactenus Ioannes Carolus Thilo, quum ante diem XVII. mensis maii h. a. annum agens undesexagesimum suis, academiae, cui tanto ornamento fuit, atque theologiae eriperetur. Multa praeter haec disputaturus fuit, plus enim semel de Athanasio et eius doctrina librorumque hoc volumine repetitorum natura et momento uberius subtiliusque expositum iri mihi significavit; at proh dolor praeter brevissimas quasdam notulas fugitivo calamo in memoriae subsidium exaratas vel potius proiectas locorumque aliquot accuratius explicandorum adnotationem nihil in eius schedis inventum est, quod ad illud exordium pertineret. Id quod eo magis dolendum, quo maiorem de hac praefatione exspectationem fovere licuit. Fuit enim haec beati viri eruditio et singularis doctrinae praestantia, ut in hoc literarum genere et habitaret et regnaret, neque facile inter nostrae memoriae theologos inveneris quem Patribus familiariorem historicaeque theologiae peritiorem dicas. Et hoc quidem non eo a me animo dictum est, ut theologum laudem mea certe laude longe superiorem, sed ut appareat quantum ab his prolegomenis sperandum fuerit, quum haec Bibliotheca beato auctori tantopere cordi esset, ut eam, de qua per

---

*) Credibile non est a Petro Alexandrino episcopo sic de Origene iudicatum esse, quemadmodum in ep. Iustiniani ad Mennam (Concill. ed. Mansi Tom. IX. p. 504.) ex Actis Petri Alex. fide, ut videtur, haud dignis refertur. Conf. Tillemontius *Mémoires* Tom. III. p. 588 sq. Contra verosimile est, Alexandrum, Petri post Achillam successorem, qui Athanasium in diaconi ordinem promovit et in contubernium ascivit, studiis theologiae Origenianae favisse, quum ipse in explicanda et defendenda doctrina de aeterna filii generatione Origenis vestigia presserit.

multos annos cogitaverat, librorum delectum continuo mente volvens, selectos iteratis vicibus explorans retractansque et vix ac ne vix quidem sibi satisfaciens, non nisi locuplete quadam dote commendatam in lucem publicam dimissurus fuisset. Periit igitur novus quidam fructus eorum studiorum, quibus tantam aetatis suae partem consecravit, non magnus ille quidem vel splendidus, si cetera immortalis viri in theologiam merita contuleris, sed maturus tamen, id quod me quidem iudice hoc exordium testatur ab ipso adhuc auctore typis commissum, reliquisque eius scriptis haudquaquam inferior. Periit inquam; illae enim quas dixi notulae tantum abest ut consilium atque sententiam beati viri prodant, ut vix quid de hoc illove argumento fortasse praeter alia dicturus fuisset coniicere possis, neque praeter eas quidquam exstat, quod continuationis materiem offerat. Quae quum ita sint, ego equidem, cui secundaria quaedam in hoc opere provincia demandata fuit, a bibliopola rogatus ut inchoatam praefationem ad finem perducerem, non ad eam arrogantiam audaciamque progressus sum ut absolvere conarer quod tantus theologus imperfectum reliquit, sed satius dixi, ea, quae beatus auctor ipse prelo tradiderat vel praeparaverat, qualia sunt intacta cum lectoribus communicari. Eruditis certe reique gnaris breve hoc abrupti exordii specimen tanquam monumentum quoddam, quod artifex quasi ipse sibi inscius posuit, gratius haud dubie atque sanctius fore spero, quam si adiectis ab aliena manu rebus communibus et in vulgus notis amphora institui coepta urceus exiiset.

Quod vero ad ipsam hanc Bibliothecam attinet, ea quamvis tristissimo illo casu hoc iacturae fecerit ut prolegomenorum commendatione careat, tamen si coeptis deus adnuerit progressum suum habebit. Delectus enim librorum, qui secundum principia supra p. 16 sqq. accuratius explicata recipientur, dudum factus erat antequam ad primum hoc volumen typis exscribendum accederetur, neque crediderim beatum editorem, licet illud *diem die doceri* cum maxime ad se pertinere censeret et de quibusdam forte adhuc dubitaret (vd. p. 24.), multa deinceps immutaturum fuisse. Alterum igitur volumen ipso adhuc suasore atque teste imprimi coeptum et iam ad finem properans post paucas septimanas in lucem prodibit, quae reliqua sunt tria, prout res postulare videbitur et temporum rationes permittent, sequentur.

Quae dicenda restant paucissimis absolvantur. Textus editionis Benedictinae opera Iacobi Lopini et Bernardi Montfauconii Lutetiae Parisiorum 1698. publici iuris factae tam accurate repetitus est, ut praeter paucissima loca, ubi quum lectio a prioribus editionibus non monito lectore discederet, minus de emendatione cogitandum videretur

quam de errato (cuiusmodi in illis etiam libris licet ceteroquin typographicae integritatis laude florentissimis haud tamen pauca deprehenderis), et praeter interpunctionem prorsus obsoletam nihil omnino immutaretur. Monita pariter atque annotationes adiectae sunt integrae, ne ea quidem parte marginalium praetermissa, quae aliquid scitu dignum contineret, ita ut et nihil desit et non nisi paucissima eaque ubivis uncis inclusa accesserint, lunulae enim Benedictinorum sunt. In locis citatis quantum eius fieri potuit denuo evolvendis, accuratius quam Parisienses editores fecerant definiendis et ad recentiores optimasque editiones recensendis multum temporis operaeque positum est. Denique versionem latinam, etsi emendandi largam necessitatem offerat, si paucissima eaque levissima, quae perspicuitatis causa transponenda fuerunt, interpunctionemque excipias, prorsus intactam exscribere praeplacuit quam passim corrigere, praesertim quum haud raro ad ea, quae corrigenda fuissent, significanda archetypi graeci mutata interpunctio sufficere videretur. Errata typographica in tanti operis decursu vix ac ne vix quidem prorsus poterant evitari. Graviora indicata sunt; leviora, nec non quod typorum fragilitate saepius accidit ut singularum literarum formae, imprimis accentus et spiritus, sub preli ictibus evanescerent, ipsius lectoris benevola indulgentia corriget.

Scripsi Lipsiae pridie Kalendas Octobres MDCCCLIII.

DAVIDES IOANNES HENRICUS GOLDHORN
Th. et Ph. Doctor et Bibliothecae Paullinae Bibliothecarius.

CONTENTA.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI
EXPOSITIO FIDEI.

ADMONITIO.

Cum incertum sit tempus, quo sequentem fidei expositionem edi- P. 97.
derit S. Athanasius, eam aptiore loco non putamus posse collocari, quam in fronte operum, quae S. Doctor adversus Arianos conscripsit. Haec autem duplicis sunt generis: in aliis enim fidem catholicam adversus Arianam impietatem strenue propugnat invictus Verbi defensor: in aliis vero varios gravissimosque recenset casus, quos ipse pro eiusdem fidei defensione Arianis auctoribus constanter pertulit; ac proinde valde consentaneum videtur, illam fidem primum exponi, pro cuius causa his perfunctus est laboribus, quos ipse enarrat, et pleraque quae deinceps sequuntur opera composuit. Quid haec expositio contineat, ipse docet titulus: nempe brevis est explicatio fidei catholicae adversus Arianos, quam quidem Facundus Hermianensis lib. XI. pro defensione trium capitul. c. 2. Symboli expositionem appellat, quae forte tunc fuit huius operis inscriptio. Quin is verus sit S. Athanasii fetus, nulla sane est dubitandi ratio; neque porro id probare ullo modo opus fuerit, siquidem ipse stylus, ipsa doctrina magnum Athanasium satis per se indicat. Nec enim ex eo, quod hic tantum humanam Christi naturam dominicum hominem appellat S. Pater, hanc expositionem eius non esse licet suspicari, ut nonnullis quidem visum est: quin potius idem contrarium validissime probat, cum veteres quidam scriptores haec ipsa verba vere S. Athanasii esse aperte testentur, ut paucis referre operae pretium videtur. Rufinus apologia pro Origene inter opera S. Hieronymi editionis P

P. 97. *risiensis anni* 1643. *tom. IX. p.* 131.[1]) *meminit libelli S. Athanasii, ubi hae voces* dominicus homo *exstabant; quem quidem locum abrasisse ac deinde rescripsisse idem obiicit S. Hieronymo, qui hanc a se depellendo calumniam*[2]) *minime negat, id ita scriptum exstitisse in illo S. Athanasii libello. Verum an iste libellus sit haec fidei expositio,*
P. 98. *an vero alia maior, ex qua aliquot fragmenta affert Theodoretus dialogo* 3.[3]), *ubi eaedem voces habentur, certo affirmari non potest: nisi forte fusior illa fidei expositio, quam Theodoretus* maiorem de fide orationem *appellat, libellus dici non posse aliquibus videatur. Ut ut sit, inde tamen perspicuum est, hanc fidei expositionem minime ob illas voces Athanasio esse abiudicandam, cum teste Rufino eum his aliquando fuisse usum constet. Ceterum maior illa de fide oratio, de qua Theodoretus, nihil aliud videtur esse, quam fusior et prolixior explicatio huiusce expositionis, nec maior inscribi, nisi quia alia etiam, nempe haec, exstabat, quae brevior et contractior esset, quod ut clarius pateat, haud ab re fuerit locum ipsum afferre, ubi Christus ut homo* dominicus homo *dicitur. En igitur verba* ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου τοῦ μείζονος, *ut* appellat *Theodoretus:* ἐγένετο Λάζαρον ἀσθενήσαντα ἀποθανεῖν· ὁ δὲ κυριακὸς ἄνθρωπος οὐκ ἀσθενήσας οὐδὲ ἄκων ἀπέθανεν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν, στερεοποιούμενος ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ οἰκήσαντος θεοῦ λόγου τοῦ εἰπόντος· οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀπ' ἐμαυτοῦ αὐτὴν τίθημι· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. *Id est: Accidit ut Lazarus morbo confectus moreretur: at* dominicus homo *non vi morbi nec invitus est mortuus, sed sua sponte venit ad mortis dispensationem, corroboratus a Deo Verbo in ipso manente, qui dixit:* Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam: potestatem habeo ponendi eam, et rursus potestatem habeo sumendi eam. *Haec ibi quae nonnisi paulo maior est explicatio eorum, quae in sequenti expositione numero* 1. *leguntur. Ex hac quoque fidei expositione excerpsisse videtur Augustinus haec, quae lib.* 2. *de Sermone Domini in monte habet cap.* 6. *n.* 20. *Nulli licebit ignorare Dei regnum, cum eius unigenitus non solum intelligibiliter sed etiam visibiliter in* homine dominico *de caelo venerit iudicaturus vivos et mortuos. Haec enim postrema verba* in homine dominico iudicaturus vivos et mortuos *habentur in eadem expositione num.* 1., *quibus vocibus se usum esse ait Augustinus, quia eas legerat*

1) Hier. Opp. ed. Martianay. Tom. V. p. 253.
2) Apologia adv. Rufin. II, 20. (ed. Vallars. — Opp. ed. Martianay Tom. IV. p. 415. s. f.).
3) Opp. ed. Garn. IV. p. 161.

apud catholicos auctores: sic enim scribit lib. 1. *Retract. c.* 19. *n.* 8.: P. 98.
Hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos divinorum eloquiorum. Deinde addit: sed ubicunque hoc dixi, dixisse me nollem: postea quippe vidi, non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi. Ratio autem cur haec reprehendat, hanc ipse ibidem affert: Non video, utrum recte dicatur homo dominicus, *qui est mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, cum sit utique Dominus. Dominicus autem homo quis in eius sancta familia non potest dici? Denique Facundus Hermianensis libro. XI. pro defensione trium capitulorum* c. 2. *tria loca ex hac fidei expositione S. Athanasii profert, inter quae unus locus est, ubi hae ipsae voces* homo dominicus *leguntur. Verba ipsa infra ad propria loca in notis afferemus*[1]). *Ex his igitur evidens est, nullo modo posse in dubium revocari, utrum S. Athanasius sit auctor huius expositionis fidei. Nec vero haec locutio in Athanasio culpanda est, quam nempe ipse ac post eum Epiphanius in Ancorato* §. 95. *et Cassianus Collat. XI. c.* 13. *et de incarnatione lib. V. cap.* 5. *et lib. VI. cap.* 22. *forteque alii catholice usurparunt: unde ipse Augustinus, qui eam redarguit, ut vidimus, nonnulla tamen posse ratione defendi fatetur. Hi scilicet quos modo memoravimus, per* hominem dominicum *nihil aliud intelligunt, quam humanam Christi naturam, quemadmodum certe cum iidem et alii e Patribus* hominem *a Verbo assumtum tam crebro dicunt, humanam tantum naturam indicant, non distinctam personam. Hinc Cassianus in his ipsis locis, ubi Nestorium duas in Christo personas inducentem refellit, iisdem illis vocibus uti minime refugit.*

1) Vd. p. 5. n. g. p. 6. n. a. p. 9. n. g.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

[a]ΕΚΘΕΣΙΣ ΠΙΣΤΕΩΣ.

P. 99. 1. *Πιστεύομεν εἰς ἕνα ἀγέννητον θεόν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ποιητὴν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, τὸν ἔχοντα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ λόγον, σοφίαν, υἱόν, ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως* [b]*γεγεννημένον, λόγον δὲ οὐ προφορικόν, οὐκ ἐνδιάθετον,* [c]*οὐκ ἀπόῤῥοιαν τοῦ τελείου, οὐ τμῆσιν τῆς ἀπαθοῦς φύσεως, οὔτε προβολήν, ἀλλ᾽ υἱὸν αὐτοτελῆ, ζῶντά τε καὶ ἐνεργοῦντα, τὴν ἀληθινὴν* [d]*εἰκόνα τοῦ πατρός, ἰσότιμον καὶ ἰσόδοξον· τοῦτο γάρ ἐστί, φησι, τὸ θέλημα τοῦ πατρός, ἵνα καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα, οὕτως τιμῶσι καὶ τὸν υἱόν*[1]*· θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, ὥς φησιν Ἰωάννης ἐν* [e]*καθολικαῖς· καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεός, καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος*[2]*· παντοκράτορα ἐκ παντοκράτορος· πάντων γάρ, ὧν ἄρχει ὁ πατὴρ καὶ κρατεῖ,* [f]*ἄρχει καὶ κρατεῖ καὶ ὁ υἱός· ὅλος ἐξ ὅλου, ὅμοιος τῷ πατρὶ ὤν, ὥς φησιν ὁ κύριος· ὁ ἐμὲ ἑωρακώς, ἑώρακε τὸν πατέρα*[3]*. ἐγεννήθη δὲ ἀνεκφράστως καὶ ἀπερινοήτως· τὴν γὰρ γενεὰν* [g]*αὐτοῦ τίς διηγή-*

1) Ioan. 5, 23. 2) 1. Ioan. 5, 20. 3) Ioan. 14, 9.

a. Seguer. *τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις πίστεως.* Regius *τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις μεγάλου Ἀθανασίου πίστεως.*

b. Seguerianus *γεγενημένον.*

c. Haec in Eusebianos dicta esse videntur, qui fidei Nicaenae ob vocem *ὁμοούσιον* subscribere renuebant. *Ἐπεὶ γάρ,* ut scribit Socrates histor. Eccles. lib. I. cap. 8. [ed. Reading. pag. 22.], *ἔφασαν ὁμοούσιον εἶναι ὃ ἔκ τινος ἐστὶν ἢ κατὰ μερισμὸν ἢ κατὰ ῥεῦσιν ἢ κατὰ προβολήν· κατὰ προβολὴν μὲν ὡς ἐκ ῥιζῶν βλάστημα, κατὰ δὲ ῥεῦσιν ὡς οἱ πατρικοὶ παῖδες, κατὰ μερισμὸν δὲ ὡς βώλου χρυσίδες δύο ἢ τρεῖς· οὐδὲν δὲ τούτων ἐστὶν ὁ υἱός, διὰ τοῦτο οὐ συγκατατίθεσθαι τῇ πίστει ἔλεγον.* Id est: *Nam quoniam consubstantiale illud esse aiebant, quod ex alio est vel partitione vel fluxu vel proiectu, proiectu quidem ut ex radicibus germina, fluxu ut ex parentibus liberi, partitione vero ut ex auri massa duae vel tres phialae: nullo porro horum modo Filium Dei esse, idcirco in eam fidem se consentire non posse asseverabant.* Notandum tamen, auctores mediae et infimae aetatis voce *προβολή* uti ad significandam processionem Spiritus sancti, ipsumque

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

EXPOSITIO FIDEI.

---

1. Credimus in unum non-genitum Deum, Patrem omnipotentem, omnium effectorem visibilium et invisibilium, qui a se ipso habet ut sit: et in unum unigenitum Verbum, Sapientiam, Filium ex Patre sine initio et ab aeternitate genitum, Verbum vero non prolatum vel internum, non aliquid ex perfecto effluens, aut ex impatibili natura sectum vel proiectum, sed Filium per se perfectum, viventem et agentem, veram Patris imaginem, honore et gloria parem: haec est enim, inquit, voluntas Patris, *ut quemadmodum Patrem honorant, ita et Filium honorent;* Deum verum ex Deo vero; uti dicit Iòannes in Catholicis epistolis: *Et sumus in vero, in Filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus et vita aeterna*; omnipotentem ex omnipotente; omnibus enim, quibus imperat et dominatur Pater, imperat et dominatur similiter Filius, qui totus ex toto et similis Patri existit, ut ipse ait Dominus: *Qui me videt, videt Patrem.* Genitus autem est modo inexplicabili et qui comprehendi nequeat. Nam *generationem* P. 99.

Ioannem Damascenum Patrem appellare *προβολέα τοῦ ἁγίου πνεύματος*, ut videre est lib. I. Orthod. fid. c. 9. et 13.

d. Gobler. et Felckm. I. anon. post *εἰκόνα τοῦ πατρός* omissis interiectis statim subdunt *ἵνα καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα* etc. Ibidem Reg. post *καθώς* addit *φησί*.

e. Gobler. et Felckm. I. anon. *ἐν τῇ καθολικῇ*. Mox Reg. *ἐν τῷ ἀληθινῷ αὐτοῦ υἱῷ Ἰησοῦ Χριστῷ*, ut et habent aliqui mss. novi Testamenti edit. Oxon. 1675., qui tamen *υἱῷ* ante *αὐτοῦ* praemittunt. Paulo post art. *ἡ* post *ζωή* deest in Seguer.

f. Sic Reg. Gobler. et Felckm. I. anon., qui tamen duo ultimi *καὶ ὁ υἱός* inter *ἄρχει* et *καὶ κρατεῖ* interponunt. Alii mss. et editio Commel. *καὶ ὁ υἱός* omittunt.

g. Sic Seguer. et versio graeca Esaiae. Editi *αὐτῷ*. Quae mox sequuntur, refert Facundus Hermianensis lib. XI. pro defensione trium capitulor. cap. 2. [Gallandi Bibl. Patr. XI. p. 784. col. 2.] his verbis: *Dicit itaque idem beatus Athanasius in expositionem symboli: Qui in fine saeculorum descendens ex sinu Patris, ex immaculata Virgine Maria nostrum adsumpsit hominem Iesum Christum, quem pro nobis passioni tradidit.*

P.99. σεται[1]); ἀντὶ τοῦ οὐδείς. ὃς ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων κατελθὼν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρός, ἐκ τῆς ἀχράντου παρθένου Μαρίας τὸν ἡμέτερον ἀνείληφεν ἄνθρωπον, Χριστὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν παρέδωκεν ἰδίᾳ προαιρέσει, ὥς φησιν ὁ κύριος· οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν[2]). ἐν ᾧ ἀνθρώπῳ σταυρωθείς, καὶ ἀποθανὼν
P.100. ὑπὲρ ἡμῶν, ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, [a]καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανούς· ἀρχὴ ὁδῶν κτισθεὶς ἡμῖν[3]), ἐν τῇ γῇ ὤν, ἡμῖν ἔδειξεν ἐκ σκότους φῶς, σωτηρίαν ἐκ πλάνης, ζωὴν ἐκ νεκρῶν, εἴςοδον ἐν τῷ παραδείσῳ, ἐξ οὗ [b]ἐκβέβληται Ἀδάμ, εἰς ὃν πάλιν εἰςῆλθε διὰ τοῦ λῃστοῦ, ὡς εἶπεν ὁ κύριος· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ[4])· εἰς ὃν καὶ ὁ Παῦλος εἰςῄει· ἄνοδόν τε εἰς οὐρανούς, ὅπου πρόδρομος εἰςῆλθεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος, ἐν ᾧ μέλλει κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς.

2. Πιστεύομεν ὁμοίως [c]καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ πάντα ἐρευνῶν καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ[5]), ἀναθεματίζοντες τὰ παρὰ [d]τοῦτο φρονοῦντα δόγματα. οὔτε γὰρ υἱοπάτορα φρονοῦμεν, ὡς οἱ Σαβέλλιοι λέγοντες μονοούσιον καὶ οὐχ ὁμοούσιον, καὶ ἐν τούτῳ ἀναιροῦντες τὸ εἶναι υἱόν· οὔτε τὸ παθητὸν σῶμα, ὃ ἐφόρεσε διὰ τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σωτηρίαν, ἀνατίθεμεν τῷ πατρί· οὔτε τρεῖς ὑποστάσεις μεμερισμένας καθ' ἑαυτάς, ὥσπερ σωματοφυῶς ἐπ' ἀνθρώπων, ἐστὶ λογίσασθαι, ἵνα μὴ [e]πολυθείαν ὡς τὰ ἔθνη φρονήσωμεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκ πηγῆς ποταμὸς γεγεννημένος οὐ διῃρέθη, καί τοι δύο σχήματα καὶ δύο ὀνόματα τυγχάνοντα. οὔτε γὰρ ὁ πατὴρ υἱός ἐστιν, οὔτε ὁ υἱὸς πατήρ ἐστιν· ὁ γὰρ πατὴρ υἱοῦ πατήρ [f]ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς πατρὸς υἱός ἐστιν. ὡς γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ πηγὴ ποταμὸς οὐδὲ ὁ ποταμὸς πηγή, ἀμφότερα δέ ἓν καὶ ταὐτόν ἐστιν ὕδωρ τὸ ἐκ τῆς πηγῆς εἰς τὸν ποταμὸν μετοχετευόμενον, οὕτως ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς εἰς τὸν υἱὸν θεότης ἀῤῥεύστως καὶ ἀδιαιρέτως [g]τυγχάνει. φησὶ γὰρ ὁ κύριος· ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω[6]). παρὰ δὲ τῷ πατρί ἐστιν ἀεί, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός· οὐδέποτε δὲ ἐκενώθη ὁ κόλπος τοῦ πατρὸς τῆς τοῦ υἱοῦ θεότητος· φησὶ γάρ· ἐγὼ ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα[7]). οὐ φρονοῦμεν δὲ [h]κτίσμα ἢ ποίημα ἢ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν τοῦ παντὸς κτί-

1) Esa. 53, 8. 2) Ioan. 10, 18. 3) Prov. 8, 22. 4) Luc. 23, 43. 5) 1. Cor. 2, 10. 6) Ioann. 16, 28. 7) Prov. 8, 30.

a. Sic Regius ms. In aliis vero et editis *καί* deest. Quae sequuntur, habet Facundus eodem loco [vd. n. ant.] his verbis: *Principium viarum conditus nobis est terra, quas* (forte *in qua*) *nobis ostendit tenebris lumen, salutem ex errore, vitam ex mortuis, introitum ad paradisum, de quo exclusus est Adam, in quem iterum intravit per latronem, sicut dixit Dominus: hodie mecum eris in paradiso, quo et Paulus intravit, ascensum in caelum, quo praecursor pro nobis ingressus est dominicus*

eius quis enarrabit? quod idem est ac si diceretur *nullus*. Qui idem P. 99.
cum in fine saeculorum ex Patris sinu descendisset, ex inviolata Virgine Maria nostrum assumsit hominem, Iesum Christum, cuius propriae voluntati reliquit, ut pro nobis pateretur, quemadmodum ipse ait Dominus: *Nemo tollit animam meam a me: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.* In quo homine crucifixus et mortuus pro nobis, resurrexit a mortuis, et in caelos assumtus est. Idem principium viarum nobis creatus, cum in terra P. 100.
versaretur, nobis ex tenebris lumen exhibuit, salutem ex errore, vitam ex mortuis nec non ingressum in paradisum, ex quo Adam eiectus fuerat, et in quem idem rursus per latronem ingressus est, quemadmodum ait Dominus: *Hodie mecum eris in paradiso,* in quem etiam introivit ipse Paulus. Ascensum quoque in caelum nobis paravit, quo praecursor pro nobis intravit Dominicus homo, in quo vivos et mortuos est iudicaturus.

2. Credimus similiter in Spiritum Sanctum, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Dogmatis autem omnibus, quae his contraria fuerint, anathema dicimus. Neque enim Filio-patrem agnoscimus, qui unius sit substantiae, non vero consubstantialis, ut volunt Sabelliani, qui hoc pacto Filium penitus tollunt. Neque etiam patibile corpus, quod propter totius mundi salutem gestavit, attribuimus Patri; neque tres hypostases per seipsas divisas, ut in hominibus pro natura corporum accidit, fas est in Deo cogitare, ne ut gentes deorum multitudinem inducamus; sed sicut fluvius, qui ex fonte genitus ab eodem non separatur, quamvis duae sint illorum figurae duove nomina. Siquidem neque Pater est Filius, neque Filius est Pater; nam Pater Filii Pater est, et Filius Patris est Filius. Ut enim fons non est fluvius, neque fluvius est fons, sed uterque una et eadem est aqua, quae ex fonte permanat in fluvium, sic divinitas ex Patre in Filium absque fluxione et divisione diffunditur. Hinc dicit Dominus: *Ex Patre exivi et venio.* Apud Patrem autem semper is est, qui est in sinu Patris, nec umquam sinus Patris Filii divinitate est exinanitus. Namque ait: *Ego eram apud eum componens.* Nec vero sentimus creatum aut factum, aut ex nihilo esse rerum omnium creatorem Deum, Dei Filium, ex existente existentem, ex solo solum, cui ab aeternitate

homo, in quo iudicaturus est vivos et mortuos.

b. Seguer. ἐκβέβλητο. Mox Gobler. et Felckm. l. anon. ὡς ἔφη ὁ κύριος.

c. καί abest a Seguer. Gobler. et Felckm. I. anon.

d. Gobler. et Felckm. ταῦτα. Mox Reg. et Seguer. υἱοπάτορα habent. Alii vero et editi υἱοπατέρα.

e. Seguer. πολυθεΐαν. Id. mox γεγενημένος.

f. ἐστί hic et mox abest a Gobleriano et Felckmanni I. anonymo.

g. Reg. τυχόν; mendose.

h. In mss. Seguer. et Reg. particula καί, quam hic alii et editi addunt, nulla est.

P. 100. στην θεὸν τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν, τὸν ἐκ τοῦ ὄντος ὄντα, τὸν ἐκ τοῦ μόνου μόνον, [a] ὡς συναπεγεννήθη ἐκ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἡ ὁμοία δόξα καὶ δύναμις· ὁ γὰρ ἑωρακὼς τὸν υἱόν, καὶ τὸν πατέρα ἑώρακε[1]). τὰ πάντα δηλονότι διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκτίσθησαν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὐτὸς κτίσμα, ὥς φησιν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ κυρίου, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων[2]). οὐ λέγει δὲ ὅτι πρὸ πάντων ἐκτίσθη, ἀλλ' ὅτι πρὸ πάντων ἐστί· τὸ γοῦν
P. 101. ἐκτίσθαι ἐπὶ πάντων κεῖται· τὸ δὲ ἔστι πρὸ πάντων μόνῳ τῷ υἱῷ ἁρμόττει.

3. Γέννημα τοίνυν κατὰ φύσιν ἐκ τελείου τέλειόν ἐστι, πρὸ πάντων βουνῶν γεννηθέν, τοῦτ' ἔστι πρὸ πάσης λογικῆς καὶ νοερᾶς οὐσίας, ὡς καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ φησὶν [b] αὐτὸν ὁ Παῦλος πρωτότοκον πάσης κτίσεως[3]). ἀλλὰ πρωτότοκον [c] εἰπὼν δηλοῖ μὴ εἶναι αὐτὸν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα τοῦ πατρός· ξένον γὰρ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ τὸ λέγεσθαι κτίσμα. τὰ γὰρ πάντα ἐκτίσθησαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ, ὁ δὲ υἱὸς μόνος ἐκ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως ἐγεννήθη· διὸ πρωτότοκός ἐστι πάσης κτίσεως ὁ θεὸς λόγος, ἄτρεπτος ἐξ ἀτρέπτου. ἔστι τοίνυν [d] τὸ ὃ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε σῶμα κτίσμα, περὶ οὗ λέγει Ἱερεμίας κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα [e] ἑρμηνευτῶν ἔκδοσιν· κύριος ἡμῖν ἔκτισεν εἰς καταφύτευμα σωτηρίαν καινήν, ἐν ᾗ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄνθρωποι[4]). κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν περὶ τοῦ αὐτοῦ ῥητοῦ κεῖται· ἔκτισε κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ. ἡ δὲ κτισθεῖσα ἡμῖν εἰς καταφύτευμα [f] σωτηρία, καινὴ καὶ οὐ παλαιά, ἡμῖν τε καὶ οὐ πρὸ ἡμῶν, [g] Ἰησοῦς ἐστιν, ὁ κατὰ τὸν σωτῆρα γενόμενος ἄνθρωπος, ὃς ἑρμηνεύεται πῇ μὲν σωτηρία, πῇ δὲ σωτήρ. ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σωτῆρος ἡ σωτηρία, ὃν τρόπον ἐκ τοῦ φωτὸς ὁ φωτισμός. ἡ οὖν ἐκ τοῦ σωτῆρος σωτηρία κτισθεῖσα καινή, καθὼς λέγει Ἱερεμίας, ἔκτισεν ἡμῖν σωτηρίαν καινήν, καὶ ὡς Ἀκύλας φησίν, ἔκτισε κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ, τουτέστιν ἐν τῇ Μαρίᾳ. οὐδὲν γὰρ ἐκτίσθη καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ, εἰ μὴ τὸ ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας τεχθὲν ἄνευ συνουσίας κυριακὸν σῶμα,

1) Ioann. 14, 9. 2) Coloss. 1, 16. 3) Coloss. 1, 15. 4) Ierem. 31, 22.

a. Sic mss. Seguer. et Reg. quos ipsi vidimus, atque etiam editi. Nullam quoque hic mss. discrepantiam affert Felckmannus. Nannius sic hunc locum reddit: *cui ut ab aeterno ex Patre genito par gloria et potestas.* An forte ᾧ pro ὡς legerit? Nos ita vertimus quasi ᾧ legendum esset: nam ex particula ὡς nullus rectus sensus, ut nobis quidem videtur, elici potest. Nostram autem coniecturam non parum confirmant quae subiiciuntur verba ὁ γὰρ ἑωρακὼς τὸν υἱὸν etc. *Nam qui videt Filium, videt et Patrem.* Inde enim clarum est hic significari, Filio ex Patre similem adeo gloriam et virtutem esse ab aeternitate genitam, ut qui viderit Filium, viderit simul et Patrem.

b. αὐτὸν ὁ Παῦλος abest a Gobler. et Felckm. I. anon.

c. Seguer. omittit εἰπών. Gobler. et Felckm. I. anon. omisso εἰπών habent δηλῶν. In Reg. pro δηλοῖ legitur δηλῶν.

ex Patre par gloria et virtus simul ingenita est: nam *qui videt Filium,* p. 100.
videt et Patrem. Nempe omnia per Filium creata sunt: at non ipse res est creata, uti his verbis docet Paulus: *Quia in ipso creata sunt omnia, et ipse est ante omnia.* Non autem dicit eum ante omnia creatum esse, sed esse ante omnia. Hoc igitur verbum *creatum esse* de omnibus quidem dicitur: sed *esse* ante omnia soli utique Filio p. 101.
congruit.

3. Ille itaque fetus est natura perfectus ex perfecto, ante omnes colles genitus, hoc est ante omnem naturam ratione et intelligentia praeditam, quemadmodum alibi Paulus eum vocat *primogenitum omnis creaturae.* Verum cum primogenitum dixit, illum non creatum esse, sed fetum esse Patris significavit. Siquidem alienum est ab eius divinitate, rem creatam ipsum dici. Omnia enim a Patre per Filium creata sunt: solus autem Filius ab aeternitate ex Patre genitus est, unde Deus Verbum primogenitus est omnis creaturae, immutabilis ex immutabili. Itaque corpus, quod quidem propter nos assumsit, res creata est, de quo dicit Ieremias iuxta Septuaginta Interpretum editionem: *Dominus creavit nobis in plantationem salutem novam, in qua salute homines circumibunt.* Interprete autem Aquila: *Creavit Dominus novum in femina.* Creata porro nobis in plantationem salus nova et non antiqua, nobis et non ante nos, Iesus est, qui quatenus Salvator factus est homo, quae quidem vox *Iesus* aliquando salus, aliquando salvator redditur. Est autem ex Salvatore salus, ut ex lumine illuminatio. Itaque nova ex Salvatore creata salus, ut loquitur Ieremias, nobis salutem novam creavit. Vel ut vertit Aquila: *Creavit Dominus novum in femina,* id est in Maria. Nihil enim novum in femina creatum est, nisi dominicum corpus, quod Maria virgo absque concubitu peperit, ut ex persona Iesu in Proverbiis legitur: *Dominus*

d. Sic Regins, Seguer. Gobler. et Felckm. I. anon. At alii cum editis *τό* omittunt: editique praeterea *δι' ὑμᾶς* post *ἐφόρεσε* habent.

e. *ἑρμηνευτῶν* deest in Gobler. et Felckm. I. anon. Hic porro locus sic in Hebraeo legitur:

בָּרָא יְהוָֹה חֲדָשָׁה בָּאָרֶץ נְקֵבָה
תְּסוֹבֵב גָּבֶר׃

id est: *Creavit Deus novum in terra, femina circumdabit virum.*

f. Sic Seguer. Ceteri vero et editi *σωτηρίας καινή*, mendose.

g. יְשׁוּעָה unde nomen Iesus a verbo ישׁע proprie quidem est salus: at nomen proprium inde deductum recte *Salvator* vertitur. Hinc Hieronymus lib. I. commentar. in Matth.: *Iesus Hebraeo sermone Salvator dicitur.* Hunc locum Facundus Hermian. loco supra [p. 5. n. g.] laudato his verbis refert: *Ea vero salus, quae nobis condita est ad plantationem nostram, nova est et non vetus, nobis et non eis qui ante nos, Iesus qui iuxta Salvatorem factus est homo, qui interpretatur pastor, salus, interdum etiam Salvator.* Haec ibi perperam e Graeco reddita.

p. 101. ὡς καὶ ἐν παροιμίαις ἐκ προσώπου τοῦ ᵃἸησοῦ λέγει· κύριος ἔκ-
τισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ[1]). οὐ λέγει δέ· πρὸ
ἔργων ἔκτισέ με, ἵνα μή τις εἰς τὴν θεότητα τοῦ λόγου ἐκλάβοι
τὸ ῥητόν.

4. Ἑκάτερα τοίνυν τὰ περὶ τὸ κτίσμα ῥητὰ σωματικῶς εἰς
τὸν Ἰησοῦν γέγραπται· ἀρχὴ γὰρ ὁδῶν ἐκτίσθη ὁ κυριακὸς ἄνθρω-
πος, ᵇὃν εἰς σωτηρίαν ἡμῖν ἐφανέρωσε. διὰ τούτου γὰρ τὴν πρὸς
τὸν πατέρα ἔχομεν προσαγωγήν[2]). αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς ᶜἡ πρὸς
τὸν πατέρα ἀνάγουσα ἡμᾶς. ὁδὸς δὲ σωματικόν τί ἐστι θέαμα,
ἥτις ἐστὶν ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος. τὰ πάντα γοῦν ἔκτισεν ὁ τοῦ
θεοῦ λόγος οὐκ ὢν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα. οὐδὲν γὰρ τῶν κτι-
σμάτων ἔκτισέ τι ἴσον ἢ ὅμοιον ἑαυτῷ· πατρὶ δὲ ἔοικε τὸ γεννᾶν,
p. 102. τεχνίτῃ δὲ τὸ κτίζειν. ποίημα ᵈγοῦν ἐστι καὶ κτίσμα τὸ ὃ δι'
ἡμᾶς ἐφόρεσε σῶμα ὁ κύριος, ὃ ἐγεννήθη ἡμῖν, ὥς φησιν ὁ Παῦλος,
ἀπὸ θεοῦ σοφία καὶ ἁγιασμὸς καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀπολύτρωσις[3]).
καίπερ πρὸ ἡμῶν καὶ πάσης κτίσεως σοφία τοῦ πατρὸς ἦν ὁ λόγος
καὶ ἔστι. τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ἐκπόρευμα ὂν τοῦ πατρὸς ἀεί ἐστιν
ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ πέμποντος πατρὸς καὶ τοῦ φέροντος υἱοῦ, δι'
οὗ ἐπλήρωσε τὰ πάντα. ὁ πατὴρ ᵉσυνέχων ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἐγέν-
νησε τὸν υἱόν, ὡς ἔφαμεν, καὶ οὐκ ἔκτισεν, ὡς ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς
καὶ ὡς βλαστὸν ἀπὸ ῥίζης καὶ ὡς ἀπαύγασμα ἀπὸ φωτός, ἃ οἶδεν
ἡ φύσις ἀδιαίρετα· δι' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ᶠκράτος, μεγαλοσύνη
πρὸ πάντων τῶν αἰώνων καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώ-
νων. ἀμήν.

1) Prov. 8, 22. 2) Ephes. 2, 18. 3) 1. Cor. 1, 30.

a. Gobler. et Felckm. primus anonymus τοῦ υἱοῦ.
b. Basilienses ms. ὤν.
c. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. I. anon. Ceteri vero et editi post ὁδός addunt καθὼς λέγει, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός, et praeterea Reg. ante καθώς habet καὶ ἡ ἀλήθεια. Ibid. Seguer. ἡμᾶς habet, ceteri et editi ὑμᾶς, nec observat Felckmannus an ἡμᾶς legatur in Gobler. et I. ut vocat anonymo, quemadmodum utique legi debet.

creavit me initium viarum suarum in opera sua. Non dicit, ante P. 101. opera creavit me, ne quis id ad divinitatem Filii referret.

4. Utrumque ergo illud de re creata dictum, de Iesu secundum corpus scriptum est. Siquidem principium viarum creatus est dominicus homo, quem nobis nostrae salutis procurandae causa exhibuit. Nam per ipsum habemus accessum ad Patrem: ipse enim est via, quae nos ad Patrem dùcit. Via autem corporeum quiddam est, quod oculis cernitur, estque ipse dominicus homo. Omnia ergo creavit Verbum Dei, quod ipsum non creatum est, sed genitum. Namque nulla res creata aliquid aequale vel simile sibi ipsi potest creare: sed Patris est generare, et artificis creare. Itaque res facta et creata est corpus, P. 102. quod propter nos gestavit Dominus, *quod genitum nobis est*, ut ait Paulus, *a Deo sapientia et sanctificatio et iustitia et redemptio;* quamvis ante nos atque rem quamlibet creatam et fuerit et sit Verbum Patris sapientia. Sanctus autem Spiritus, qui a Patre procedit, semper est in manibus Patris mittentis, et ferentis Filii, per quem scilicet omnia replevit. Pater igitur, qui ex seipso esse, ut ita loquar, continet, Filium, uti diximus, genuit, non creavit, non secus ac fluvium ex fonte, germen ex radice, et splendorem ex luce, quae individua esse, natura ipsa agnoscit. Per ipsum autem sit Patri gloria, potestas et maiestas ante omnia saecula, et in omnia saecula saeculorum. Amen.

d. Regius *οὖν* omisso *καί* sequente. Ibidem Seguerianus, Goblerianus et Felckmanni I. anonymus habent *τὸ ὃ δι' ἡμᾶς*. Ceteri et editi *τό* omittunt. Mox haec verba: *ὁ κύριος, ὃ ἐγεννήθη ἡμῖν*, desunt in Regio ms. Ibidem Basiliensis habet *ἐγενήθη*.

e. Reg. *ὁ συνέχων*. Editio Commel. et 6. ms. Felckm. mendose habent *συνέχον*. Mox Seguer. *ὡς ἔφημεν*.

f. Gobler. et Felckm. I. anonym. *κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν*. In fine *τῶν αἰώνων* deest in Regio ms.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI
EPISTOLA
DE
DECRETIS NICAENAE SYNODI
CONTRA ARIANOS.

ADMONITIO.

P. 206. I. *Quae sequitur epistola, responsum est S. Athanasii ad amicum. Hic nimirum cum in disputatione, quam cum nonnullis Arianae haeresis propugnatoribus habuerat, impia Arii dogmata plene confutasset, illi, contra quos disputabat, quid responderent anxii, postremo se converterunt ad criminandum sanctam synodum Nicaenam, quod vocabula non scripta, id est quae in sacris Scripturis non exstant, in fidei definitione adhibuerit, nempe voces* ex substantia *et* consubstantialis: *quos tametsi ita rixantes et nugantes penitus compescuit, tamen ut accuratius quae in Synodo Nicaena contra Arium et Arianos gesta essent resciret, rogavit S. Athanasium, ut qui ipse Concilio adfuerat, rem totam, prout acta fuerat, sibi vellet narrare: quod hac in epistola abunde praestat Athanasius.*

II. *Ac primo quidem exagitat Arianorum inconstantiam in sententiis mutandis, quod pravae doctrinae signum evidens esse ait, cum constantia sit verae indicium certum. Tum breviter commemorat, quomodo Synodus se erga Eusebianos initio gesserit, ac postquam ipse in Eusebianos Arianamque impietatem prolixe satis invectus est variaque illorum refellit argumenta, ut depellat criminationem, qua Arii fautores in Synodum Nicaenam utebantur, quod scilicet nova excogitaverit vocabula, dilucide exponit, quonam pacto dolus astutiaque Eusebianorum Patres compulerit ad declarandum, Filium esse ex* substantia *Patris et Patri* consubstantialem. *Quod idem etiam refert epi-*
·la ad Afros.

III. *Quamvis autem concedat Athanasius dictiones* ex substantia P. 206.
et consubstantialis *in Scripturis sacris non legi, tamen rem ipsam in eis contineri ostendit, nec eas a Synodo fuisse inventas, sed longe antea ab antiquioribus usurpatas; Theognostum enim olim docuisse* substantiam Filii esse ex substantia Patris absque ulla divisione natam. *Dionysii quoque Alexandrini affert auctoritatem asserentis,* Filium esse Patri consubstantialem. *Nam cum eum quidam criminarentur negasse, Filium esse Patri* consubstantialem, *ipse Dionysio Romae episcopo, cui se purgat, scribit se tantum dixisse, dictionem illam nusquam reperiri in sacris Scripturis, non autem rem ipsam reprobare, sed potius amplecti. Quod sane illustre argumentum est huius vocis antiquitatis.*

IV. *Insigne etiam ibidem monumentum catholicae fidei circa SS. Trinitatem adduxit, fragmentum videlicet libri Dionysii Romae episcopi adversus Sabellianos. Erant enim huius aetate qui, ut Sabellium refellerent, docebant tres S. Trinitatis hypostases esse a se invicem diversas, ac proinde tres quasi Deos praedicabant: alii autem aiebant, Verbum opus et rem factam esse. Utrosque iure coarguit Dionysius docetque contra illos, tres SS. Trinitatis hypostases non esse divisas a se invicem, nec Filium esse factum, sed genitum.*

V. *Origenis quoque testimonio utitur Athanasius docentis,* Verbum aeternum esse eiusdemque ac Patrem substantiae. *Nam quae in eius operibus videntur huic catholicae sententiae esse contraria, ait Athanasius illum non ex propria mente proponere, sed ex eorum, quibuscum disputabat. Nec vero aliquibus mirum videri debet, ea, quae postmodum dictitabant Ariani, hic ab Origene aperte condemnari, haec nimirum verba:* Fuit aliquando, cum non esset Filius; *siquidem id necessario sequitur ex illorum sententia, qui Filium non semper fuisse arbitrabantur. Hinc Dionysius Romanus in loco, cuius mox meminimus, sic loquitur:* Si factus est Filius, fuit aliquando cum non esset; *quam impietatem Origenes eodem modo ac ille impugnat. Quapropter cum Origenis temporibus essent, qui idem sentirent, quod postea Ariani, nil profecto mirum, si eosdem quoque loquendi modos adhiberent. Sed ex his satis fuerit observare, fuisse longe ante Arium Arianae impietatis praecursores.*

VI. *Postremo S. Athanasius de voce ἀγενήτου disputat. Hanc Arianos a profanis auctoribus mutuatos esse ait, ut post explosas alias eorum voculas suam impietatem novo hoc vocabulo tegerent. Nam cum solum Patrem ἀγένητον* non-factum *dicendum esse vellent, concludebant Filium γενητόν* factum *debere dici. Verum fraudem* P. 207.
istam aperit et repellit Athanasius, docetque Deum non-factum *appellari, quatenus τοῖς γενητοῖς* rebus factis *opponitur, sed appellari*

P. 207. Patrem, *cum refertur ad* Filium. *De voce ἀγενήτου disserit quoque Orat. I. contra Arianos*[1]) *et in epistola de Synodis Arimini et Seleuciae*[2]), *in qua circa finem locum affert epistolae S. Ignatii ad Ephesios scribentis, Dominum esse simul γενητόν* factum *et ἀγένητον* non-factum. *Scilicet, ut explicat S. Doctor, Dominus γενητός* factus *dicitur, quatenus homo, et ἀγένητος* non-factus, *quatenus Deus. Ibidem quoque non negat, aliquos post Ignatium Doctores solum Patrem dixisse ἀγένητον* non-factum: *at respondet eos ita locutos, non quod Filium γενητόν* factum *putarent, sed ut Patrem nullam sui causam habere significarent, esseque Patrem sapientiae, per quam omnia γενητά* facta *fecit.*

VII. *Ex his porro aliisque infra ad num.* 28. *dicendis liquet, ἀγένητον legendum esse, non vero ἀγέννητον. Nam ἀγένητον Athanasius semper opponit τῷ γενητῷ. At ἀγέννητον significat* non-genitum, *opponiturque τῷ γεννητῷ* genito, *quo sane modo verum est, solum Patrem esse ἀγέννητον, et Filium γεννητόν ut pote a Patre genitum, uti luculenter docet S. Ioannes Damascenus lib. I. orthodoxae fidei cap.* 9. *his verbis: χρὴ γὰρ εἰδέναι, ὅτι τὸ ἀγένητον δι᾽ ἑνὸς ν γραφόμενον τὸ ἄκτιστον ἤτοι μὴ γενόμενον σημαίνει. τὸ δὲ ἀγέννητον διὰ τῶν δύο νν γραφόμενον δηλοῖ τὸ μὴ γεννηθέν .... κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον κοινωνοῦσιν αἱ τρεῖς τῆς ἁγίας θεότητος ὑπέρθεοι ὑποστάσεις· ὁμοούσιοι γὰρ καὶ ἄκτιστοι ὑπάρχουσι. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον οὐδαμῶς. μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος· οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶν αὐτῷ ὑποστάσεως τὸ εἶναι. Id est:* Sciendum est vocem *ἀγένητον* per unum *ν* scriptam significare, quod increatum est, sive quod non est factum. At vox *ἀγέννητον* per duo *νν* scripta significat, quod non est genitum ...... Ea vox secundum primam significationem communis est tribus sanctae divinitatis hypostasibus divinissimis: nam consubstantiales sunt et increatae; sed iuxta secundam significationem non est communis; siquidem solus Pater est *ἀγέννητος non-genitus*, quippe qui non sit ex alia hypostasi. *Eadem totidem verbis exstant in libro de S. Trinitate cap.* 8. *in fine* 6. *Tomi operum S. Cyrilli Alexandrini.*

VIII. *Videtur tamen antiquis scriptoribus ignota fuisse huiusmodi distinctio. Namque Cicero Tusculan.* 1.[3]) *τὸ ἀγένητον vertit* id cuius nulla est origo, *et* quod non oritur vel nascitur: *sic enim haec Platonis in Phaedro verba reddit ἀρχὴ δὲ ἀγένητον,* principii autem nulla est origo: *ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι,* quod si nusquam oritur: *ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴ ἂν εἴη,* natura animi neque nata certe est, et aeterna est. *Verum nec illi etiam videntur po-*

1) num. 30 seqq. Vd. infra. 2) num. 47. Opp. ed. Ben. Tom. I. Pars II. p. 681. 3) c. 23. cll. Plat. Phaedr. p. 245. ed. Steph.

fuisse discrimen inter non nasci sive non gigni *et* non fieri. *S. Hilarius libro contra Constantium num.* 16. *eandem vocem reddit* innascibilem, *nisi forte legerit* ἀγέννητον. Novitates vocum, *inquit ille ad Constantium,* sed profanas devitari iubet Apostolus. Tu cur pias excludis, cum praesertim ab eo dictum sit: omnis scriptura divinitus inspirata utilis est? Innascibilem scriptum nusquam legis, numquid et hoc negandum erit, quia novum est? *Notanda quoque Tertulliani verba, qui libro de anima cap.* 4. *vocem* ἀγένητον *ex Platonis loco paullo ante citato simul* innatum et infectum *reddit.* Consequens enim est, *inquit,* ut ex Dei flatu animam professi initium ei deputemus. Hoc Plato excludit, innatam et infectam animam volens: et natam autem docemus et factam, ex initii constitutione. Nec statim erravimus utrumque dicentes, quia scilicet aliud sit natum, aliud factum, ut pote illud animalibus competens. Differentiae autem, sua habendo loca et tempora, habent aliquando et passivitatis commercia. Capit itaque et facturam pro nasci poni; siquidem omne, quod quoquo modo accipit esse, generatur. Nam et factor ipse parens facti potest dici: sic et Plato utitur. *Haec ille.* P. 207.

IX. *De tempore, quo haec data fuit epistola, dicendum restat. Constat compositam fuisse post Eusebii Caesariensis mortem; nam Acacio eius successore scripta est, ut patet num.* 3. *Certum quoque est, scriptam fuisse mortuo Eusebio Nicomediensi, quandoquidem de eo, tanquam qui non amplius esset superstes, passim loquitur Athanasius. Denique pacis tempore nullaque in Athanasium grassante persecutione editam esse, innuunt haec verba, quae num.* 2. *habentur:* Ne mireris, si nunc ita se gerant (Ariani); siquidem haud multo post futurum est, ut iidem ad iniurias se se convertant, deindeque cohortem et tribunum nobis minitabuntur; his enim tota innititur perversa illorum doctrina. *Ex quibus perspicuum fuerit, haec tunc scripsisse* P. 208.
S. Athanasium, cum quiescerent Ariani nihilque contra ipsum palam molirentur. Quocirca statuendum videtur, scriptam esse hanc Epistolam ab anno 350. *ad annum* 354., *nempe post reditum Athanasii Alexandriam occiso Gregorio Alexandriae pseudoepiscopo, antequam eum iterum vexare coeperit Constantius.*

X. *In fine subiecimus Epistolam Eusebii Caesariensis ad suae Paroeciae homines, quemadmodum se subiecisse ait S. Athanasius num.* 3., *ut et exstat in manuscripto Regio ac in Basiliensi Felckmanni, eaque in tomo* 2. *editionis Commelianae inserta est, cum sero nimis animadversa suo loco amplius reponi iam non posset, ut ibidem dicitur. In aliis autem editionibus penitus omissa fuit.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΟΤΙ Η ΕΝ ΝΙΚΑΙΑΙ ΣΥΝΟΔΟΣ ΕΩΡΑΚΥΙΑ ΤΗΝ ΠΑΝΟΥΡΓΙΑΝ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΙΟΝ ΕΞΕΘΕΤΟ ΠΡΕΠΟΝΤΩΣ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΩΣ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΑΡΕΙΑΝΗΣ ΑΙΡΕΣΕΩΣ ΤΑ ΟΡΙΣΘΕΝΤΑ.

P. 208. 1. *Καλῶς ἐποίησας, δηλώσας μοι τὴν γενομένην παρὰ σοῦ ζήτησιν πρὸς τοὺς τὰ Ἀρείου πρεσβεύοντας, ἐν οἷς ἦσαν καὶ τῶν Εὐσεβίου τινὲς ἑταίρων, καὶ πλεῖστοι δὲ τῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας φρονούντων ἀδελφῶν. τὴν μὲν οὖν σὴν φιλόχριστον νῆψιν ἀπεδεξάμην, καλῶς διελέγξασαν τὴν τῆς αἱρέσεως ἀσέβειαν· τὴν δ' ἐκείνων ἀναισχυντίαν τεθαύμακα, ὅτι καίτοι καὶ Ἀρειανῶν λογισμῶν δειχθέντων σαθρῶν τε καὶ ματαίων, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντων αὐτοὶ καταγνωσθέντες ἐπὶ πάσῃ κακοφροσύνῃ, ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα διεγόγγυζον κατὰ τοὺς Ἰουδαίους, λέγοντες· διὰ τί οἱ ἐν τῇ Νικαίᾳ συνελθόντες ἔγραψαν ἀγράφους λέξεις, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τὸ ὁμοούσιον; σὺ μὲν [b] οὖν, ὡς λόγιος ἀνήρ, καὶ οὕτως αὐτοὺς σχηματιζομένους οὐδὲν ἧττον ἀπεδείξας κενολογοῦντας. ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲν ξένον τῆς ἑαυτῶν κακονοίας πράττουσι, πλαττόμενοι προφάσεις. εἰσὶ γὰρ ποικίλοι καὶ παλίμβολοι τὰς γνώμας, ὡς οἱ χαμαιλέοντες ἐν τοῖς χρώμασι, καὶ ἐλεγχόμενοι μὲν ἐρυθριῶσιν, ἀνακρινόμενοι δὲ ἀποροῦσι, καὶ λοιπὸν ἀναιδευόμενοι προφασίζονται. ἂν δέ τις αὐτοὺς καὶ ἐν τούτοις διελέγξῃ, κάμνουσιν ἕως ἂν ἐπινοήσωσι τὰ μὴ ὄντα, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον λογίζωνται μάταια[1]), ἵνα μόνον διαμείνωσιν ἀσεβοῦντες. τὸ δὲ τοιοῦτον ἐπιχείρημα οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ γνώρισμα μὲν ἄντικρυς τῆς ἀλογίας αὐτῶν,*

1) Psal. 2, 1.

a. Regius mss. *τοῦ αὐτοῦ ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος* etc. In editis post *τὰ*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

EPISTOLA.

QUOD NICAENA SYNODUS PERSPECTA EUSEBIANORUM CALLIDITATE CONGRUENTER ET PIE QUAE ADVERSUS ARIANAM HAERESIM DECRETA SUNT EDIDERIT.

---

1. Recte quidem tu fecisti, qui tuam cum Arianae haeresis pro- p. 208.
pugnatoribus disputationem mihi significaveris, adfuisseque inter eos nonnullos ex Eusebii sodalibus, plurimosque e fratribus, qui fidem Ecclesiae sequuntur. Tua igitur quae vero Christi amore ardet vigilantia mihi valde placuit, eaque impiam haeresim egregie confutavit. Vehementer autem illorum impudentiam sum admiratus, quod tametsi clare ostensum fuit, Arianorum rationes futiles admodum et inanes esse, ipsique ab omnibus omnis nequitiae condemnati fuerunt, tamen nihilominus more Iudaeorum murmurent ac identidem dicant: Quare qui Nicaeae convenerunt, vocabula non scripta nempe *ex substantia* et *consubstantiale* scripsere? Tu quidem ut vir disertus illos ita etiam tergiversantes nihil nisi falsa effutire demonstrasti; at illi nihil alienum a pravitate suae mentis committunt, cum varias comminiscuntur difficultates. Tam sunt enim inconstantes in variandis sententiis, quam chamaeleontes in mutando colore. Hinc cum convincuntur erubescunt; haerent autem cum examinantur ac tandem vana impudenter praetexunt, quae si quis refellerit, non defatigantur donec ea quae nulla sunt excogitaverint et inania, ut scriptum est, fuerint meditati, nec aliam ob causam nisi ut impii permaneant. Id autem nihil aliud sane est, quam propriae ipsorum insipientiae evidens argumentum nec non

ὁρισθέντα additur ἐπιστολή: sed aptius collocatur ante ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ etc.

h. Sic Reg. At in aliis et editis c' deest.

P.208. μίμησις δὲ καθὰ προεῖπον τῆς Ἰουδαϊκῆς κακοηθείας. καὶ γὰρ ἐλεγχόμενοι κἀκεῖνοι παρὰ τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ δυνάμενοι πρὸς αὐτὴν ἀντιβλέπειν, ἐπροφασίζοντο λέγοντες· τί ποιεῖς σὺ σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; τί ἐργάζῃ[1]); καίτοι σημείων
P.209. τοσούτων γενομένων, ὥστε λέγειν καὶ αὐτούς· τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ ποιεῖ σημεῖα[2]); νεκροὶ γὰρ ἠγείροντο, χωλοὶ περιεπάτουν, τυφλοὶ ἀνέβλεπον, λεπροὶ ἐκαθαρίζοντο, καὶ τὸ ὕδωρ οἶνος ἐγίνετο, καὶ ἀπὸ πέντε ἄρτων ἐκορέσθησαν πεντακισχίλιοι. καὶ οἱ μὲν πάντες ἐθαύμαζον καὶ προσεκύνουν τὸν κύριον, ὁμολογοῦντες ἐν αὐτῷ πληροῦσθαι τὰς προφητείας καὶ αὐτὸν εἶναι θεὸν τοῦ θεοῦ τὸν υἱόν· μόνοι δὲ οἱ Φαρισαῖοι, εἰ καὶ [a] λαμπρότερα ἡλίου φαινόμενα ἦν τὰ σημεῖα, ὅμως πάλιν ἐγόγγυζον ὡς ἀμαθεῖς καὶ ἔλεγον· διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν[3]); ἄφρονες καὶ τῷ ὄντι τυφλοὶ τὴν διάνοιαν. δέον τὸ ἔμπαλιν αὐτοὺς λέγειν· διατί σὺ θεὸς ὢν ἄνθρωπος γέγονας; τὰ γὰρ ἔργα θεὸν αὐτὸν ἐδείκνυεν, ἵνα τὴν μὲν ἀγαθότητα τοῦ πατρὸς προσκυνήσωσι, τὴν δὲ δι' ἡμᾶς αὐτοῦ οἰκονομίαν θαυμάσωσι· τοῦτο μὲν οὔτε ἔλεγον, ἀλλ' οὔτε τὰ γινόμενα βλέπειν ἐβούλοντο. ἢ ἔβλεπον μέν· ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἦν ὁρᾶν αὐτά· πάλιν δὲ ἐγόγγυζον μεταβαλλόμενοι· διατί ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύεις τὸν παραλυτικόν, καὶ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν τότε ποιεῖς ἀναβλέπειν[4]); τοῦτο δὲ πρόφασις πάλιν ἦν καὶ μόνον γογγυσμός. καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις θεραπεύοντος τοῦ κυρίου πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἐκεῖνοι συνήθως ἐμέμφοντο, καὶ μᾶλλον ἤθελον ἀθεότητος ἔχειν ὑπόνοιαν [b] Βεελζεβοὺλ ὀνομάζοντες, ἢ ἀρνήσασθαι τὴν ἰδίαν πονηρίαν. ἀλλὰ καὶ οὕτως τοῦ σωτῆρος πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως δεικνύοντος [c] ἑαυτοῦ τὴν θεότητα καὶ εὐαγγελιζομένου πᾶσι πατέρα, οὐδὲν ἧττον ὥσπερ εἰς κέντρα λακτίζοντες ἀντέλεγον ἐκεῖνοι μωρολογοῦντες, ἵνα μόνον κατὰ τὴν θείαν παροιμίαν [d] προφάσεις ἐφευρίσκοντες χωρίσωσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας.

2. Ἰουδαῖοι μὲν [e] οὖν οἱ τότε τοιαῦτα πονηρευόμενοι, καὶ ἀρνούμενοι τὸν κύριον, εἰκότως τῶν τε νόμων καὶ τῆς πρὸς τοὺς πατέρας ἐπαγγελίας ἔξω γεγόνασι. καὶ Ἀρειανοὶ δὲ νῦν Ἰουδαΐζοντες τ' αὐτόν μοι δοκοῦσι πάσχειν τῷ Καϊάφᾳ καὶ τοῖς τότε Φαρισαίοις· οὐδὲν γὰρ ὁρῶντες εὔλογον ἔχουσαν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν, προφάσεις ἐπινοοῦσι, διατί τοῦτο καὶ μὴ τοῦτο γέγραπται; καὶ μή τοι θαυμάσῃς, εἰ τοιοῦτα νῦν μηχανῶνται· μετ' ὀλίγον γὰρ

1) Ioan. 6, 30. 2) Ioan. 11, 47. 3) Ioan. 10, 33. 4) Ioan. 5. et 9.

a. Reg. λαμπρότερον.
b. Ita Reg. et Basil. Editi vero mendose addunt τήν.
c. Sic Reg. Alii vero et editi αὐτοῦ.
d. Hic alludit S. Athanasius ad Prov.

Iudaicae, uti iam dixi, nequitiae imitatio. Siquidem Iudaei, cum a ve- P. 208.
ritate convicti oculos contra eam attollere non valerent, huiusmodi
interrogatiunculis se obtegebant: *Quod tu facis signum ut videamus
et credamus tibi? Quid operaris?* Quamquam tot signa fierent, ut P. 209.
etiam ipsi cogerentur dicere: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Nam mortui excitabantur, claudi ambulabant, videbant caeci, leprosi purgabantur, aqua mutabatur in vinum, et quinque panibus quinque millia hominum sunt saturati. Hinc omnes quidem Dominum admirabantur et adorabant fatebanturque in ipso impleri prophetias eumque Deum et Filium Dei esse. Soli autem Pharisaei, tametsi sole clariora erant signa, nihilominus tanquam imperiti murmurabant et aiebant: Quare *tu homo cum sis facis teipsum Deum?* Stulti profecto vereque mente caeci, quos scilicet potius ita loqui decuisset: Quare tu Deus cum sis homo factus es? Siquidem Deum illum esse opera ipsa ostendebant. Ita enim illi et Patris benignitatem fuissent venerati et illius factam nostri causa dispensationem non potuissent non admirari. Verum tantum aberat, ut id dicerent, ut etiam nec quae fiebant vellent videre; vel si videbant (nec enim ista poterant non videre), rursus ad aliam confugiebant querelam. Cur Sabbato, inquiebant, paralyticum sanas et visum caeco nato restituis? Haec autem speciosae dumtaxat causae erant, nihilque aliud, nisi merum murmur. Illi enim etiam, cum aliis diebus Dominus omnem morbum et infirmitatem sanaret, more solito conquerebantur malebantque Beelzebul eum appellantes in impietatis suspicionem venire, quam propriam abiicere nequitiam. Hinc licet Salvator variis multisque modis suam ipse divinitatem patefaceret, Patrisque cognitionem omnes edoceret, illi velut in stimulos calcitrantes, stulte blaterantes contradicebant, idque tantummodo ut iuxta divinum proverbium excogitatis occasionibus se ipsos a veritate separarent.

2. Itaque Iudaei, qui tam improbe Dominum negabant, iure merito et legum et omnium, quae Patribus promissa fuere, expertes facti sunt. Ariani vero, qui Iudaeos hodie imitantur, Caiphae et Pharisaeorum mihi videntur esse haud dissimiles. Cum enim suam haeresim nihil, quod rationi sit consentaneum, continere videant, occasiones pariter confingunt, cum hoc pacto interrogant: Cur hoc potius quam illud scriptum est? Verum ne mireris, si nunc ita se gerant: siqui-

18, 1. *προφάσεις ζητεῖ ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζεσθαι ἀπὸ φίλων.* Id est, ut habet vulgata, *occasiones quaerit, qui vult recedere ab amico.* Sic nempe Ariani vanis suis querelis occasiones quaerebant, ut a veritate recederent.

e. Sic Regius ms. Editi vero et alii *μὲν γάρ.*

p. 209. καὶ εἰς ὕβρεις ἐκτραπήσονται, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν σπεῖραν καὶ τὸν
[a] χιλίαρχον ἀπειλήσουσιν· ἐν τούτοις γάρ ἐστιν αὐτῶν ἡ δοκοῦσα
σύστασις τῆς κακοδοξίας. τὸν γὰρ τοῦ θεοῦ λόγον ἀρνούμενοι εἰ-
κότως καὶ λόγου παντός εἰσιν ἔρημοι. ταῦτα γοῦν εἰδὼς οὐδὲν
[b] ἂν ἀπεκρινάμην ἐρωτῶσιν ἐκείνοις· ἐπειδὴ δὲ ἡ σὴ διάθεσις ἀπή-
τησε γνῶναι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ πραχθέντα, οὐχ ὑπερεθέμην· ἀλλ'
p. 210. εὐθύς, ὡς τότε γέγονε, δεδήλωκα, δείξας δι' ὀλίγων, ὅσον εὐσε-
βοῦς φρονήσεως ἡ Ἀρειανὴ αἵρεσις ἐστέρηται, καὶ μόνον προφά-
σεις πλάττονται. σκόπει δὲ καὶ σύ, ἀγαπητέ, εἰ μὴ οὕτως ἔχει.
εἰ θαῤῥοῦσιν οἷς ἐφεῦρον αὐτοὶ κακοῖς, ἐπισπείραντος αὐτοῖς τοῦ
διαβόλου τὴν κακοφροσύνην, ἀπολογείσθωσαν περὶ ὧν ἐγκληθέντες
ἀπεδείχθησαν αἱρετικοί, καὶ τότε λοιπὸν αἰτιάσθωσαν, εἰ δύναν-
ται, τὰ κατ' αὐτῶν ὁρισθέντα· οὐδεὶς γὰρ ἐλεγχθεὶς ἐπὶ φόνῳ καὶ
μοιχείᾳ μετὰ τὴν δίκην χώραν ἔχει τὴν ἀπόφασιν τοῦ κρίναντος
αἰτιᾶσθαι, διατί μὴ οὕτως ἀλλ' ἐκείνως ἐλάλησε; τοῦτο γὰρ οὐκ
ἐλευθεροῖ τὸν κριθέντα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τὸ ἔγκλημα διὰ
τὴν προπέτειαν καὶ τὴν τόλμαν ἐπαυξάνει. οὐκοῦν καὶ οὗτοι ἢ
δεικνύτωσαν τὸ φρόνημα ἑαυτῶν εὐσεβές· κατηγορηθέντες γὰρ
ἠλέγχθησαν, οὐ μεμψάμενοι πρότερον· καὶ δίκαιόν ἐστι τοὺς αἰτια-
θέντας μηδὲν ἕτερον ποιεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι. ἢ εἰ τὸ συνειδὸς
ἔχουσι ῥυπαρὸν καὶ συνορῶσιν ἑαυτοὺς ἀσεβοῦντας, μὴ αἰτιάσθω-
σαν ἃ ἀγνοοῦσιν, ἵνα μὴ καὶ διπλοῦν [c] κακὸν ἀσεβείας ἔγκλημα
καὶ ἀπαιδευσίας ἀπενέγκωνται μέμψιν. ἐξεταζέτωσαν δὲ μᾶλλον
φιλομαθῶς, ἵν' ἐπιγνόντες ἃ πρότερον ἠγνόουν, ἀπονίψωνται τὰς
ἑαυτῶν ἀσεβεῖς ἀκοὰς τῷ τῆς ἀληθείας νάματι καὶ τοῖς τῆς εὐσε-
βείας δόγμασιν. οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ γέγονε
τοῖς περὶ Εὐσέβιον.

3. Ὡς ἐφιλονείκουν ἀσεβοῦντες καὶ θεομαχεῖν ἐπεχείρουν, τὰ
μὲν λεγόμενα παρ' αὐτῶν ἀσεβείας ἦν μεστά. οἱ δὲ συνελθόντες
12. Quae cum ita sint, attendat, quaeso, qui voluerit inter illos, existatque aliquis, qui ut eos pudore afficiat, ab iisdem sciscitetur, utrum fas sit id, quod ex Deo est et proprius eius est fetus, ex nihilo esse dicere, an item possit vel solum in mentem alicui venire, id quod ex Deo est, eidem accidisse, ita ut dicere audeat, Filium non semper esse. Nempe hic rursus hominum cogitationes superat et transcendit Filii generatio. Nos enim propriorum filiorum certo tantum tempore patres efficimur, quippe qui cum antea non essemus, postea facti fuerimus; at Deus, cum semper sit, semper quoque est Filii Pater. Sane rerum creatarum generatio ex similitudine cognoscitur; quia vero *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius et cui Filius revelaverit*, idcirco Sancti, quibus id Filius revelavit, imaginem quandam ex rebus aspectabilibus nobis huiusmodi verbis reliquerunt: *Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius*; et iterum: *Quoniam apud te est fons vitae, in lumine tuo videbimus lumen.* Verbum item Israëlem obiurgans ait: *Dereliquisti fontem sapientiae*; ipse porro est fons, qui dicit: *Me dereliquerunt fontem aquae vivae.* Haec autem exempla licet levia sint admodum et obscura ad id quod cupimus exprimendum, ex his tamen intelligi potest aliquid, quod sit supra hominum naturam, nec Filii generationem nostrae esse similem. Quis enim vel cogitatione fingat, non esse aliquando splendorem, ut audeat contendere, non semper fuisse Filium, vel non fuisse, priusquam esset genitus? Aut quis a sole splendorem separabit, aut fontem vita aliquando destitutum cogitabit, ut insaniens dicat, ex nihilo esse Filium, qui ipse ait: *Ego sum vita,* vel eum a substantia Patris esse diversum, qui idem dicit: *Qui me videt, videt et Patrem*? Nimirum cum Sancti haec nos ita intelli-

a. Sic Reg. Alii vero et editi αὐτόν omittunt.

b. Reg. ᾧ ἐάν. Mox id. ἡμῶν, ut et legerunt interpretes. Ceteri et editi ὑμῶν.

c. Sic mss. et Scriptura. Editi ἐγκατελίπετε.

p. 219. ἑωρακώς, ἑώρακε τὸν πατέρα[1]); οὕτω γὰρ ἡμᾶς οἱ ἅγιοι βουλόμενοι νοεῖν, τοιαῦτα καὶ παραδείγματα δεδώκασι, καὶ ἔστιν ἄτοπον καὶ λίαν ἀσεβές, τοιαύτας ἐχούσης τῆς γραφῆς τὰς εἰκόνας, ἐξ ἄλλων ἡμᾶς περὶ τοῦ κυρίου διανοεῖσθαι τῶν μήτε γεγραμμένων, μήτε τινὰ διάνοιαν εἰς εὐσέβειαν ἐχόντων.

13. Οὐκοῦν λοιπὸν λεγέτωσαν, πόθεν ἄρα καὶ οὗτοι μαθόντες, [a]ἢ τίνος αὐτοῖς παραδεδωκότος, τοιαῦτα περὶ τοῦ σωτῆρος ὑπονοεῖν ἤρξαντο. ἀνέγνωμεν, φήσουσιν, ἐν ταῖς παροιμίαις· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ[2]). καὶ γὰρ καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον τοῦτο λέγειν ἐδόκουν, καὶ σὺ δὲ γράφων ἐδήλωσας, ὅτι διὰ πολλῶν μὲν ἀποδείξεων ἀνατρεπόμενοι καὶ οὗτοι κατεγινώσκοντο, τοῦτο δὲ ὅμως αὐτοὶ τὸ ῥητὸν ἄνω καὶ κάτω περιφέροντες, ἓν τῶν κτισμάτων τὸν υἱὸν εἶναι ἔλεγον, καὶ τοῖς γενητοῖς αὐτὸν συνηρίθμουν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο δοκοῦσί μοι μὴ νενοηκέναι καλῶς· ἔχει γὰρ τὴν διάνοιαν εὐσεβῆ καὶ λίαν ὀρθήν, ἣν εἰ καὶ αὐτοὶ νενοήκεισαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐβλασφήμησαν. τὰ γὰρ προειρημένα [b]πρὸς τὸ ῥητὸν τοῦτο συμβαλλέτωσαν, καὶ ὄψονται πολλὴν ἐν αὐτοῖς οὖσαν τὴν διαφοράν. τίς γὰρ οὐ συνορᾷ διάνοιαν ἔχων ὀρθήν, ὅτι τὰ μὲν κτιζόμενα καὶ ποιούμενα ἔξωθεν τοῦ ποιοῦντος, ὁ δὲ υἱός, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔδειξεν ὁ λόγος, οὐκ ἔξωθεν ἀλλ' ἐκ τοῦ γεννῶντος [c]πατρὸς ὑπάρχει; καὶ γὰρ ἄνθρωπος κτίζει μὲν οἰκίαν, γεννᾷ δὲ υἱόν, καὶ οὐκ ἄν τις ἀναστρέφων εἴποι τὴν μὲν οἰκίαν καὶ τὴν ναῦν γεννᾶσθαι παρὰ τοῦ κατασκευάζοντος, τὸν δὲ υἱὸν [d]κτίζεσθαι καὶ ποιεῖσθαι παρὰ τοῦ αὐτοῦ, οὐδὲ πάλιν τὴν μὲν οἰκίαν εἰκόνα τοῦ κτίζοντος, τὸν δὲ υἱὸν ἀνόμοιον τοῦ γεννῶντος· ἀλλὰ μᾶλλον [e]τὸν μὲν υἱὸν εἰκόνα τοῦ πατρὸς ὁμολογήσει, τὴν δὲ οἰκίαν τέχνης εἶναι δημιούργημα, εἰ μή τις ἄρα τὴν διάνοιαν νοσοίη καὶ τὰς φρένας παρεξεστηκὼς [f]τυγχάνοι. ἀμέλει πάντων μᾶλλον ἡ θεία γραφή, γινώσκουσα τὴν ἑκάστου φύσιν, περὶ μὲν τῶν κτιζομένων διὰ Μωυσέως φησίν· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν[3])· περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ οὐχ ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν πατέρα σημαίνει λέγοντα· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε[4])· καὶ πάλιν· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε[5])· αὐτός τε περὶ ἑαυτοῦ ὁ κύριος ἐν παροιμίαις λέγει· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με[6])· καὶ περὶ μὲν τῶν γεννητῶν καὶ κτιστῶν ὁ Ἰωάννης φησί· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο[7])·

1) Ioan. 14, 9. 2) Prov. 8, 22. 3) Genes. 1. 4) Psal. 110 [109. LXX.], 3. 5) Psal. 2, 7. 6) Prov. 8, 25. 7) Ioan. 1, 3.

a. Sic Reg. codex. Alii et editi omittunt ἢ τίνος αὐτοῖς παραδεδωκότος. Mox idem Reg. ὑπονοεῖν, ubi alii et editi νοεῖν.

gere vellent, nobis huiusmodi exempla tradidere. An non igitur absurdum proinde valdeque impium fuerit, cum has imagines et exempla Scriptura contineat, nos ex aliis, quae neque scripta sunt neque ad pietatem ullo modo spectant, Domini notitiam inquirere? P. 219.

13. Iam itaque respondeant, undenam edocti vel quo tandem illis tradente ista de Salvatore suspicari coeperint. Legimus, inquient, in Proverbiis: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua.* Scilicet id etiam videbantur obiectare Eusebiani, tuque ipse tuis litteris mihi significasti, istos quoque multis licet argumentis prostratos et convictos ad illa Scripturae verba profugisse, eaque sursum deorsumve circumferentes asseverare, Filium unam e rebus creatis esse, eumque inter res factas annumerare. Verum hunc Scripturae locum non recte mihi videntur intellexisse; siquidem pium et valde rectum continet sensum, quem si ipsi intellexissent, Dominum gloriae blasphemiis non offendissent. Nam quae supra sunt dicta, cum hac sententia conferant, cognoscentque multum in illis esse discriminis. Quis enim sanae mentis non intelligit, res creatas et factas extra effectorem esse, filium autem, ut supra ostendimus, non extra sed ex gignente patre exsistere? Nempe homo domum quidem condit, sed filium gignit, ita ut nemo inverso ordine ausit dicere, domum et navem ab aedificatore gigni, filium autem ab eodem condi et fieri, nec item domum aedificatoris imaginem esse, filium vero esse genitoris dissimilem; sed potius filium esse patris imaginem et domum artis opus fatebitur, nisi forte quis mente sit captus ac deliret. Profecto divina Scriptura, quae rerum omnium naturam longe melius omnibus cognoscit, de rebus creatis per Moysem haec ait: *In principio fecit Deus caelum et terram.* De Filio autem non alium quam ipsum Patrem declarat dicere: *Ex utero ante luciferum genui te.* Et rursus: *Filius meus es tu; Ego hodie genui te.* Ipse quoque Dominus de se ipso in Proverbiis ait: *Ante omnes colles generat me.* Ioannes item de factis et creatis rebus sic loquitur: *Omnia per ipsum facta sunt*; de Domino autem dicit: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Itaque si filius est, non est res creata, si contra res creata est, non est certe filius; siquidem plurimum rès illa inter se

b. Sic Reg. Alii vero et editi *εἰς τὸ ῥητὸν τοῦτο συμβαλέτωσαν.*

c. Sic Reg. At alii et editi *πατρός ἐστι.*

d. Haec verba *κτίζεσθαι καὶ ποιεῖσθαι παρὰ τοῦ αὐτοῦ, οὐδὲ πάλιν τὴν μὲν οἰκίαν εἰκόνα τοῦ κτίζοντος, τὸν δὲ υἱόν* omissa sunt in Reg.

e. Sic Reg. Ceteri autem et editi *τόν* omittunt.

f. Reg. *τυγχάνει.*

P. 219. περὶ δὲ τοῦ κυρίου εὐαγγελιζόμενος λέγει· ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο[1]). εἰ τοίνυν υἱός, οὐ κτίσμα, εἰ δὲ κτίσμα, οὐχ υἱός· πολλὴ γὰρ ἐν αὐτοῖς ἡ διαφορά, καὶ οὐκ ἂν εἴη αὐτὸς υἱὸς καὶ κτίσμα, ἵνα μὴ καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ ἔξωθεν τοῦ θεοῦ ἡ οὐσία αὐτοῦ νομίζηται.

14. Ἆρ' οὖν μάτην γέγραπται τοῦτο τὸ ῥητόν; τοῦτο γὰρ πάλιν ἐκεῖνοι περιβομβοῦσιν ὡς ἀγέλη κωνώπων. οὐχί γε, οὐ μάτην γέγραπται, ἀλλὰ καὶ μάλα ἀναγκαίως· καὶ γὰρ καὶ κτίζε-
P. 220. σθαι λέγεται, ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος· ἀνθρώπου γὰρ ἴδιον τοῦτο. τὴν δὲ διάνοιαν ταύτην εὑρήσει καλῶς ἐν τοῖς λογίοις κειμένην ὁ μὴ πάρεργον ἡγούμενος τὴν ἀνάγνωσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν καὶ τὰ πρόσωπα καὶ τὴν χρείαν τῶν γεγραμμένων ἐρευνῶν, καὶ οὕτω τὰ ἀναγνώσματα διακρίνων καὶ διανοούμενος. τὸν μὲν οὖν καιρὸν ᵃτοῦ ῥητοῦ τούτου εὑρήσει καὶ γνώσεται, ὅτι ἀεὶ ὢν ὁ κύριος ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ υἱὸς ὢν τοῦ θεοῦ γέγονε καὶ υἱὸς ἀνθρώπου. τὴν δὲ χρείαν νοήσειεν, ὅτι τὸν ἡμῶν θάνατον καταργῆσαι θέλων ἔλαβεν ἑαυτῷ σῶμα ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας, ἵνα τοῦτο προσενέγκας θυσίαν ὑπὲρ πάντων τῷ πατρὶ ἀπαλλάξῃ πάντας ἡμᾶς, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦμεν δουλείας[2]). τὸ δὲ πρόσωπον τοῦ μὲν σωτῆρός ἐστι, τότε δὲ λέγεται, ὅτε λοιπὸν λαβὼν τὸ σῶμα λέγει· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ[3]). ὡς γὰρ υἱῷ θεοῦ ὄντι ἁρμόζει καλῶς τὸ ἀϊδίως εἶναι καὶ ἐν κόλποις εἶναι τοῦ πατρός, οὕτως καὶ ἀνθρώπῳ γενομένῳ πρέπουσα φωνὴ τὸ κύριος ἔκτισέ με. τότε γὰρ λέγεται περὶ αὐτοῦ· καὶ ἐπείνασε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἐπυνθάνετο ποῦ Λάζαρος κεῖται, καὶ πέπονθε, καὶ ἀνέστη. καὶ ὥσπερ ἀκούοντες αὐτὸν κύριον καὶ θεὸν καὶ φῶς ἀληθινόν, νοοῦμεν αὐτὸν ὄντα ἐκ τοῦ πατρός, οὕτως δίκαιόν ἐστιν ἀκούοντας τὸ ἔκτισε καὶ τὸ δοῦλος καὶ τὸ πέπονθε, μὴ τῇ θεότητι λογίζεσθαι, ἀνοίκειον γάρ, ἀλλὰ τῇ σαρκὶ ταῦτα μετρεῖν, ἣν δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε· ταύτης γὰρ ἴδια ταῦτα, καὶ αὐτὴ ἡ σὰρξ οὐχ ἑτέρου, ἀλλὰ τοῦ λόγου ἐστίν. εἰ δὲ καὶ τὸ ἐκ τούτου χρήσιμον ᵇἐθέλοι τις μαθεῖν, εὑρήσει καὶ τοῦτο· ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο[4]), ἵνα καὶ προσενέγκῃ τοῦτο ὑπὲρ πάντων, καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ μεταλαβόντες θεοποιηθῆναι δυνηθῶμεν, ἄλλως οὐκ ἂν τούτου τυχόντες, εἰ μὴ τὸ κτιστὸν ἡμῶν αὐτὸς ἐνεδύσατο σῶμα· οὕτω γὰρ καὶ ἄνθρωποι θεοῦ λοιπὸν καὶ ἐν Χριστῷ ἄνθρωποι χρηματίζειν ἠρξάμεθα. ἀλλ' ὥσπερ ἡμεῖς τὸ πνεῦμα λαμβάνοντες οὐκ ἀπόλλυμεν τὴν ἰδίαν ἑαυτῶν οὐσίαν· οὕτως ὁ

1) Ioan. 1, 18. 2) Hebr. 2, 15. 3) Prov. 8, 22. 4) Ioan. 1, 14.

differunt, nec idem esse potest filius et creatus, ne videlicet eius na- P. 219.
tura et ex Deo et extra Deum esse existimetur.

14. Num ergo frustra verba illa scripta sunt? Ita enim illi veluti culicum examen murmurant. Minime vero; non frustra illa sunt scripta, sed perquam necessarie. Ille enim etiam creari dicitur, sed cum homo *factus* est; id enim est hominis proprium. Hunc autem P. 220.
esse Scripturae sensum ille reperiet, qui eas non esse obiter legendas edoctus, tempus, personas ac rerum scriptarum causam investigabit, ac proinde quae legerit, dispiciet perpendetque secum. Itaque illorum verborum tempus esse inveniet, cum nimirum Dominus, qui semper est, postea in fine saeculorum homo est factus, et qui Dei Filius erat, factus etiam est Filius hominis. Causam quoque percipiet, quia nempe cum ille nostram mortem vellet destruere, sibi ipsi corpus ex virgine Maria accepit, ut illud pro omnibus victimam Patri offerens, nos *omnes liberaret, qui metu mortis per totam vitam servituti obnoxii eramus.* Persona autem Salvatoris est, quod quidem tunc dicitur, cum iam corpore accepto haec ait: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua.* Ut enim illi, quatenus Filius Dei est, optime convenit et aeternum esse et in sinu Patris esse[a]; ita homini facto recte congruunt haec verba: *Dominus creavit me.* Tunc enim de eo dicitur: et esurivit et sitivit et interrogavit ubi iaceret Lazarus, et passus est, ac resurrexit. Quemadmodum item cum eum Dominum et Deum ac veram lucem appellari audimus, illum intelligimus ex Patre esse: sic cum illa audimus, *Creavit, servus et passus est,* haec eius divinitati tribuere aequum non est, ut pote quae ab eadem sint aliena, sed carni, quam propter nos accepit, cuius ista nimirum sunt propria; quae quidem caro non alius sed ipsius est Verbi. Si quis vero ortum inde emolumentum discere velit, id etiam est reperturus. Nam *Verbum caro factum est,* ut et eam pro omnibus offerret, et nos[b] eius spiritus facti participes dii fieri possemus, quod aliter non potuissemus consequi, nisi ipse creatum nostrum corpus induisset; sic enim exinde et homines Dei et in Christo homines appellari incepimus. Sed ut nos Spiritu accepto propriam non amittimus naturam, ita Dominus, postquam homo propter nos factus est et corpus accepit, Deus nihilominus mansit. Nec enim angusto corporis

a. Sic Regius. Ceteri et editi omittunt τούτου.

b. Reg. ἰθέλει.

P. 220. κύριος γενόμενος δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος καὶ σῶμα φορέσας οὐδὲν ἧττον ἦν θεός· οὐ γὰρ ἠλαττοῦτο τῇ περιβολῇ τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐθεοποιεῖτο τοῦτο καὶ ἀθάνατον ἀπετέλει.

15. Ἱκανὰ μὲν οὖν ταῦτα στηλιτεῦσαι τὴν αἵρεσιν τῶν Ἀρειανῶν. καὶ γάρ, ὡς ὁ κύριος δέδωκεν, ἐξ ὧν ἔλεγον αὐτοὶ διηλέγχθησαν ἀσεβοῦντες, φέρε δὴ καὶ ἡμεῖς προτείνωμεν καὶ ἀπαιτήσωμεν καὶ αὐτοὺς ἀποκρίνασθαι· καιρὸς γάρ ἐστιν, ἀπορήσαντας αὐτούς. ἐν τοῖς ἰδίοις ἐρωτᾶσθαι λοιπὸν παρ' ἡμῶν· τάχα κἂν οὕτως ἐντραπέντες ἀναβλέψωσιν ὅθεν κατέπεσαν οἱ κακόφρονες. τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μεμαθήκαμεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ὡς [a] προείπομεν, αὐτὸν εἶναι τὸν λόγον καὶ τὴν σοφίαν τοῦ πατρός. ὁ μὲν γὰρ ἀπόστολός φησι· Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία[1])·
P. 221. ὁ δὲ Ἰωάννης εἰρηκώς· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἐπήγαγεν εὐθύς· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας[2])· ὡς, τοῦ λόγου ὄντος μονογενοῦς υἱοῦ, ἔν τε τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῇ σοφίᾳ γεγενῆσθαι τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. καὶ ταύτης τῆς σοφίας πηγὴν εἶναι τὸν θεόν, ἐν τῷ Βαροὺχ μεμαθήκαμεν, αἰτιαθέντος τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐγκατέλιπε τὴν πηγὴν τῆς σοφίας[3]). εἰ μὲν οὖν ἀρνοῦνται τὰ γεγραμμένα, αὐτόθεν ἀλλότριοι καὶ τοῦ ὀνόματος ὄντες, οἰκείως ἂν καλοῖντο καὶ παρὰ πάντων ἄθεοι καὶ χριστομάχοι· οὕτω γὰρ ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν καὶ αὐτοί· εἰ δὲ συνομολογοῦσιν ἡμῖν εἶναι θεόπνευστα τὰ τῆς γραφῆς ῥήματα, τολμησάτωσαν φανερῶς εἰπεῖν, ἃ κεκρυμμένως φρονοῦσιν, ὅτι ἄλογος [b]καὶ ἄσοφος ἦν ὁ θεός ποτε, καὶ μανέντες εἴπωσιν· ἦν ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν ὁ Χριστός· πάλιν τε ἀποφηνάσθωσαν τὴν πηγὴν μὴ ἐξ ἑαυτῆς γεγεννηκέναι τὴν σοφίαν, ἀλλ' ἔξωθεν ἑαυτῆς κεκτῆσθαι ταύτην, ἵνα καὶ τολμήσωσιν εἰπεῖν· ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν ὁ υἱός. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτι πηγὴν ταύτην δείκνυσιν, ἀλλά τινα λάκκον ὥσπερ ἔξωθεν ὕδωρ λαβόντα, κεχρημένον τῷ ὀνόματι τῆς πηγῆς.

16. Ὅσης μὲν οὖν ἀσεβείας ἐστὶ τοῦτο μεστόν, οὐδένα τῶν κἂν βραχεῖαν αἴσθησιν ἐχόντων ἀμφιβάλλειν ἡγοῦμαι. ἐπειδὴ δὲ τονθορύζοντες λέγουσιν, ὀνόματα μόνον εἶναι τοῦ υἱοῦ λόγος καὶ σοφία, ἀναγκαῖον ἐρωτῆσαι τούτους· εἰ ὀνόματα μόνον ἐστὶ ταῦτα τοῦ υἱοῦ, ἄλλος ἂν αὐτὸς εἴη παρὰ ταῦτα. καὶ εἰ μὲν βελτίων ἐστὶ τῶν ὀνομάτων, οὐχ ὅσιον ἐκ τῶν ἐλαττόνων τὸν βελτίονα σημαίνεσθαι· εἰ δὲ ἐλάττων ἐστὶ τῶν ὀνομάτων, πάντως ἔχει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπὶ τὸ κάλλιον προσηγορίας· τοῦτο δὲ πάλιν προ-

1) 1. Cor. 1, 24. 2) Ioan. 1, 14. 3) Bar. 3, 12.

ambitu diminutus est, sed potius corpus divinum et immortale est P. 220. redditum.

15. Et haec quidem satis esse videntur ad Arianam haeresim proscribendam; siquidem illorum impietatem ex ipsorum verbis, prout nobis suppeditavit Dominus, manifeste ostendimus. Verum age iam nos quoque proponamus ac responsum ab illis vicissim exigamus. Cum enim ipsi in propriis haereant argumentis, sane tempus est, ut a nobis interrogentur; forte nempe hoc pacto futurum est, ut erubescant ac perspiciant, unde stulti sint delapsi. Filium Dei, ut superius diximus, ex divinis Scripturis didicimus ipsum esse Verbum et Sapientiam Patris; nam haec sunt quidem Apostoli verba: *Christus Dei virtus et Dei sapientia.* Ioannes vero postquam dixisset: *Et Verbum caro factum est,* mox subdidit: *Et vidimus gloriam eius, glo-* P. 221. *riam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.* Scilicet cum Verbum sit unigenitus Filius, in hoc Verbo et Sapientia facti sunt caeli et terra ac omnia, quae in eis sunt. Huius porro sapientiae fontem esse Deum, nos docet Baruch, ubi videlicet redarguitur Israël *fontem sapientiae dereliquisse.* Si igitur ea, quae scripta sunt, negare voluerint; profecto nominis, quo insigniuntur, indigni et alieni fiunt, proprieque ab omnibus vocandi sunt impii et Christi hostes, quippe qui ita se ipsi nominaverint. Sin autem verba Scripturae afflatu divino scripta esse nobiscum consentiunt, palam audacter proferant, quod abdite sentiunt, nempe Deum aliquando rationis et sapientiae fuisse expertem, furentesque dicant: „Fuit aliquando cum non „esset, nec fuit Christus priusquam est genitus." Praedicent item fontem non ex seipso sapientiam genuisse, sed extrinsecus eam habuisse, ut et dicere audeant: „Ex nihilo factus est Filius." Hoc enim non fontem eum esse demonstrat, sed quendam potius lacum, aquam veluti extrinsecus excipientem fontisque nomen usurpantem.

16. Verum quam execranda haec sit impietas, ambigere arbitror neminem, qui vel tantillo sensu vigeat. Quia tamen Verbum et Sapientiam mera esse Filii nomina dictitant, haec ad illos dicere haud ab re fuerit: Si ista sunt Filii duntaxat nomina, alius certe ille praeter ea fuerit. Atqui si illis nominibus sit praestantior, fas non est eum, qui praestantior sit, ex inferioribus significari. Quod si nominibus inferior dicatur, profecto non sine causa praestantius nomen obtinuit, idque signum fuerit eius progressionis. Atqui haec impietas priore

a. Reg. προείπαμεν.
b. Sic Reg. At editi et alii vocem ἄσοφος omittunt, quam tamen interpretes legerant.

p. 221. κοπὴν αὐτοῦ σημαίνει, καὶ οὐ μεῖόν ἐστι τῶν προτέρων καὶ τοῦτο τὸ ἀσέβημα. τὸν γὰρ ἐν τῷ πατρὶ ὄντα, ἐν ᾧ καὶ ὁ πατήρ ἐστι, τὸν λέγοντα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[1]), ὃν καὶ ὁ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα[2]), [a]ὀνομάζειν ὑπό τινος ἔξωθεν βελτιοῦσθαι, πᾶσαν ὑπερβάλλει μανίαν. ἀλλὰ τούτων ἐκπίπτοντες, καὶ κατὰ τοὺς περὶ Εὐσέβιον ὑπὸ πολλῆς συνεχόμενοι τῆς ἀπορίας, ἐκεῖνο λοιπὸν ἔχουσιν ὑπολειπόμενον, ὃ καὶ ἐν ᾀσματίοις Ἄρειος καὶ ἐν τῇ ἑαυτοῦ [b]Θαλίᾳ ὡς ἐπαπορῶν μυθολογεῖ· πολλοὺς λαλεῖ λόγους ὁ θεός. ποῖον αὐτῶν ἄρα λέγομεν ἡμεῖς υἱὸν καὶ λόγον μονογενῆ τοῦ πατρός; ἀνόητοι καὶ πάντα μᾶλλον ἢ Χριστιανοί. πρῶτον μὲν γὰρ τοιαῦτα λαλοῦντες περὶ θεοῦ, μικροῦ δεῖν ἄνθρωπον τὸν θεὸν ὑπολαμβάνουσιν, οὕτω λαλοῦντα καὶ παραμείβοντα τοὺς προ-
p. 222. τέρους τοῖς δευτέροις λόγοις, ὥσπερ οὐκ ἀρκοῦντος ἑνὸς ἐκ τοῦ θεοῦ λόγου πᾶσαν τὴν ἐκ τοῦ βουλήματος τοῦ πατρὸς δημιουργίαν καὶ τὴν τούτου πρόνοιαν πληρῶσαι· τὸ μὲν γὰρ πολλοὺς αὐτὸν λαλεῖν λόγους, ἀσθένεια τῶν πάντων ἐστίν, ἑκάστου λειπομένου τῆς τοῦ ἑτέρου χρείας· τὸ δὲ ἑνὶ κεχρῆσθαι λόγῳ τὸν θεόν, ὡς καὶ ἔστιν ἀληθῶς, τοῦτο καὶ τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν δείκνυσι, καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ λόγου τὴν τελειότητα, καὶ [c]τῶν οὕτω φρονούντων τὴν εὐσεβῆ σύνεσιν.

17. Εἴθε δὲ καὶ οὗτοι κἂν ἐξ ὧν λέγουσι νῦν, ἐθελήσουσιν ὁμολογεῖν τὴν ἀλήθειαν· εἰ γὰρ ἅπαξ διδόασι τὸν θεὸν προφέροντα λόγους, ἴσασιν ὅλως αὐτὸν πατέρα· τοῦτο δὲ γινώσκοντες σκοπείτωσαν, ὅτι μὴ θέλοντες ἕνα διδόναι τοῦ θεοῦ λόγον πολλῶν αὐτὸν εἶναι πατέρα φαντάζονται, καὶ τὸ μὲν ὅλως εἶναι τοῦ θεοῦ λόγον οὐ θέλουσιν ἀρνεῖσθαι, τὸ δὲ εἶναι τοῦτον τοῦ θεοῦ υἱὸν οὐχ ὁμολογοῦσιν. ἔστι δὲ τοῦτο τῆς ἀληθείας ἀγνωσία καὶ τῶν θείων γραφῶν ἀπειρία. εἰ γὰρ ὅλως ὁ θεὸς πατήρ ἐστι λόγου, διατί μὴ καὶ ὁ [d]γεννώμενος υἱός ἐστιν; υἱὸς δὲ πάλιν τοῦ θεοῦ τίς ἂν εἴη, ἢ ὁ λόγος αὐτοῦ; καὶ γὰρ οὐ πολλοὶ λόγοι, ἵνα μὴ ἕκαστος ἐνδεὴς [e]ᾖ, ἀλλὰ εἷς ὁ λόγος, ἵνα τέλειος μόνος αὐτός, καὶ ὅτι ἑνὸς ὄντος τοῦ θεοῦ μίαν ἔδει καὶ τὴν εἰκόνα εἶναι αὐτοῦ, ἥτις ἐστὶν ὁ υἱός. καὶ γὰρ ὁ τοῦ θεοῦ υἱός, ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν λογίων ἐστὶ μαθεῖν, αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ εἰκὼν καὶ ἡ χεὶρ καὶ ἡ δύναμις· ἓν γάρ ἐστι τὸ τοῦ θεοῦ γέννημα,

1) Ioan. 10, 30. 2) Ioan. 14, 9.

a. Reg. ὀνομάζων.

b. Huius Arii operis meminit Socrates Ecclesiasticae historiae lib. I. cap. 9. [p. 29. ed Reading.] his verbis: ἰστέον δὲ ὅτι Ἄρειος βιβλίον συνέγραψε περὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης, ὃ ἐπέγραψε Θάλειαν. ἔστι δὲ ὁ χαρακτὴρ τοῦ βιβλίου χαῦνος καὶ διαλελυμένος, τοῖς Σωταδείοις ᾄσμασι παραπλήσιος· ὅπερ καὶ αὐτὸ τότε ἡ σύνοδος ἀπεκήρυξεν. Id est: Sciendum est Arium librum de sua opinione composuisse, quem Thaliam inscripsit, cu-

non est minor; siquidem is, qui illum, qui *in Patre est, in quo* item P. 221
est Pater, qui et idem dicit: *Ego et Pater unum sumus, quem* item
qui videt, videt et Patrem, qui, inquam, illum re aliqua *externa* meliorem reddi, hisce nominibus significari putat, nae ille omnium insanissimus merito habendus sit. Verum illi hinc quoque deiecti atque in summas, ut Eusebiani, adducti angustias, ad illud postremo argumentum confugiunt, quod ipse Arius suis in cantiunculis et Thalia velut desperans effutivit. „Multa, inquiunt, verba loquitur Deus. „Quale ergo horum Filium Dei et Verbum unigenitum Patris esse di- „cimus?“ Stolidi certe illi et quidvis potius quam Christiani! Primo enim dum haec de Deo loquuntur, parum abest quin hominem Deum esse existiment, quippe qui sic loquatur et priora verba novis immutet, quasi unum Verbum a Deo prolatum non satis sit ad omnia P. 222
creanda, quae Pater decreverit, et ad eius providentiam exequendam. Multa enim illum loqui verba, signum est verborum omnium imbecillitatis, cum singula alterius auxilio indigeant. Deum autem uno uti Verbo, ut revera est, Dei virtutis et Verbi ab eo profecti perfectionis indicium atque argumentum est, nec non illorum pietatis, qui ita sentiunt.

17. Utinam vero saltem ex his, quae nunc proferunt, veritatem fateri velint. Nam si semel concedant, Deum verba proferre, illum Patrem esse omnino ignorare non possunt. Quo dato attendant, se, dum unum esse Dei Verbum nolunt fateri, multorum patrem eum facere. Verum Dei quidem Verbum esse nolunt inficiari; sed illud esse Dei filium non consentiunt, quod profecto ex veritatis ignorantia et divinarum Scripturarum inscitia provenit. Nam si vere Deus Pater est Verbi, cur qui gignitur, Filius non sit? Quis autem rursus Dei filius possit esse praeter eius Verbum? Etenim non multa sunt verba, ne singula imperfecta et egena sint, sed unum est Verbum, tum ut ipsum solum sit perfectum, tum quia cum Deus unus sit, una quoque eius imago, quae ipsa Filius est, debet esse. Namque Dei Filius, ut ex ipsis Scripturis licet discere, idem est Dei verbum, sapientia, imago, manus et virtus. Unus enim est Dei fetus, haecque sunt indicia, eum ex Patre esse genitum. Sive enim Filium dixeris, id quod ex ipso

ius libri stylus mollis est et dissolutus ac Soladeis cantilenis persimilis, quem tunc Synodus (Nicaena) *condemnavit.* Haec ibi. Scribit quoque Philostorgius lib. II. c. 2., Arium, quo errorem facilius disseminaret, ᾄσματά τε ναυτικὰ καὶ ἐπιμύλια καὶ ὁδοιπορικὰ γράψαι, καίτοι αὖθις ἕτερα συντεθέντα εἰς μελῳδίας ἐκτεῖναι, ἃς ἐνόμιζεν ἑκάστοις ἁρμόζειν. Id est: *Cantilenas nauticas, molarias et viatorias composuisse, aliasque rursus editas in numeros redegisse, quos cuique convenire existimabat.*

c. Reg. τῶν omittit moxque habet εὐσεβῆ σύνεσιν. Alii autem et editi ἀσεβῆ σύνεσιν, ut et Nannius legit.

d. Reg. γεννῶν ἑνός; mendose.

e. ἢ abest a Reg. et Basiliensi.

P.222. καὶ ταῦτα τῆς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννήσεώς [a]εἰσι γνωρίσματα. ἄν τε γὰρ τὸν υἱὸν εἴπῃς, τὸ ἐξ αὐτοῦ φύσει δεδήλωκας· ἄν τε τὸν λόγον ἐνθυμηθῇς, τὸ ἐξ αὐτοῦ πάλιν καὶ τὸ ἀδιαίρετον αὐτοῦ λογίζῃ· καὶ τὴν σοφίαν δὲ λέγων, οὐδὲν ἧττον τὸ μὴ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ πάλιν φρονεῖς· ἂν δὲ καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν χεῖρα ὀνομάσῃς, τὸ ἴδιον πάλιν τῆς οὐσίας λέγεις· καὶ τὴν εἰκόνα δὲ λέγων, τὸν υἱὸν σημαίνεις· τί γὰρ ἂν εἴη ὅμοιον τῷ θεῷ, ἢ τὸ ἐξ αὐτοῦ γέννημα; ἀμέλει [b]ἅπερ διὰ τοῦ λόγου γέγονε, ταῦτα τῇ σοφίᾳ τεθεμελίωται· καὶ ἃ ἐν τῇ σοφίᾳ τεθεμελίωται, ταῦτα πάντα ἐν τῇ χειρὶ πεποίηται, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ γέγονε. καὶ τούτων οὐκ ἔξωθεν ἡμεῖς, ἀλλ' ἐκ τῶν γραφῶν ἔχομεν τὴν πίστιν· ὁ μὲν γὰρ θεὸς αὐτὸς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγει· ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν[1]). καὶ πάλιν· καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τῆς χειρός μου σκεπάσω σε, ἐν ᾗ ἔστησα τὸν οὐρανὸν καὶ ἐθεμελίωσα τὴν γῆν[2]). ὁ δὲ Δαβὶδ τοῦτο μαθὼν καὶ εἰδὼς τὴν χεῖρα αὐτὴν οὖσαν τὴν σοφίαν ἔψαλλε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου[3])· ὡς καὶ Σολομὼν παρὰ θεοῦ λαβὼν ἔλεγεν· ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν[4]). Ἰωάννης τε γινώσκων τὴν χεῖρα καὶ τὴν σοφίαν εἶναι τὸν λόγον εὐαγγελίζετο· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν.
P.223. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν[5]). ὁ δὲ ἀπόστολος βλέπων τὴν χεῖρα, τὴν σοφίαν, τὸν λόγον αὐτὸν ὄντα τὸν υἱόν φησι· πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκεν κληρονόμον πάντων· δι' οὗ καὶ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας[6])· καὶ πάλιν· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ[7]). εἰδὼς δὲ πάλιν τὸν λόγον, τὴν σοφίαν, τὸν υἱὸν αὐτὸν ὄντα τὴν εἰκόνα τοῦ πατρός, φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς ἐπιστολῇ· εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί, ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς [c]τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν[8]). ὡς γὰρ διὰ

1) Esa. 48, 13. 2) Esa. 51, 16. 3) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 4) Prov. 3, 19. 5) Ioan. 1, 1—3. 6) Hebr. 1, 1. 2. 7) 1. Cor. 8, 6. 8) Coloss. 1, 12—17.

natura exoritur, significasti. Sive Verbum esse cogitaveris, rursus id P. 222.
quod ex illo nascitur et ab eodem nequit separari, cogitasti. Cum item Sapientiam eum appellas, nihil sane externum, sed id quod ex illo et in illo est, denotas; similiter si virtutem et manum eum dixeris, quod proprium est naturae, significas. Denique cum imaginem illum nominas, Filium esse indicasti. Quid enim simile Deo fuerit praeter id, quod ex illo gignitur? Certe quae per Verbum facta sunt, haec eadem sapientia sunt fundata. Et quae in sapientia fundata sunt, haec omnia in manu sunt facta ac per Filium condita sunt. Nec vero ut haec probemus, argumenta extrinsecus mutuari opus fuerit, sed id ex Scripturis clarum est. Siquidem ipse Deus per Esaïam prophetam dicit: *Manus mea fundavit terram, et dextera mea firmavit caelos.* Et rursus: *Et sub umbra manus meae protegam te, in qua caelos constitui et terram fundavi.* David autem, qui eadem edoctus manum ipsam esse sapientiam noverat, canebat: *Omnia in sapientia fecisti: impleta est terra creatione tua.* Salomonis quoque, qui idem a Deo acceperat, haec sunt verba: *Deus sapientia fundavit terram.* Ioannes item non ignorans, Verbum manum et sapientiam esse, Evangelium ita orditur: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil.* Aposto- P. 223.
lus denique, cui perspectum quoque erat, manum, sapientiam et Verbum ipsum esse Filium, sic loquitur: *Multifariam multisque modis olim Deus locutus patribus in prophetis, in extremo dierum istorum locutus est nobis in Filio, quem constituit haeredem universorum, per quem etiam fecit saecula.* Et iterum: *Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.* Cum autem idem Apostolus non ignoraret, Verbum, Sapientiam et Filium ipsam esse Patris imaginem, haec habet epistola ad Colossenses: *Gratias agentes Deo et Patri, qui dignos nos fecit annumerari in parte sortis sanctorum in luce, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemtionem, remissionem peccatorum, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae; quoniam in ipso condita sunt universa, quae in caelis et in terra sunt, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt; et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant.* Ut enim omnia per Verbum creata sunt, ita, cum idem sit imago, in ipso quoque sunt creata. Qui igitur ita de Domino senserit, non *offendet in lapidem offensio-*

a. Reg. ἐστι.

b. Sic Reg. Ceteri vero et editi ὅπερ.

c. Sic Reg., ut et habet Scripturae textus. In aliis et editis τήν deest.

P. 223. τοῦ λόγου, οὕτως εἰκόνος αὐτοῦ ὄντος ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα. οὕτως δέ τις περὶ τοῦ κυρίου διανοούμενος, οὐ προσκόψει τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος¹), ἀλλὰ μᾶλλον πορεύσεται πρὸς τὴν λάμψιν κατέναντι τοῦ φωτὸς τῆς ἀληθείας· τοῦτο γὰρ ὄντως ἐστὶ τῆς ᵃἀληθείας τὸ φρόνημα, κἂν διαῤῥαγῶσιν οὗτοι φιλονεικοῦντες, μήτε τὸν θεὸν σεβόμενοι, μήτε τοὺς ἐκ τῶν ἀποδείξεων ἐλέγχους ἐντρεπόμενοι.

18. Οἱ μὲν οὖν περὶ Εὐσέβιον οὕτως ἐξεταζόμενοι τότε διὰ πολλῶν καὶ καταγνόντες ἑαυτῶν, καθὰ προεῖπον, ὑπέγραψαν, καὶ μεταγνόντες ἠρέμησαν καὶ ἀνεχώρησαν. ἐπειδὴ δὲ οὗτοι νεανιευόμενοι ταῖς ἀσεβείαις καὶ σκοτοδινιῶντες περὶ τὴν ἀλήθειαν οὐδὲν ἕτερον ἢ κατηγορεῖν τὴν σύνοδον ἐπιχειροῦσιν, εἰπάτωσαν ἡμῖν ἐκ ποίων αὐτοὶ γραφῶν μαθόντες, ἢ παρὰ τίνος τῶν ἁγίων ἀκούσαντες, συμπεφορήκασιν ἑαυτοῖς ῥημάτια, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ, καὶ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ τὸ ᵇτρεπτόν, καὶ τὸ προϋπάρχειν, καὶ τὸ θελήματι, ἐν οἷς κατὰ τοῦ κυρίου παίζοντες μυθολογοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησί· πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι θεοῦ, εἰς τὸ ᶜμὴ ἐκ φαινομένων τὸ βλεπόμενον γεγονέναι²). ἀλλ' οὐδὲν κοινὸν τῷ λόγῳ πρὸς τοὺς αἰῶνας· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ προϋπάρχων ᵈπρὸ τῶν αἰώνων, δι' οὗ καὶ οἱ αἰῶνες γεγόνασιν· ἐν δὲ τῷ Ποιμένι γέγραπται· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο καί τοι μὴ ὂν ἐκ
P. 224. τοῦ κανόνος προφέρουσι· ᵉπρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν οὐδὲν πρὸς τὸν υἱόν ἐστι· περὶ γὰρ τῶν πάντων λέγει τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, ὧν καὶ ἄλλος ἐστὶν αὐτός· οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν δημιουργοῦντα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις συγκαταριθμεῖν, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀρχιτέκτονα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις οἰκοδομήμασι τὸν αὐτὸν ἄν τις παραφρονῶν λέγοι. διατί τοίνυν ἀγράφους αὐτοὶ λέξεις πρὸς ἀσέβειαν ἐφευρόντες, αἰτιῶνται τοὺς ᶠἀγράφοις λέξεσιν εὐσεβοῦντας; τὸ μὲν γὰρ ἀσεβεῖν παντελῶς κεκώλυται, κἂν ποικίλοις ῥήμασι καὶ πιθανοῖς σοφίσμασι περιβάλλειν αὐτό τις ἐπιχειρῇ· τὸ δὲ εὐσεβεῖν ὅσιον παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται, κἂν ξενιζούσαις λέξεσί τις χρήσηται, ἕως μόνον ὁ λέγων εὐσεβὲς ᵍἔχοι τὸ φρόνημα, καὶ δι' αὐτῶν, ὃ νενόηκεν, εὐσεβῶς βούλεται σημαίνειν. τὰ μὲν

1) Rom. 9, 32. 2) Hebr. 11, 3.

a. Reg. εὐσεβείας.

b. Nempe Ariani docebant, Verbum esse mutabilis naturae, ita ut se ad bonum vel malum posset convertere; Patrem item prius eo existere, ac denique a Patre non natura sed voluntate esse productum, idque illis vocibus significatur.

c. Sic Reg. ut et Orat. de incarnatione

nis, sed potius ad splendorem in conspectu lucis ipsius veritatis ac- P.223.
cedet. Haec est enim veritatis doctrina, disrumpantur licet illi pertinaces, qui nec Deum reverentur, nec argumentorum vi et auctoritate victi erubescunt.

18. Sic igitur Eusebiani multis tunc modis examinati eo postremum redacti sunt, ut seipsos condemnarent, tandemque subscripsere, uti supra diximus, atque adeo mutata sententia siluerunt. Cum autem isti impietate feroces et a veritate, tanquam vertigine capti, aberrantes omne studium in calumnianda Synodo ponant, respondeant nobis, ex quibusnam Scripturis ipsi hausere, vel a quibusnam Patribus audivere huiusmodi voculas, quas sibi visum est congerere, *Ex non existentibus, non erat antequam genitus est, fuit aliquando cum non esset,* nec non sequentes voces, *mutabilis, praeexistere et voluntate,* quibus utique vocabulis impie adversus Dominum nugantur. Enimvero beatus quidem Paulus epistola ad Hebraeos ait: *Fide intelligimus, perfecta esse saecula Verbo Dei, ut id, quod cernitur, non ex rebus apparentibus fieret.* Verum nihil Verbo commune est cum saeculis; ipse enim ante saecula existit, per quem saecula facta sunt. In Pastore autem scriptum est (quandoquidem librum hunc citant, quamvis non sit ex canone): *Primum omnium crede unum esse Deum, qui* P.224.
omnia creavit et perfecit, omniaque ex nihilo ut essent fecit. Sed nec illud quoque ad Filium pertinet; siquidem de omnibus loquitur, quae per ipsum facta sunt, a quibus certe ipse alius est. Nec enim potest fieri, ut opifex his, quae ipse effecit, annumeretur, nisi fortassis ita aliquis desipiat, ut architectum idem esse velit atque aedificia ab eo constructa. Quid igitur illi eos, qui recte ac pie sentiunt, vocibus non scriptis uti accusant, cum ipsi voces non scriptas ad confirmandam impietatem fingere non sint veriti? Sane nemini prorsus licet esse impio, etiamsi variis verbis speciosisve sophismatis suam impietatem quis tentet obtegere; at nemo non fateatur, rem sanctam ac iustam esse pietatem colere, licet novis ac peregrinis vocibus quis utatur, dummodo is, qui loquitur, pie sentiat et per illas voces id, quod ipse cogitaverit, pie velit significare. Illae itaque Christi hostium, quas

verbi [Athan. Opp. ed. Ben. Tom. I.] pag. 49. habetur. Ceteri et editi ἐκ μὴ φαινομένων, ut et legisse videtur versionis vulgatae auctor.

d. πρό deest in Reg.

e. [Hermae Pastor] Lib. 2. mand. 1. [Patres apost. ed. Cotel.-Cler. I. pag. 85.]

f. Reg. ἐγγράφοις; mendose.

g. Reg. ἔχη.

P. 224. οὖν προειρημένα τῶν χριστομάχων χαμαίζηλα ῥημάτια προαπέδειξεν ὁ λόγος καὶ τότε καὶ νῦν πάσης ἀσεβείας ὄντα μεστά· τὰ δὲ παρὰ τῆς συνόδου γραφέντα καὶ ὁρισθέντα κατ᾽ αὐτῶν ἐὰν ἐρευνήσῃ τις ἀκριβῶς, εὑρήσει πάντως ἐν αὐτοῖς τὸν τῆς ἀληθείας νοῦν περιεχόμενον, ἂν μάλιστα καὶ τὴν πρόφασιν τῶν τοιούτων λέξεων ἔχουσαν τὸ εὔλογον, φιλομαθῶς ἐρωτήσας, ἀκούσῃ· ἔστι γὰρ αὕτη.

19. [a] Τῆς συνόδου βουλομένης τὰς μὲν τῶν Ἀρειανῶν τῆς ἀσεβείας λέξεις ἀνελεῖν, τὰς δὲ τῶν γραφῶν ὁμολογουμένας φωνὰς γράψαι, ὅτι τε υἱός ἐστιν οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ λόγος ἐστὶ καὶ σοφία, ἀλλ᾽ οὐ κτίσμα οὐδὲ ποίημα, ἴδιον δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς γέννημα· οἱ περὶ Εὐσέβιον ὑπὸ τῆς πολυχρονίου κακοδοξίας ἑαυτῶν ἑλκόμενοι ἐβούλοντο τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ κοινὸν εἶναι πρὸς ἡμᾶς καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, μηδέν τε ἐν τούτῳ διαφέρειν ἡμῶν αὐτόν, διὰ τὸ γεγράφθαι· εἷς θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα[1]). καὶ πάλιν· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά· τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ[2]). ἀλλ᾽ οἱ πατέρες θεωρήσαντες ἐκείνων τὴν πανουργίαν καὶ τὴν τῆς ἀσεβείας κακοτεχνίαν, ἠναγκάσθησαν λοιπὸν λευκότερον εἰπεῖν τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ γράψαι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν υἱόν, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ κοινὸν καὶ ἴσον τοῦ τε υἱοῦ καὶ τῶν γενητῶν νομίζεσθαι, ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα πάντα κτίσμα, τὸν δὲ λόγον μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεσθαι. κἂν γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ τὰ πάντα [b] λέγηται, ἀλλ᾽ ἄλλως, ἢ ὡς ἔστιν ὁ υἱός, εἴρηται. τὰ μὲν γὰρ κτίσματα, διὰ τὸ μὴ εἶναι εἰκῇ καὶ ἐκ ταυτομάτου, μηδὲ κατὰ τύχην ἔχειν τὴν γένεσιν, [c] κατὰ τοὺς λέγοντας ἐξ ἀτόμων συμπλοκῆς καὶ ὁμοιομερῶν, [d] ἢ ὥς τινες τῶν αἱρετικῶν ἄλλον δημιουργὸν λέγουσιν, ἢ ὡς πάλιν ἄλλοι ὑπό τινων
P. 225. ἀγγέλων λέγουσιν εἶναι τὴν τῶν πάντων σύστασιν, ἀλλ᾽ ὅτι τοῦ θεοῦ ὄντος τὰ πάντα παρ᾽ αὐτοῦ διὰ τοῦ λόγου οὐκ ὄντα πρότερον εἰς τὸ εἶναι γέγονε, διὰ τοῦτο εἴρηται τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ λόγος, ἐπεὶ μὴ κτίσμα ἐστίν, εἴρηται καὶ ἔστι μόνος ἐκ τοῦ πατρός, [e] τῆς δὲ τοιαύτης διανοίας γνώρισμα, τὸ εἶναι τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός· οὐδενὶ γὰρ τῶν γενητῶν ὑπάρχει τοῦτο. ἀμέλει τὰ πάντα λέγων ὁ Παῦλος ἐκ τοῦ θεοῦ, εὐθὺς ἐπήγαγε· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, ἵνα δείξῃ πᾶσιν, ὅτι ἄλλος μέν ἐστιν ὁ υἱὸς τῶν πάντων τῶν ἐκ τοῦ θεοῦ γενομένων· τὰ γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ γενόμενα διὰ υἱοῦ γέγονε· τῆς δὲ δημι-

1) 1. Cor. 8, 6. 2) 2. Cor. 5, 17. 18.

a. Videsis Epist. ad Africanos [nr. 5. Opp. ed. Ben. T. I. P. II. p. 895.], ubi eadem habentur.

b. Sic Reg. Alii vero et editi λέγεται.

c. Epicurus, Anaxagoras.

supra retulimus, futiles et vanae voculae omni prorsus sunt impietate plenae, uti antea et modo nostra oratione ostendimus. Si quis autem ea, quae contra illos a Synodo scripta et decreta sunt, diligenter perpenderit, nihil nisi meram veritatem in illis contineri haud dubie reperiet, maxime si studiose velit inquirere, quam necessaria fuerit causa has voces adhibendi, quae quidem haec fuit. P.224.

19. Cum vellet Synodus impia Arianorum vocabula abrogare et certas ac confessas Scripturarum voces adhibere, nempe quod Filius non sit ex nihilo sive ex non existentibus, sed ex Deo, quod Verbum item sit et Sapientia, non vero res creata aut facta, sed proprius Patris fetus; Eusebiani prava sua inveterata opinione impulsi, istud *ex Deo* nobis commune esse, nihilque hac in re a nobis differre Verbum Dei volebant, idcirco scilicet, quod scriptum sit: *Unus Deus, ex quo omnia,* et iterum: *Vetera transierunt; ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo.* Qua illorum astutia et impia callidate perspecta, Patres clarius explicare coacti sunt, quid per vocem *ex Deo* intelligendum esset. Quocirca scripsere, Filium esse ex Dei substantia, ut nempe illud *ex Deo* non commune Filii et rerum factarum esse existimaretur, sed ut crederetur, cetera quidem omnia creata esse, solum autem Verbum esse ex Patre. Nam licet omnia ex Deo esse dicantur, verum alio omnino modo quam sit Filius. Quia enim res creatae non casu et sponte seu ex seipsis existunt, nec fortuitum ortum habuere, ut quidem putabant, qui ex atomorum coniunctione et ex consimilibus omnia esse effecta docebant, quia etiam alium non habent creatorem, ut quidam sensere haeretici, denique quia nec, ut aliis placebat, ab Angelis quibusdam omnia facta sunt et constituta; sed quia omnia a P.225. Deo, qui vere est, cum antea non essent, per Verbum facta sunt, ut essent: idcirco ex Deo illa esse dictum est. At Verbum, quia non est quid creatum, solum utique et esse dicitur et revera est ex Patre; atque id ipsum significatur, cum dicitur, Filium esse ex substantia Patris; id enim nulli rei factae potest congruere. Sane Paulus, qui omnia ex Deo esse dicit, mox subiicit: *Et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia*; nempe ut cunctos doceret, Filium alium esse ab omnibus, quae ex Deo facta sunt. Nam quae ex Deo facta sunt, per Filium sunt facta. Ob creationem igitur, cuius Deus auctor est, haec ille dixit, non vero quod omnia sint ex Patre, ut est Filius.

d. Marcionitae et Manichaei, Simon Magus, Menander, Saturninus aliique.

e. Haec verba *τῆς δὲ τοιαύτης διανοίας γνώρισμα, τὸ εἶναι τὸν υἱὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός* desunt in edit. Commel. et 7. ms. Felckm. In aliis vero habentur, eaque legerunt Nannius et Ambros. Camald.

P. 225. ουργίας χάριν τῆς παρὰ θεοῦ γενομένης ταῦτ' εἴρηκε, καὶ οὐ διὰ τὸ εἶναι καὶ τὰ πάντα, ὡς ἔστιν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρός. οὔτε γὰρ τὰ πάντα ὡς ὁ υἱός, οὔτε ὁ λόγος εἷς τῶν πάντων ἐστί· τῶν γὰρ πάντων κύριος καὶ δημιουργός ἐστι. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος λευκότερον εἴρηκεν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτὸν εἶναι τοῦ πατρός, ἵνα καὶ ἄλλος παρὰ τὴν τῶν γενητῶν φύσιν ὁ λόγος εἶναι πιστευθῇ; μόνος ὢν ἀληθῶς ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ μηκέτι πρόφασις πρὸς ἀπάτην ὑπολειφθήσηται τοῖς ἀσεβοῦσι. περὶ μὲν οὖν τοῦ γεγράφθαι ἐκ τῆς οὐσίας ἡ πρόφασις αὕτη.

20. Τῶν δὲ ἐπισκόπων πάλιν λεγόντων, δεῖν γραφῆναι δύναμιν ἀληθινὴν καὶ εἰκόνα τοῦ πατρὸς τὸν λόγον, ὅμοιόν τε καὶ ἀπαράλλακτον αὐτὸν κατὰ πάντα τῷ πατρὶ καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ καὶ ἐν αὐτῷ εἶναι ἀδιαιρέτως· οὐδέποτε γὰρ οὐκ ἦν, ἀλλὰ ἦν ὁ λόγος ἀεί, ὑπάρχων ἀϊδίως παρὰ τῷ πατρί, ὡς ἀπαύγασμα φωτός· οἱ περὶ Εὐσέβιον ἠνείχοντο μὲν μὴ τολμῶντες ἀντιλέγειν, διὰ τὴν αἰσχύνην, ἣν εἶχον ἐφ' οἷς ἠλέγχθησαν· κατελήφθησαν δὲ πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς τονθορύζοντες καὶ διανεύοντες τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὅτι καὶ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ ἀεὶ καὶ τὸ τῆς δυνάμεως ὄνομα καὶ τὸ ἐν αὐτῷ κοινὰ πάλιν ἐστὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ τὸν υἱόν, καὶ οὐδὲν λυπεῖν τούτοις ἡμᾶς συνθέσθαι· τὸ μὲν ὅμοιον, ὅτι καὶ περὶ ἡμῶν ἐγράφη· εἰκὼν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχει[1]), τὸ δὲ ἀεί, ὅτι γέγραπται· ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες[2]), τὸ δὲ ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καί ἐσμεν[3]), καὶ τὸ ἄτρεπτον δέ, ὅτι γέγραπται· οὐδὲν ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ[4]), περὶ δὲ τῆς δυνάμεως, ὅτι καὶ ἡ κάμπη καὶ ὁ βροῦχος μὲν λέγονται δύναμις καὶ δύναμις μεγάλη[5]), πολλάκις δὲ περὶ τοῦ λαοῦ γέγραπται, ὥςπερ· ἐξῆλθε πᾶσα ἡ δύναμις κυρίου ἐκ γῆς Αἰγύπτου[6]), καὶ ἄλλαι δὲ οὐράνιαι δυνάμεις εἰσί· κύριος γάρ, φησί, τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν· ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ θεὸς Ἰακώβ[7]). τοιαῦτα γὰρ καὶ Ἀστέριος ὁ λεγόμενος σοφιστὴς παρ' αὐτῶν μαθὼν ἔγραψε, καὶ πρὸ αὐτοῦ δὲ Ἄρειος μαθών, ὥςπερ εἴρηται. ἀλλ' οἱ ἐπίσκοποι
P. 226. καὶ ἐν τούτῳ θεωρήσαντες τὴν ὑπόκρισιν ἐκείνων, καὶ ὅτι κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐν καρδίαις τῶν ἀσεβῶν δόλος ἐστὶ τεκταινομένων κακά[8]), ἠναγκάσθησαν καὶ αὐτοὶ αὖθις συναγαγεῖν ἐκ τῶν γραφῶν τὴν διάνοιαν, καὶ ἅπερ πρότερον ἔλεγον, ταῦτα πάλιν λευκότερον εἰπεῖν καὶ γράψαι, ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, ἵνα μὴ μόνον ὅμοιον τὸν υἱόν, ἀλλὰ ταὐτὸν τῇ ὁμοιώσει ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι σημαίνωσι, καὶ ἄλλην οὖσαν τὴν τοῦ υἱοῦ ὁμοίωσιν καὶ ἀτρεψίαν δείξωσι παρὰ τὴν ἐν ἡμῖν λεγομένην μίμησιν, ἣν ἐξ ἀρετῆς

1) 1. Cor. 11, 7. 2) 2. Cor. 4, 11. 3) Act. 17, 28. 4) Rom. 8, 35. 5) Ioel. 2, 25. 6) Exod. 12, 41. 7) Psal. 46 [45. LXX.], 8. 8) Prov. 12, 20.

Nec enim omnia sunt ut Filius, nec Verbum unum est ex omnibus, P.225.
sed omnium est dominus et opifex. Siquidem idcirco sancta Synodus
apertius dixit, illum ex substantia Patris esse, ut Verbum aliud esse
a natura rerum factarum crederetur, cum solum vere sit ex Deo, at-
que ut etiam nullus iam locus dolose agendi impiis relinqueretur.
Haec ergo fuit causa, cur *ex substantia* scriptum sit.

20. Cum autem rursus Episcopi dicerent, scribendum esse Ver-
bum virtutem veram imaginemque Patris esse, eique in omnibus sine
ulla prorsus varietate esse simillimum, denique immutabile semperque
esse, ac sine divisione in ipso esse (nec enim unquam non fuit, sed
fuit semper Verbum, quod et ab aeternitate apud Patrem exstitit, tan-
quam lucis splendor), his autem cum Eusebiani repugnare non aude-
rent, utpote quos suppudebat convictos et confutatos fuisse; tamen
deprehensi sunt inter se iterum murmurare oculisque innuere, istas
voces *Simile, semper, virtutem, et in ipso* nobis cum Filio esse com-
munes, ac proinde nihil illis molestum videri, si haec nos approbare-
mus. Nam quod ad vocem *similis* spectat, ea, inquiebant, nobis quo-
que attribuitur, quippe cum scriptum sit: homo *imago et gloria Dei
est*. Vox *semper* nobis item convenit; nam scriptum est: *Semper
enim nos viventes*. Nec haec verba *in ipso* a nobis sunt aliena, quia
in ipso vivimus et movemur et sumus. *Immutabiles* quoque dicimur,
ubi scriptum est: *Nihil nos separabit a caritate Dei*. Denique nomen
virtutis aliis etiam rebus tribuitur. Nam eruca et bruchus virtus et
quidem virtus magna dicuntur. Idem etiam saepe de populo scriptum
est, ut: *Egressa est omnis virtus Domini ex terra Aegypti*. Aliae
item caelestes sunt virtutes: *Nam*, inquit, *Dominus virtutum nobiscum,
susceptor noster Deus Iacob*. Similia enim etiam Asterius Sophista
dictus scripsit, quae nempe ab eis didicerat, atque ante eum Arius
ipse quoque, quemadmodum supra dictum est. Verum ubi Episcopi
illorum hac in re simulationem animadverterunt, *dolumque esse in* P.226.
cordibus impiorum *mala cogitantium*, ut ait Scriptura; sententiam rur-
sus ipsi ex Scripturis colligere sunt coacti, et quae antea dixerant,
eadem clarioribus verbis significare ac denique scribere, Filium Patri
esse consubstantialem, ut scilicet significarent, Filium non tantum si-
milem, sed eandem rem similitudine esse ex Patre, atque ut similitu-
dinem et immutabilitatem Filii aliam omnino esse ostenderent ab ea
imitatione, quae in nobis esse dicitur, quam quidem nos propter man-
datorum observationem ex virtute consequimur. Namque quod spectat
ad corpora, quae inter se sunt similia, illa certe distare et procul a

a. Reg. ὑπολίπηται.

P.226. διὰ τὴν τῶν ἐντολῶν τήρησιν ἡμεῖς προςλαμβάνομεν. τὰ μὲν γὰρ τῶν σωμάτων ὅμοια πρὸς ἑαυτὰ τυγχάνοντα δυνατόν πως διΐστασθαι καὶ μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων γίνεσθαι, οἷοί εἰσιν οἱ τῶν ἀνθρώπων υἱοὶ πρὸς τοὺς γεννήσαντας, ὡς γέγραπται περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος Σήθ, ὡς ἦν ὅμοιος αὐτῷ κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ[1]). ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐκ πατρὸς τοῦ υἱοῦ γέννησις ἄλλη παρὰ τὴν ἀνθρώπων φύσιν ἐστί, καὶ οὐ μόνον ὅμοιος, ἀλλὰ καὶ ἀδιαίρετός ἐστι τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, καὶ ἓν μέν εἰσιν αὐτὸς καὶ ὁ πατήρ[2]), ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, ἀεὶ δὲ ἐν τῷ πατρί ἐστιν ὁ λόγος, καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ λόγῳ, ὡς ἔστι τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς· τοῦτο γὰρ καὶ ἡ λέξις σημαίνει· διὰ τοῦτο ἡ σύνοδος τοῦτο νοοῦσα καλῶς ὁμοούσιον ἔγραψεν, ἵνα τήν τε τῶν αἱρετικῶν κακοήθειαν ἀνατρέψωσι, καὶ δείξωσιν ἄλλον εἶναι τῶν γενητῶν τὸν λόγον. καὶ γὰρ τοῦτο γράψαντες εὐθὺς ἐπήγαγον· τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ οὐκ ὄντων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἢ κτιστὸν ἢ τρεπτὸν ἢ ποίημα ἢ ἐξ ἑτέρας οὐσίας, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία. ταῦτα δὲ εἰρηκότες ἐδήλωσαν φανερῶς, ὅτι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τὸ ὁμοούσιον ἀναιρετικὰ τῶν τῆς ἀσεβείας λογαρίων εἰσίν, ἅπερ ἐστὶ κτίσμα καὶ ποίημα καὶ γενητὸν καὶ τρεπτὸν καὶ οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ. ὁ γὰρ ταῦτα φρονῶν ἀντιλέγει τῇ συνόδῳ· ὁ δὲ τὰ Ἀρείου μὴ φρονῶν ἐξ ἀνάγκης τὰ τῆς συνόδου ταῦτα φρονεῖ καὶ διανοεῖται, καλῶς αὐτὰ βλέπων, ὅπως ἐστὶ τὸ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα τῆς ἀληθείας λαμβάνων.

21. Οὐκ οὖν εἰ τὰ ῥήματα καὶ οὗτοι ὡς ξένα προφασίζονται, φρονείτωσαν τὴν διάνοιαν, καθ' ἣν ἡ σύνοδος οὕτως ἔγραψεν, ἀναθεματίζοντες ἅπερ ἀνεθεμάτισεν ἡ σύνοδος, καὶ λοιπόν, εἰ δύνανται, μεμφέσθωσαν τὰς λέξεις. εὖ δὲ οἶδα, ὅτι φρονήσαντες τὴν διάνοιαν τῆς συνόδου καὶ τὰ ῥήματα τῆς διανοίας πάντως ἀποδέξονται. ἂν δὲ καὶ ταύτην αἰτιᾶσθαι θελήσωσι, δῆλοι πᾶσίν εἰσι μάτην καὶ περὶ ἐκείνων λέγοντες, καὶ μόνον ἀφορμὰς ἑαυτοῖς εἰς ἀσέβειαν ἐπινοοῦντες. ἡ μὲν οὖν πρόφασις τῶν τοιούτων λέξεων αὕτη· εἰ δ' ὅτι καὶ μὴ ἔγγραφοί εἰσι πάλιν γογγύζουσιν, αὐτόθεν μὲν αὐτοὶ ἐκβαλλέσθωσαν ὡς κενολογοῦντες καὶ τὸν νοῦν οὐχ ὑγι-
P.227. αίνοντες· *ἑαυτοὺς δὲ καὶ ἐν τούτοις αἰτιάσθωσαν, ὅτι πρῶτοι παρασχόντες τὴν τοιαύτην πρόφασιν ἐξ ἀγράφων θεομαχεῖν ἤρξαντο. γινωσκέτω δὲ ὅμως, εἴ τίς ἐστι φιλομαθής, ὅτι εἰ καὶ μὴ οὕτως ἐν ταῖς γραφαῖς εἰσιν αἱ λέξεις, ἀλλά, καθάπερ εἴρηται πρότερον, τὴν ἐκ τῶν γραφῶν διάνοιαν ἔχουσι, καὶ ταύτην ἐκφωνούμεναι σημαίνουσι τοῖς ἔχουσιν εἰς εὐσέβειαν τὴν ἀκοὴν ὁλόκλη-

1) Genes. 5, 3. 2) Ioan. 10, 30.

se invicem possunt abesse, ut accidit hominum liberis erga proprios P. 226. parentes, quemadmodum de Adam et Seth, quem ille genuit, scriptum est, nempe similem illi fuisse secundum speciem suam. Verum cum Filii ex Patre generatio alia plane sit a natura hominum, nec solum similis ille sit substantiae Patris, sed dividi ab ea non queat, cum item *unum ipse et Pater* sint, ut idem dixit, semperque Verbum sit in Patre et Pater in Verbo, eo modo quo splendor se habet ad lucem, id enim dictio ipsa significat; idcirco Synodus ea re perspecta eum esse consubstantialem recte scripsit, ut et haereticorum perversitatem everteret, et Verbum aliud a factis rebus esse ostenderet. Hinc illa voce scripta statim Patres subiungunt: „His vero qui dicunt Filium „Dei ex nihilo sive ex non existentibus esse, vel creatum, vel muta-„bilem, vel factum, vel ex alia substantia, anathema dicit sancta et „Catholica Ecclesia.“ Quibus utique dictis aperte declaratur, his vocabulis *ex substantia* et *consubstantialis* deleri impietatis voculas, quibus aiunt Filium esse rem creatam, conditam, factam et mutabilem, nec prius fuisse quam genitus est. Nam qui ita sentit, Synodo refragatur. Qui vero non idem ac Arius sentit, necesse est eum eadem quae Synodus sentire et intelligere, ita ut recte percipiat, haec eo fere modo esse, quo splendor erga lucem se habet, indeque veritatis imaginem accipiat.

21. Itaque si illi verba ista velut nova ac peregrina admittere recusant; sententiam ipsam admittant, quam Synodus his indicare voluit, et quibus illa anathema dixit, ipsi similiter dicant anathema, ac de cetero, si possint, voces ipsas reprehendant. Ego vero nullus dubito, quin sententia Synodi recepta verba quoque ipsa approbent. Sin autem sententiam ipsam velint redarguere, omnibus patebit, frustra illos nullaque de causa verba reprehendere, sed solum occasiones impietatis confirmandae sibi ipsis fingere. Haec igitur causa fuit, cur huiusmodi voces fuerint institutae. Quod si rursus murmurent, quod illae in Scripturis non exstent, hoc ipso tanquam futiles et mente non sani sunt reiiciendi. Seipsos porro hic etiam potissimum accusent, P. 227. quod primi huic rei locum dederint, qui ipsi excogitatis vocibus, quae in Scripturis non habentur, bellum Deo coeperint inferre. Noverit tamen quisquis studiosus fuerit, etiamsi ipsae voces ita in Scripturis non exstent, sententiam tamen, quam continent, vere ex Scripturis haberi, quemadmodum supra dictum est, quam quidem sententiam,

a. Reg. ἑαυτοῖς.

P.227. ρον. σκοπεῖν δὲ τοῦτό σε μὲν ἔξεστιν, ἐκείνους δὲ κατακούειν τοὺς ἀπαιδεύτους. δέδεικται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ τοῦτ' ἔστιν ἀληθὲς πιστεύειν, τὸν λόγον ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι καὶ μόνον ἴδιον αὐτοῦ καὶ φύσει γέννημα. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν νοήσειέ τις τὸν υἱόν, ὅς ἐστιν ἡ σοφία καὶ ὁ λόγος, ἐν ᾧ τὰ πάντα γέγονεν, ἢ ἐξ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ; ὅμως δὲ τοῦτο καὶ παρὰ τῶν γραφῶν μεμαθήκαμεν, τοῦ μὲν πατρὸς διὰ τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν[1]), καί· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωςφόρου ἐγέννησά σε[2]), τοῦ δὲ υἱοῦ περὶ ἑαυτοῦ δεικνύντος τοῖς Ἰουδαίοις· εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον[3]), καὶ πάλιν· οὐχ ὅτι [a]τὸν πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα[4]), καὶ μὴν καὶ τό· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[5]), καί· ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[6]), ἴσόν ἐστι τῷ λέγειν· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρός εἰμι καὶ ἀδιαίρετος αὐτοῦ. καὶ ὁ Ἰωάννης δὲ λέγων· ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο[7]), μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ [b]σωτῆρος εἴρηκε. τί γὰρ ἄλλο τὸ ἐν κόλποις σημαίνει, ἢ τὴν γνησίαν ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ γέννησιν;

nit, spernit et Patrem. Namque primo etiamsi Deum ita appellaverint, P. 235. non inde tamen conficitur Verbum ex factis rebus esse. Ut enim ipse fetus est substantiae Patris, sic apud illum perpetuo existit. Nec enim hoc nomen naturam Filii destruit, neque vox ista non-facti refertur ad Filium', sed ad ea, quae per Filium facta sunt. Ac quemadmodum qui architectum domus vel urbis aedificatorem appellat, non huiusmodi vocabulo filium ex ipso genitum comprehendit, sed hoc nomine, quod quidem illi ob suam in aedificiis construendis artem et scientiam tribuitur, significat eum similem non esse his, quae ab ipso facta sunt, cum autem architecti naturam idem non ignoret, novit quoque eum, qui ex illo genitus est, alium omnino esse ab illis aedificiis, ac proinde propter filium ipsum patrem vocat, et propter opera creatorem et effectorem; eodem plane modo, qui Deum non-factum dicit, ex ipsis operibus eum ita nominat significatque, illum non solum non esse factum, sed potius rerum factarum auctorem esse. Verbum autem aliud a factis rebus esse idem novit, solumque proprium Patris fetum esse, per quem etiam omnia facta sunt ac consistunt.

30. Nec enim ipsi quoque prophetae, qui Deum omnipotentem appellabant, eum hoc exornabant nomine, ut indicarent, Verbum unum esse ex omnibus; quippe cum illis perspectum esset, Filium alium P. 236. esse a factis rebus, eumque ob suam cum Patre similitudinem omnium quoque esse dominum; sed quia omnium, quae per Filium fecit, ipse dominus est eorumque potestatem Filio dedit, qua data ipse rursus omnibus per Verbum dominatur. Similiter Deum dominum virtutum dixere, non quia Verbum una etiam esset ex illis virtutibus, sed quia et Filii pater et virtutum per Filium factarum dominus est. Nam et ipsum etiam Verbum, quod est in Patre, horum omnium dominus est omniaque habet in potestate, quandoquidem Filii sunt omnia, quae Pater habet. Ut igitur hic est illarum dictionum sensus, sic qui Deum non-factum cupit dicere, dicat sane, si prorsus ita ipsi videtur; verum non eo utatur nomine, ut significet Verbum rebus factis annumerandum esse, sed quia Deus, ut supra dixi, non solum non est factus, sed et rerum factarum per proprium Verbum effector est. Namque etiam cum talis dicitur Pater, nihilominus Verbum et imago Patris et eidem consubstantiale est, ac proinde cum eius sit imago,

d. Sic Reg. At alii et editi *καὶ γὰρ αὐτός*.

e. Reg. *τὸ τοιοῦτον ἔχει νοῦν*.

P. 236. πατρός· εἰκὼν δὲ ὢν αὐτοῦ, ἄλλος ἂν εἴη τῶν γενητῶν καὶ τῶν πάντων· οὗ γάρ ἐστιν εἰκών, τούτου καὶ τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν ὁμοίωσιν ἔχει, ὥςτε τὸν λέγοντα ἀγένητον καὶ παντοκράτορα τὸν πατέρα νοεῖν ἐν τῷ ἀγενήτῳ [a] καὶ τῷ παντοκράτορι καὶ τὸν τούτου λόγον καὶ τὴν σοφίαν, ἥ τις ἐστὶν ὁ υἱός. ἀλλ' οἱ θαυμαστοὶ καὶ εἰς ἀσέβειαν εὐχερεῖς οὐ τῆς εἰς τὸν θεὸν τιμῆς φροντίζοντες ἐφεῦρον τὸ ὄνομα τοῦ ἀγενήτου, τῆς δὲ κατὰ τοῦ σωτῆρος χάριν κακονοίας· εἰ γὰρ ἔμελεν αὐτοῖς τιμῆς καὶ εὐφημίας, ἔδει μᾶλλον, καὶ τοῦτο βέλτιον ἦν, πατέρα τὸν θεὸν εἰδέναι τε καὶ λέγειν αὐτούς, ἢ ἐκείνως ὀνομάζειν αὐτούς· λέγοντες μὲν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν θεὸν ἀγένητον, ἐκ τῶν γενομένων αὐτόν, καθὰ προεῖπον, ποιητὴν μόνον λέγουσιν, ἵνα καὶ τὸν λόγον ποίημα σημάνωσι κατὰ τὴν ἰδίαν ἡδονήν· ὁ δὲ τὸν θεὸν πατέρα λέγων εὐθὺς ἐν αὐτῷ καὶ τὸν υἱὸν σημαίνει, καὶ οὐκ ἀγνοήσει, ὅτι υἱοῦ ὄντος διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ γενόμενα ἐκτίσθη πάντα.

31. Οὐκοῦν καὶ μᾶλλον [b] ἢ ἀληθέστερον ἂν εἴη, τὸν θεὸν ἐκ τοῦ υἱοῦ σημαίνειν καὶ πατέρα λέγειν, ἢ ἐκ μόνων τῶν ἔργων ὀνομάζειν καὶ λέγειν αὐτὸν ἀγένητον. τοῦτο μὲν γὰρ τὰ ἐκ τοῦ βουλήματος τοῦ θεοῦ διὰ τοῦ λόγου γενόμενα ἔργα σημαίνει, τὸ δὲ τοῦ πατρὸς ὄνομα τὸ ἴδιον ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γέννημα γνωρίζει. ὅσῳ δὲ ὁ λόγος τῶν γενητῶν διαφέρει, τοσοῦτον καὶ πλέον τὸ λέγειν τὸν θεὸν πατέρα τοῦ λέγειν ἀγένητον διαφέροι ἄν. καὶ γὰρ τοῦτο μὲν ἄγραφον καὶ ὕποπτον, ποικίλην ἔχον τὴν σημασίαν ἐστίν· [c] ἐκεῖνο δὲ ἁπλοῦν καὶ ἔγγραφον καὶ ἀληθέστερον καὶ μόνον
P. 237. σημαῖνον τὸν υἱόν. καὶ τὸ μὲν ἀγένητον παρ' Ἑλλήνων εὕρηται τῶν μὴ γινωσκόντων τὸν υἱόν· τὸ δὲ πατὴρ παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐγνώσθη καὶ κεχάρισται· καὶ γὰρ εἰδὼς αὐτός, τίνος ἐστὶν υἱός, ἔλεγεν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), καί· ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα[2]), καί· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[3])· καὶ οὐδαμοῦ φαίνεται τὸν πατέρα καλῶν ἀγένητον αὐτός, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς εὔχεσθαι διδάσκων οὐκ εἶπεν· ὅταν δὲ προςεύχησθε, λέγετε· [d] θεὲ ἀγένητε, ἀλλὰ μᾶλλον· ὅταν προςεύχησθε, λέγετε· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς[4]). καὶ τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς πίστεως ἡμῶν εἰς τοῦτο συντείνειν ἠθέλησεν· ἐκέλευσε γὰρ ἡμᾶς βαπτίζεσθαι οὐκ εἰς ὄνομα ἀγενήτου καὶ γενητοῦ, οὐδὲ εἰς ὄνομα ἀκτίστου καὶ κτίσματος, ἀλλ' εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· οὕτως γὰρ τελειούμενοι υἱοποιούμεθα καὶ ἡμεῖς ἀληθῶς, καὶ τὸ τοῦ πατρὸς δὲ ὄνομα λέγοντες ἐπιγινώσκομεν ἐκ τοῦ ὀνόματος

1) Ioan. 14, 10. 2) Ioan. 14, 9. 3) Ioan. 10, 30. 4) Matth. 6, 9.

aliud certe a rebus factis et ab omnibus esse dicendum est. Cuius enim est imago, eius et proprietatem et similitudinem habet, adeo ut qui Patrem non-factum et omnipotentem appellat, is in non-facto et omnipotente huius Verbum et sapientiam, quae ipse est Filius, intelligat. Verum egregii illi atque ad impietatem proclives homines nomen non-facti excogitavere, non ut Deum honorarent, sed ut signum suae erga Salvatorem malevolentiae exhiberent. Si enim Dei honor et veneratio illis curae fuisset, satius sane erat praestabatque, illos Deum Patrem agnoscere et dicere, quam eum huiusmodi nomine vocare. Cum enim illi Deum non-factum appellant, illum ex rebus factis, ut supra dixi, effectorem tantum dicunt, ut scilicet Verbum quoque factum esse significent, quod quidem plurimum ipsis arridet. Qui vero Deum Patrem nominat, statim in illo Filium quoque intelligit nec dubitare potest, quin si Filius existat, res factae omnes per Filium sint creatae.

P. 236.

31. Itaque melius veriusve fuerit, Deum ex Filio significare Patremque dicere, quam eum ex solis operibus non-factum appellare. Nam id quidem nomen opera ex Dei voluntate per Verbum facta indicat, Patris autem nomen proprium ex eius substantia fetum significat. Quantum autem est discriminis Verbum inter et res factas, tantum et amplius differt Deum Patrem dicere et non-factum appellare. Hoc enim nomen in Scripturis non exstat suspectumque est, ac variam habet significationem. At simplex est aliud nomen, habeturque in Scripturis, ac veritati magis est consentaneum, eoque solus Filius significatur. Praeterea nomen non-facti a Gentibus, qui Filium non cognoscunt, inventum est; at Patris nomen ab ipso Domino nostro probatum et datum est. Ipse enim, qui certe cuius filius esset, non nesciebat, ait: *Ego in Patre, et Pater in me est*, et: *Qui videt me videt et Patrem*, et: *Ego et Pater unum sumus*. Nullo autem in loco Patrem ipse non-factum vocat. Quin etiam cum nos orare docuit, non dixit: Cum oratis, dicite: Deus non-facte, sed potius: Cum oraveritis, dicite: *Pater noster qui es in caelis*. Nostrae quoque fidei caput eodem voluit spectare. Nec enim nos in nomine non-facti et facti vel in nomine non-creati et creati baptizari iussit, sed in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ita enim nos initiati vere efficimur filii Dei, et Patris nomen pronunciantes ex hoc nomine Verbum, quod in Patre est, cognoscimus. Licet porro proprium sui ipsius patrem appellari concedat, non tamen idcirco nos cum Filio secundum natu-

P. 237.

a. Sic Reg. Alii autem et editi τῷ omittunt.

b. ἢ deletum est in Regio codice.

c. Sic Reg. Alii autem et editi ἐκεῖ.

d. Sic Reg. At alii et editi θεὸς ἀγένητε.

P. 237. τούτου καὶ τὸν ἐν τῷ πατρὶ λόγον. εἰ δὲ καὶ πατέρα θέλει λέγειν ἡμῶν τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ πατέρα, οὐ χρὴ διὰ τοῦτο συνεκτείνειν ἑαυτοὺς τῷ υἱῷ κατὰ τὴν φύσιν. καὶ τοῦτο γὰρ δι' αὐτὸν λέγεται παρ' ἡμῶν· ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἡμέτερον ὁ λόγος ἐφόρεσε σῶμα καὶ γέγονεν ἐν ἡμῖν, ἀκολούθως διὰ τὸν ἐν ἡμῖν λόγον καὶ ἡμῶν ὁ θεὸς λέγεται πατήρ. τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν πνεῦμα τοῦ λόγου δι' ἡμῶν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὡς ἡμῶν ὀνομάζει· οὗτος [a] δὲ τοῦ ἀποστόλου νοῦς ἐστι λέγοντος· ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κρᾶζον· ἀββᾶ ὁ πατήρ[1]).

32. Ἀλλ' ἴσως καὶ διὰ τὸ ὄνομα τὸ ἀγένητον ἐλεγχθέντες, πονηροὶ τὸν τρόπον ὄντες ἐθελήλουσι καὶ αὐτοὶ λέγειν· ἔδει καὶ περὶ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ τῶν γραφῶν τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα λέγεσθαι, [b]καὶ μὴ ἀγράφους ἐπεισάγεσθαι λέξεις. ναὶ ἔδει, φαίην ἂν καὶ ἔγωγε, ἀκριβέστερα γὰρ ἐκ τῶν γραφῶν μᾶλλον ἢ ἐξ ἑτέρων ἐστὶ τὰ τῆς ἀληθείας γνωρίσματα· ἀλλ' ἡ κακοήθεια καὶ μετὰ πανουργίας παλίμβολος ἀσέβεια τῶν περὶ Εὐσέβιον ἠνάγκασε, καθὰ προεῖπον, τοὺς ἐπισκόπους, λευκότερον ἐκθέσθαι τὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀνατρέποντα ῥήματα. καὶ τὰ μὲν παρὰ τῆς συνόδου γραφέντα διάνοιον ὀρθὴν ἔχοντα δέδεικται, τῶν δ' Ἀρειανῶν καὶ τὰ λογάρια σαθρὰ καὶ ὁ τρόπος πονηρὸς ἐφάνη. καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀγένητον ὄνομα ἰδίαν ἔχον διάνοιαν καὶ δυνάμενον εὐσεβῶς προφέρεσθαι αὐτοὶ πάλιν κατὰ τὴν ἰδίαν ἐνθύμησιν, ὡς ἠθέλησαν, ὀνομάζουσιν ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ σωτῆρος, ἵνα μόνον ὡς γίγαντες θεομάχειν φιλονεικῶσιν. ἀλλ' οὔτε ἐκεῖνα τὰ λογάρια προφέροντες ἔμειναν ἀκατάγνωστοι, οὔτε τὸ ἀγένητον καλῶς καὶ εὐσεβῶς δυνάμενον ὀνομάζεσθαι, ὅμως κακῶς αὐτοὶ φρονοῦντες, λαθεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν· κατῃσχύνθησαν γὰρ ἐν πᾶσι, καὶ ἡ αἵρεσις αὐτῶν ἐστηλιτεύθη πανταχοῦ. ταῦτα μέν, ὡς ἠδυνήθην, ἀπομνημονεύσας τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τότε πραχθέντα δεδή-
P. 238. λωκα· οἶδα δὲ ὅτι τῶν χριστομάχων οἱ φιλέριδες οὐδὲ τούτων ἀκούσαντες μεταβάλλεσθαι θελήσουσιν, ἀλλὰ περιδραμοῦνται πάλιν ἑτέρας ζητοῦντες προφάσεις, καὶ μετὰ ταύτας πάλιν ἑτέρας ἐπινοήσουσι. κατὰ γὰρ τὸ προφητικόν· εἰ ἀλλάξεται Αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ, καὶ πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς[2]), καὶ αὐτοὶ θελήσουσιν εὐσεβῶς φρονεῖν μεμαθηκότες ἀσεβεῖν. σὺ μέν τοι, ἀγαπητέ, δεξάμενος ἔντυχε κατὰ σαυτόν, καὶ εἰ δοκιμάσειας καλῶς ἔχειν, ἀνάγνωθι καὶ τοῖς τότε παροῦσιν ἀδελφοῖς, ἵνα καὶ αὐτοὶ ταῦτα μαθόντες ἀποδέξωνται μὲν τῆς συνόδου τὸν ζῆλον τῆς ἀληθείας καὶ τὴν τῆς διανοίας ἀκρίβειαν, καταγνῶσι δὲ τῆς τῶν χρι-

1) Galat. 4, 6. 2) Ierem. 13, 23.

ram exaequare debemus. Nempe is ipse causa est, cur ita etiam a nobis appellatur. Quia enim Verbum corpus nostrum assumsit et inter nos versari voluit, convenienter ob Verbum, quod apud nos est, noster quoque Pater Deus ipse dicitur. Nam Verbi Spiritus, qui in nobis est, per nos suum ipsius patrem tanquam nostrum appellat. Ea sane mens est Apostoli dicentis: *Misit Deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem: Abba Pater.* P. 237.

32. Verum fortassis ipsi tandem convicti, nomen non-facti inepte usurpasse, haec nobis pro sua improbitate velint reponere: „Decuisset „igitur nihil de Domino et Salvatore nostro Iesu Christo dicere, nisi „quae de illo in Scripturis habentur, non vero vocabula, quae in Scri-„pturis non exstent, inducere.“ Ita sane oportuisse ego quoque consenserim; siquidem longe aptiora sunt veritatis argumenta, quae ex Scripturis eruuntur, quam quae aliunde. Verum, uti iam dixi, perversitas astutiaque et versatilis Eusebianorum impietas Episcopos impulit, ut verba, quibus illorum impietas everteretur, liquidius exponerent. Itaque probavimus ea, quae a Synodo scripta sunt, rectum sensum continere; at contra ostensum est, et futiles admodum Arianorum voculas et pravos mores esse. Nam et ipsum non-facti vocabulum, quod propriam habet significationem et pie proferri potest, illi ad Salvatoris contumeliam, prout ipsis placet, usurpant, idque eo tantum animo, ut veluti gigantes cum Deo pugnent. Verum neque cum illas voculas proponerent, damnationem potuerunt effugere; nec ipsi, cum id vocabulum non-facti, quod quidem recte et pie adhiberi potest, perverse intelligerent, latere usquam potuerunt; sed semper cum rubore fuerunt victi, eorumque haeresis ubique est proscripta. Haec quidem, quae tunc in Synodo acta esse memini, ut potui, memoravi; nec tamen me fugit, pertinaces Christi hostes neque his auditis esse a sententia discessuros, sed novas potius rationes perquisituros istisque alias rursus additures. Nam ut prophetae verbis utar: *si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas*; sane illi quoque, qui impii esse didicerunt, pie sentire in animum inducent. Tu autem, carissime, haec ut acceperis, tecum quaeso perlege; quae si tibi recta esse videbuntur, ea fratribus, qui tunc forte aderunt, legas velim, ut illi his auditis zelum quidem Synodi in tuenda veritate et in explicanda sententia accurationem approbent, Arianorum autem Christi hostium condemnent pervicaciam et vanas rationes, quas P. 238.

a. Sic Reg. In aliis vero et editis δὲ deest.

b. Sic Reg. et Basil. At alii et editi καὶ omittunt.

P. 238. στομάχων Ἀρειανῶν καὶ τῶν ματαίων προφάσεων αὐτῶν, [a] ἃς τῆς ἀσεβοῦς ἑαυτῶν χάριν αἱρέσεως ἀναπλάττειν ἐν αὐτοῖς μεμελετήκασιν· ὅτι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προςκύνησις, σὺν τῷ συνανάρχῳ αὐτοῦ υἱῷ καὶ λόγῳ, ἅμα τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

[b] ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς τῆς παροικίας αὐτοῦ.

1. Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, εἰκὸς μὲν [c] ὑμᾶς, ἀγαπητοί, καὶ ἄλλοθεν μεμαθηκέναι, τῆς φήμης προτρέχειν εἰωθυίας τὸν περὶ τῶν [d] πραττομένων ἀκριβῆ λόγον. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ [e] ἐκ τοιαύτης ἀκοῆς τὰ τῆς ἀληθείας ἑτεροίως ὑμῖν ἀπαγγέλληται, ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα ὑμῖν πρῶτον μὲν τὴν ὑφ᾽ ἡμῶν [f] προταθεῖσαν περὶ τῆς πίστεως γραφήν, ἔπειτα τὴν δευτέραν, ἣν ταῖς ἡμετέραις φωναῖς προςθήκας ἐπιβαλόντες ἐκδεδώκασι. τὸ μὲν οὖν παρ᾽ ἡμῶν γράμμα ἐπὶ παρουσίᾳ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως ἀναγνωσθέν, εὖ τε ἔχειν καὶ δοκίμως ἀποφανθέν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.[g]

2. Καθὼς παρελάβομεν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐν τῇ [h] πρώτῃ κατηχήσει, καὶ ὅτε τὸ λουτρὸν ἐλαμβάνομεν, καὶ καθὼς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν μεμαθήκαμεν, καὶ ὡς ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπισκοπῇ [i] ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐδιδάσκομεν, οὕτως καὶ νῦν πιστεύοντες τὴν ἡμετέραν πίστιν [k] ὑμῖν προςαναφέρομεν· ἔστι δὲ αὕτη.

3. [l] Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ἁπάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, ζωὴν ἐκ ζωῆς, υἱὸν μονογενῆ, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον, δι᾽ οὗ καὶ ἐγένετο τὰ πάντα, τὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα καὶ
P. 239. ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν πατέρα καὶ ἥξοντα πάλιν ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. πιστεύομεν [m] δὲ καὶ εἰς ἓν πνεῦμα

a. Sic Reg. et Basil., quae et legit Ambros. Camald. Haec vero usque ad ὅτι desunt in aliis et edit. Commel.

b. In editione Commeliniana ex ms. Basiliensi additur τοῦ ἀρειανόφρονος.

c. Socrates Histor. Eccles. lib. I. c. 8. ex editione Valesii: καὶ ὑμᾶς. Mox idem omittit καὶ ἄλλοθεν.

d. Editio Commel. πραττομένων πραγμάτων. Theodoretus Histor. Eccles. lib. I. c. 12. ex editione Valesii πεπραγμένων. Gelasius Cyzicenus historiae Synodi Nicaenae lib. II. c. 34. ex tomo 2. Concilior. [Mansi conc. nova coll. Tom. II. p. 914.] πραττομένων πραγμάτων ἀληθῆ λόγον.

e. Socrates ἐκ μόνης τοιαύτης.

impiae suae haeresis propugnandae causa sibi ipsis sunt commenti; P. 238.
quoniam Deum et Patrem decet gloria, honor et adoratio una cum principii experte eiusdem Filio et Verbo, nec non sanctissimo ac vivifico Spiritu, nunc et in infinita saecula saeculorum. Amen.

EUSEBII CAESARIENSIS

Epistola ad suae paroeciae homines.

1. Quae de fide Ecclesiastica in magna Synodo Nicaeae congregata acta sunt, verisimile est vos, dilecti, aliunde quoque didicisse, cum soleat fama accuratam rerum narrationem praecurrere. Verum ne huiusmodi rumore res aliter vobis narretur ac revera se habet, necesse esse duximus ad vos primum quidem illam fidei formulam mittere, quae a nobis proposita est, deinde alteram, quam nonnullis ad nostra verba additis ediderunt. Itaque noster libellus, qui praesente piissimo Imperatore nostro lectus, rectus et approbatione dignus esse est declaratus, huiusmodi est.

2. Quemadmodum accepimus ab episcopis, qui nos antecesserunt, nec non in prima catechesi, et cum acciperemus lavacrum, quemadmodum item ex divinis didicimus litteris, ac cum in Presbyterio tum in ipso Episcopatu credidimus et docuimus, sic etiam nunc credentes fidem nostram vobis offerimus, quae sic se habet.

3. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium effectorem, et in unum Dominum Iesum Christum, Dei Verbum, Deum ex Deo, lumen ex lumine, vitam ex vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturae, ante omnia saecula ex Patre genitum, per quem et omnia facta sunt, qui propter nostram salutem incarnatus est et inter homines vixit, qui passus est et resurrexit tertia die et ascendit ad Patrem, iterumque cum gloria ven- P. 239.
turus est, ut iudicet vivos et mortuos. Credimus quoque in unum Spiritum sanctum, horumque quemlibet esse et existere credimus Pa-

f. Editio Commel. *προτιθεῖσαν*. Socrates *προτεθεῖσαν*.

g. Apud Gelas. Cyzic. sequitur huiusmodi titulus: *ἡ ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθεῖσα πίστις, fides a nobis exposita.*

h. Socrates omittit *πρώτῃ*. Ibid. Theodor. *ὅτε καὶ τὸ λουτρὸν* etc.

i. Socrates *ἐπιστεύσαμεν*.

k. Theodor. omittit *ὑμῖν*. Ibid. Gelas. Cyzic. *προφέρομεν*.

l. Theodor. *πιστεύω*.

m. Socrates *καί* omittit. Ibid. haec verba *τούτων ἕκαστον* et quae sequuntur usque ad *καθὼς* desunt apud Gelas. Cyzic.

P. 239. ἅγιον, τούτων ἕκαστον εἶναι καὶ ὑπάρχειν πιστεύοντες πατέρα ἀληθῶς πατέρα καὶ υἱὸν ἀληθῶς υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς ἅγιον πνεῦμα, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀποστέλλων εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς εἶπε· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος[1]). περὶ ὧν καὶ διαβεβαιούμεθα οὕτως ἔχειν καὶ οὕτως φρονεῖν καὶ πάλαι οὕτως ἐσχηκέναι καὶ μέχρι θανάτου [a]ὑπὲρ ταύτης ἐνίστασθαι τῆς πίστεως, ἀναθεματίζοντες πᾶσαν ἄθεον αἵρεσιν. ταῦτα ἀπὸ καρδίας καὶ ψυχῆς [b]πάντοτε πεφρονηκέναι, ἐξ οὗπερ ἴσμεν ἑαυτούς, καὶ νῦν φρονεῖν τε καὶ λέγειν ἐξ ἀληθείας, ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦ παντοκράτορος καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαρτυρόμεθα, δεικνύναι ἔχοντες [c]δι' ἀποδείξεων καὶ πείθειν ὑμᾶς, ὅτι καὶ τοὺς παρεληλυθότας χρόνους οὕτως ἐπιστεύομέν τε καὶ ἐκηρύσσομεν.

4. Ταύτης ὑφ' ἡμῶν ἐκτεθείσης τῆς πίστεως, [d]οὐδενὶ παρῆν ἀντιλογίας τόπος, ἀλλ' αὐτός τε πρῶτος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς ὀρθότατα περιέχειν αὐτὴν ἐμαρτύρησεν, οὕτω τε καὶ ἑαυτὸν φρονεῖν [e]συνωμολόγησε, καὶ ταύτῃ τοὺς πάντας συγκατατίθεσθαι, ὑπογράφειν τε τοῖς δόγμασι καὶ συμφωνεῖν τούτοις αὐτοῖς παρεκελεύετο, ἑνὸς μόνου προσεγγραφέντος ῥήματος τοῦ ὁμοουσίου, ὃ καὶ αὐτὸ [f]ἡρμήνευσε λέγων, ὅτι μὴ κατὰ τῶν σωμάτων πάθη [g]λέγοιτο ὁμοούσιον, οὔτ' οὖν κατὰ διαίρεσιν οὔτε κατά τινα ἀποτομὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ὑποστῆναι· μηδὲ γὰρ δύνασθαι τὴν ἄϋλον καὶ νοερὰν καὶ ἀσώματον φύσιν σωματικόν τι πάθος ὑφίστασθαι, θείοις δὲ καὶ ἀποῤῥήτοις λόγοις [h]προσήκειν τὰ τοιαῦτα νοεῖν. καὶ ὁ μὲν σοφώτατος ἡμῶν καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τοίαδε ἐφιλοσόφει, οἱ δὲ προφάσει τῆς τοῦ ὁμοουσίου προσθήκης τήνδε τὴν γραφὴν πεποιήκασιν.

Η ΕΝ ΤΗΙ ΣΥΝΟΔΩΙ ΥΠΑΓΟΡΕΥΘΕΙΣΑ ΠΙΣΤΙΣ.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς

1) Matth. 28, 19.

a. Socrates οὕτω σχήσειν καὶ ἐν αὐτῇ ἐνίστασθαι τῇ πίστει. Theodor. ibid. habet συνίστασθαι.

b. Theodor. omittit πάντοτε, pro quo Socrates habet πάντα, Gelasius vero πάντως, qui praeterea pro ἴσμεν habet ἔγνωμεν.

c. Theodor. et Gelas. ἔχοντες καὶ δι' ἀποδείξεων. Ibid. καί ante πείθειν abest a Socrate, qui mox pro παρεληλυθότας habet παρελθόντας. Idem post κηρύσσομεν addit ὁμοίως.

d. Theodor. οὐδείς.

e. Theodor. συνωμολογήτει. Socrates

trem vere Patrem et Filium vere Filium et Spiritum sanctum vere Spiritum sanctum, ut et Dominus noster, cum suos discipulos ad praedicandum mitteret, ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* De quibus etiam asseveramus nos ita sentire ac antea sensisse et usque ad mortem fidem istam esse propugnaturos. Anathemate insuper percutimus omnem impiam haeresim. Haec ex corde et animo semper sensisse, ex quo nosmetipsos cognoscimus, atque nunc ex veritate sentire et dicere, coram Deo omnipotente et Domino nostro Iesu Christo testamur, possumusque argumentis vobis ostendere et persuadere, nos etiam praeteritis temporibus ita credidisse et docuisse. P. 239.

4. Hac a nobis exposita fide nulli erat contradicendi locus, sed primus ipse piissimus noster Imperator rectissima esse, quae illa continebat, est testatus, sicque se quoque sentire confessus est, atque omnes est cohortatus, ut hanc amplecterentur fidem hisque subscriberent et assentirent dogmatis, una tantum adiecta voce *consubstantialis*, quam eandem ipse ita est interpretatus; nempe non secundum corporum affectiones hanc vocem *consubstantialis* esse intelligendam, neque igitur divisione aliqua neque abscissione Filium ex Patre exsistere; nec enim fieri posse, ut natura intelligens et incorporea materiaeque expers corporeae alicui affectioni subiiciatur, sed res huiusmodi nonnisi divinis atque inexplicabilibus rationibus esse concipiendas. Ita quidem disserebat sapientissimus et religiosissimus Imperator; illi autem ob huiusce vocis, *consubstantialis*, additamentum sequentem formulam composuere:

FIDES IN SYNODO EDITA.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium effectorem, et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei, genitum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum

ἐμαρτύρατο. Mox Theodor. et Gelas. *συγκατατέθεσθαι.* Ibid. ante *ὑπογράφειν* Socrates *καί* addit omisso *τε* sequenti. It. ibid. Theodor. pro *συμφωνεῖν* habet *συμφρονεῖν.*

f. Socrates, Theodor. et Gelas. *ἡρμήνευσε,* ut et editio Comm. Reg. *ἑρμήνευε.*

g. Gelasius Cyzic. *λέγοιτο τῷ πατρὶ ὁμοούσιος.* Theodor. et editio Commel. *λέγοιτο ὁμοούσιος.* Socrates *λέγοι τό.* Ibid. pro *οὔτ' οὖν* Gelas. *οὔτε.*

h. Socrates *προςήκει.* Mox idem *εὐσεβής* pro *εὐσεβέστατος.* Item ibidem Gelasius Cyzic. *τά* addit ante *τοιάδε.* Theodoretus vero habet *τὰ τοιαῦτα διεφιλοσόφει.* Mox Socrates omittit *τῆς προςθήκης,* qui idem pro sequenti titulo habet tantum *τὸ μάθημα.*

P. 239. ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ
ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά
P. 240. τε[a] ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, τὸν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, [b] ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς [c] τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καί· πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι ἢ κτιστὸν ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, [d] ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

5. Καὶ δὴ ταύτης τῆς γραφῆς ὑπ᾽ αὐτῶν ὑπαγορευθείσης, ὅπως εἴρηται [e] αὐτοῖς τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς καὶ τὸ τῷ πατρὶ ὁμοούσιον, οὐκ ἀνεξέταστον αὐτοῖς [f] κατελιμπάνομεν. ἐπερωτήσεις τοιγαροῦν καὶ ἀποκρίσεις ἐντεῦθεν ἀνεκινοῦντο, ἐβασάνιζέν τε ὁ λόγος τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων, καὶ δὴ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας [g] ὡμολογεῖτο πρὸς αὐτῶν δηλωτικὸν εἶναι τοῦ ἐκ μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι, οὐ μὴν ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ πατρός. [h] ταύτῃ δὲ καὶ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν συγκατατίθεσθαι τῇ διανοίᾳ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας, ὑπαγορευούσης ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, οὐ μὴν μέρος αὐτοῦ τῆς οὐσίας τυγχάνειν· διόπερ τῇ διανοίᾳ καὶ αὐτοὶ [i] συνετιθέμεθα, οὐ δὲ τὴν φωνὴν τοῦ ὁμοουσίου παραιτούμενοι, τοῦ τῆς εἰρήνης σκοποῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῖν κειμένου, καὶ τοῦ μὴ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν διανοίας.

6. Κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὸ γεννηθέντα καὶ οὐ ποιηθέντα κατεδεξάμεθα, ἐπειδὴ τὸ ποιηθὲν κοινὸν [k] ἔφασκεν εἶναι πρόσρημα τῶν λοιπῶν κτισμάτων τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γενομένων, ὧν οὐδὲν ὅμοιον ἔχειν τὸν υἱόν· διὸ [l] δὴ μὴ εἶναι αὐτὸν ποίημα τοῖς δι᾽ αὐτοῦ γενομένοις [m] ἐμφερές, κρείττονος δὲ ἢ κατὰ πᾶν ποίημα [n] τυγχάνειν οὐσίας, ἣν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως ἀνεκφράστου καὶ ἀνεπιλογίστου πάσῃ [o] γενητῇ φύσει τυγχάνοντος.

7. Οὕτω δὲ καὶ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἐξεταζόμενος ὁ λόγος [p] συνίστησιν, οὐ κατὰ τὸν τῶν σωμάτων τρόπον, οὐδὲ τοῖς θνητοῖς ζώοις παραπλησίως· οὔτε γὰρ κατὰ διαίρεσιν

a. Gelas. τά τε.

b. Gelas. addit καί et mox post παθόντα addit ταφέντα. Mox Theodor. et Socr. καί omittunt ante ἐρχόμενον.

c. Socrates τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

d. Socrates τούτοις ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. Theod. ibid. ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία.

e. Theodor. αὖθις.

f. Theodor. et Socr. καταλιμπάνομεν. Gelas. καταλαμβάνομεν. Ibid. Theodor. ἐρωτήσεις. Mox Theodor. et Gelas. ἐβασανίζετο ὁ λόγος.

ex Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per P. 239.
quem omnia facta sunt, sive quae in caelo sive quae in terra sunt,
qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et P. 240.
incarnatus est, homo factus est, passus est et resurrexit tertia die, ascendit in caelos et veniet iudicaturus vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Illos vero qui dicunt, „fuit aliquando cum non „esset," et: „antequam genitus est non erat," et: „ex non-exi„stentibus sive ex nihilo factus est," vel qui Dei Filium ex alia hypostasi vel substantia esse aut creatum esse aut mutari vel converti posse sentiunt, anathemate ferit catholica Ecclesia.

5. Hac itaque ab illis edita formula noluimus assentiri, nisi postquam diligenter ab ipsis inquisivimus, quonam modo dixissent Filium ex substantia Patris et Patri consubstantialem esse. Hinc ergo motae sunt quaestiones et responsiones, quisque illorum verborum sensus esset, ratione est examinatum. Itaque inter eos convenit ista dictione *ex substantia* significari, Filium esse quidem ex Patre, non tamen velut partem Patris existere. Quam sane sententiam nobis rectum visum est amplecti utpote consentaneam piae doctrinae, qua nimirum declaratur, Filium ex Patre quidem esse, non tamen partem eius substantiae existere. Quocirca nobis quoque placitum est, ut sententiam istam approbaremus. Neque etiam *consubstantialis* vocem repudiavimus, cum propter pacis bonum, quod nobis ante oculos potissimum versabatur, tum ne a recta sententia decideremus.

6. Similiter admisimus voces *genitum et non factum*, quandoquidem hanc vocem *factum* communem esse aiebat ceterarum rerum creatarum, quae per Filium factae sunt, quarum nihil simile Filius haberet, ac proinde ipsum non esse rem factam rebus illis similem, quae per eum factae sunt, sed praestantioris quam res omnes factas substantiae esse, quam ex Patre esse genitam divina docent oracula, modum autem generationis inexplicabilem esse, nec ab ulla facta natura posse percipi aut cogitari.

7. Re item examinata confirmatum est, Filium Patri consubstantialem esse non corporum aut mortalium animantium more; neque enim id fieri divisione substantiae aut praecisione neque aliqua affe-

g. Gelas. *οὐσίας τοῦ πατρός*. Ibid. Socrates *ὡμολόγητο*.

h. Socrates *ταῦτα*.

i. Theodor. et Socr. *συντιθέμεθα*. Mox Theodor. et Gelas. omittunt *τοῦ ὁμοουσίου*. Et praeterea Theodor. habet *παραιτούμεθα*. Et paulo post *πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν*.

k. Sic Reg. codex et editio Commel. At Theodor., Socr. et Gelas. *ἔφασκον*.

l. Theodor. *μηδέ*.

m. Socrates *ὅμοιον*.

n. Sic editio Commel. nec non Theod. et Gelas. At Reg. ms. *τυγχάνει*.

o. Socrates *γεννητῇ*.

p. Theodor. et Gelas. *συνίστη*.

P. 240. τῆς οὐσίας, οὔτε [a] κατὰ ἀποτομήν, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος ἢ τρο-
πὴν ἢ ἀλλοίωσιν τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ δυνάμεως· τούτων
γὰρ πάντων ἀλλοτρίαν εἶναι τὴν [b] ἀγένητον τοῦ πατρὸς φύσιν·
παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ πατρί, τὸ μηδεμίαν ἐμφέ-
P. 241. ρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ [c] φέρειν, μόνῳ
δὲ τῷ πατρὶ τῷ γεγεννηκότι κατὰ πάντα τρόπον [d] ἀφομοιῶσθαι,
καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ
τοῦ πατρός· ᾧ καὶ αὐτῷ τοῦτον ἑρμηνευθέντι τὸν τρόπον καλῶς
ἔχειν ἐφάνη [e] συγκαταθέσθαι· ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους
καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφεῖς ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς
καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου [f] συγχρησαμένους ὀνόματι.

8. Ταῦτα μὲν [g] οὖν περὶ τῆς ἐκτεθείσης εἰρήσθω πίστεως, ᾗ
συνεφωνήσαμεν οἱ πάντες, οὐκ ἀνεξετάστως, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἀπο-
δοθείσας διανοίας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἐξετα-
σθείσας [h] καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας. καὶ
τὸν ἀναθεματισμὸν δὲ τὸν μετὰ τὴν πίστιν πρὸς αὐτῶν ἐκτεθέντα
[i] ἄλυτον εἶναι ἡγησάμεθα, διὰ τὸ ἀπείργειν ἀγράφοις χρῆσθαι φω-
ναῖς, διὸ σχεδὸν ἡ πᾶσα γέγονε σύγχυσις καὶ ἀκαταστασία τῆς ἐκ-
κλησίας. μηδεμίας γοῦν θεοπνεύστου γραφῆς τῷ ἐξ οὐκ ὄντων καὶ
τῷ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν καὶ τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγομένοις κεχρημένης,
οὐκ εὔλογον ἐφάνη ταῦτα λέγειν καὶ διδάσκειν, ᾧ καὶ αὐτῷ καλῶς
δόξαντι συνεθέμεθα, ἐπεὶ μηδὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου χρόνῳ τούτοις
[k] εἰώθαμεν συγχρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν.

9. [l] Ἔτι μὴν τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τὸ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι
οὐκ ἦν οὐκ ἄτοπον ἐνομίσθη τῷ παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι τὸ
εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.

10. Ἤδη δὲ ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς τῷ λόγῳ κατε-
σκεύαζε καὶ κατὰ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ γένεσιν [m] τὴν πρὸ πάντων αἰ-
ώνων εἶναι αὐτόν, ἐπεὶ καὶ πρὶν ἐνεργείᾳ γεννηθῆναι δυνάμει ἦν
ἐν τῷ πατρὶ ἀγεννήτως, ὄντος τοῦ πατρὸς ἀεὶ πατρός, ὡς καὶ βα-
σιλέως ἀεὶ [n] καὶ σωτῆρος ἀεί, δυνάμει πάντα ὄντος, ἀεί τε κατὰ
τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος.

a. Gelas. μετά. Mox Socrates omittit ἀλλ' οὐδὲ κατά τι πάθος ἢ τροπήν, et paulo post ut et Gelas. οὐσίας τε καί.

b. Theodor., Socrat. et Gelas. ἀγέννητον, et paulo post γεννητά.

c. Socr. ἐμφαίνειν.

d. Theodor. ὅμοιον. Gelas. ἀφομοιοῦσθαι.

e. Theod. συγκατατίθεσθαι.

f. Gelas. χρησαμένους.

g. οὖν abest a Theodor.

h. καὶ τοῖς εἰρημένοις λογισμοῖς συνομολογηθείσας desunt apud Gelas.

i. Theodor. δεκτόν. Mox Socrates χρήσασθαι pro χρῆσθαι. Item pro διό Theodor. et Gelas. habent δι' ἅς. Socrates ibid. σύγχυσίς τε.

k. Theodor. εἰώθειμεν.

l. Sic editio Commeliniana, Theodor. et Gelasius. At ms. Reg. ὅτι. Ibid. editio Commel. pro μήν habet τήν mendose. Theodor. item et Gelas. pro τοῦ habent τό. Mox pro τῷ παρά etc., ut habent editio Commel., Theodor. et Gelasius, ms. Reg. habet τὸ παρά etc. Ibid. Theodor. habet παρὰ πᾶσι μὲν ὁμολογεῖσθαι αὐ-

ctione, conversione aut mutatione substantiae et virtutis Patris, ab his P. 240. enim omnibus alienam esse non-factam Patris naturam; verum hisce verbis *consubstantialem Patri* indicari, nullam Filio Dei cum factis et creatis rebus esse similitudinem, sed soli Patri, qui ipsum genuit, P. 241. omni modo similem esse, neque ex alia quam ex Patris hypostasi et substantia esse. Cui voci hoc modo explicatae assentiri rectum nobis visum est, quandoquidem exploratum habemus, veteres quosdam eruditos et illustres Episcopos ac Scriptores, cum de Patre et Filio dissererent, voce *consubstantialis* usos fuisse.

8. Haec itaque de edita fide sint dicta, cui quidem omnes sumus assensi, sed nonnisi postquam rem accurate perpendimus, eoque sensu, qui explicatus est coram religiosissimo Imperatore, quique allatis supra rationibus fuit approbatus. Anathematismum porro, qui post fidem ab illis adiectus est, nihil grave et molestum habere existimavimus, cum prohibeat, ne voces, quae non exstent in Scripturis, usurpentur; quae scilicet causa fuit omnis fere dissensionis et perturbationis, quae in Ecclesia orta est. Cum igitur nulla divinitus inspirata Scriptura usa sit vocibus *ex non existentibus, fuit aliquando cum non esset,* aliisque ibi subiectis, visum est rationi consentaneum non esse haec vel dicere vel docere, quod cum rectum quoque esse intellexissemus, approbavimus, quandoquidem nec nos antea huiusmodi verba usurpare soliti fueramus.

9. Nec item absurdum putavimus, his vocibus *non erat antequam genitus est* anathema dicere, cum omnes fateantur Filium Dei fuisse, priusquam secundum carnem gigneretur.

10. Tum vero piissimus noster Imperator sua ipse oratione probabat, etiam illum fuisse secundum divinam eius generationem, quae est ante omnia saecula, quandoquidem priusquam effectu fuisset genitus, ipse potentià erat in Patre, licet non gigneretur; quippe cum Pater semper fuerit pater, ut et semper fuit et rex et salvator, necnon omnia potentià, semperque eodem modo et similiter se habeat.

τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πρὸ τῆς etc. Gelas. *ὁμολογεῖσθαι εἶναι. αὐτόν* etc. Editio Commel. *ὁμολογεῖσθαι εἶναι τὸν υἱόν* etc.

Haec autem verba *ἔτι μήν* et cetera, quae sequuntur usque ad *ταῦθ᾽ ὑμῖν ἀναγκαίως* etc. desunt apud Socratem, quae forte reticuit, ne Eusebii, quem ab Ariana haeresi ex hac epistola purgandum susceperat, causam aperte proderet.

m. Theodor. *τὸ πρὸ πάντων.* Mox in ms. Regio *ἀγεννήτως* iungitur cum *ὄντος τοῦ πατρός* etc. Melius tamen ad Filium refertur, ut apud Theodor. Gelas. et edit. Commelianam. Nam sensus est, Filium, antequam actu ut aiunt esset genitus, fuisse potentia in Patre *ἀγεννήτως* id est *absque sui generatione,* quod commode putamus expressisse his verbis: *licet non gigneretur.* Alii vertunt: *ingenito quodam modo;* alii: *ingenita quadam ratione,* quae non ita clare rem ipsam videntur significare.

n. Theodoret. *καὶ σωτῆρος καὶ δυνάμει* etc. Mox pro *κατὰ τα αὐτά* Editio Commel. et Gelas. habent *κατὰ τὰ αὐτοῦ.*

P. 241. 11. *Ταῦθ᾽ ὑμῖν ἀναγκαίως διεπεμψάμεθα, ἀγαπητοί, τὸ* [a] *κε-*
κριμένον τῆς ἡμετέρας ἐξετάσεώς τε καὶ συγκαταθέσεως φανερὸν
ὑμῖν καθιστῶντες, καὶ ὡς εὐλόγως τότε μὲν καὶ μέχρις [b] *ἐσχάτης*
ὥρας ἐνιστάμεθα, ὅτε ἡμῖν τὰ ἑτεροίως γραφέντα προσέκοπτε, τότε
δὲ ἀφιλονείκως τὰ μὴ λυποῦντα κατεδεξάμεθα, ὅτε ἡμῖν εὐγνωμό-
P. 242. *νως τῶν λόγων ἐξετάζουσι τὴν διάνοιαν* [c] *ἐφάνη συντρέχειν τοῖς*
ὑφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν ἐν τῇ προεκτεθείσῃ πίστει ὡμολογημένοις.

a. Theodor. *τὰ κεκριμένα.* et mox *φανερά. καί* seq. abest ab eodem.
b. Socr., Theodor., Gelas. *ὑστάτης.*
c. Theodor. *ἐμφανῆ σύμπραξιν ἔχειν ἔδοξε.* In fine apud Gelasium Cyzicenum additur: *ἀσπαζόμεθα ὑμᾶς σὺν τῇ παρ᾽*

---

11. Haec ad vos scribere necessarium duximus, carissimi, ut P. 241.
vobis pateret, quam maturo iudicio cuncta ponderaverimus comprobaverimusque, quamque convenienter ad extremam usque horam restiterimus, quamdiu scilicet nobis displicuerunt, quae diverse a nostra formula videbantur proponi; tunc autem absque ulla contentione eas voces, quae nihil incommodi haberent, fuisse amplexos, cum nobis sincero et aequo animo quid significarent expendentibus visum est nihil nisi P. 242.
simile esse his, quae nos ipsi in fide prius exposita confessi fueramus.

ὑμῖν ἀδελφότητι· ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, id est: *Vos amplectimur cum fraternitate, quae apud vos est: valere vos in Domino precamur, fratres honoratissimi.*

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI
EPISTOLA
DE
SENTENTIA DIONYSII.

ADMONITIO.

P. 242. I. *Quam hactenus sectati sumus temporis rationem, haud certis notis in hac epistola deprehendere valemus; solo quippe Dionysii vindicandi studio incensus Athanasius nullatenus fere attingit illorum temporum conditionem. Non desunt tamen coniecturae, quae nos moveant ad eam post tractatum seu epistolam de Nicaenis decretis reponendam. Nam eodem ferme tempore conscriptam indicant, quae num.* 19. *leguntur, Arianos scilicet adversus Nicaenam Synodum tum passim et ubique obmurmurasse, quod praecedentis epistolae tempori apprime congruit. Item ex modo huius epistolae ordiendae haud leve ducitur argumentum: etenim iisdem fere verbis initio adhibitis hanc perinde atque praecedentem ad virum dirigit controversiis Catholicos inter Arianosque habitis interesse solitum, unde augurari liceat, ad eundem ipsum utramque fuisse missam. Immo subodoramur huius scribendae occasionem ex praecedenti obortam esse: quippe cum ibi Dionysii locum pro tutanda adversus Arianos* τοῦ ὁμοουσίου *voce adtulisset Athanasius, haec causa fuisse videtur, cur Ariani Dionysii scripta ad suam sententiam detorquere nequicquam tentarent. Sed hae coniecturae non omnem prorsus amovent dubitandi locum.*

II. *Ariani itaque Catholicorum argumentis passim confutati suam haeresim Dionysii Alexandrini episcopi auctoritate fulcire nisi sunt, prolatis eiusdem litteris anno* 263. *conscriptis, ubi dum Sabellianorum confutaret errorem, in similitudines quasdam inciderat, quibus licet praeter auctoris mentem laesa videretur Verbi divinitas. Verum ea de re postea apud gentilem suum Dionysium Romanum accusatus libros quosdam Apologiamque conscripsit ad eam propulsandam criminationem. Ex his autem postremis decessoris sui scriptis Athanasius luculenta quaedam excerpit loca, quibus peropportune Aria-*

nicam retundit impudentiam Catholicumque Dionysium plane commonstrat et ab Arii sententia alienissimum. P 242.

III. *Eximia porro hic obvia Dionysii loca, quibus tertio saeculo Dionysii adversariorum depulsa criminatio, quarto Arianorum calumnia simul et prava doctrina confutata est, pari hodieque vi polleant ad novos refellendos Arianos, qui Verbi deitatem haud minore quam prisci illi impietate oppugnant, quique suam sententiam venditant ut prioribus Ecclesiae saeculis vulgo receptam. Namque ut caetera taceam ex iis, quae num.* 19. *habentur, planum est, voces illas ἐκ τῆς οὐσίας et ὁμοούσιον iam tum usitatas vulgatasque fuisse; ita, ut de Filio loquentem ea verba impugnasse erroneum haberetur, omisisse suspiciosum. Eminet vero omnibus aliis Dionysii dictis haec praeclara aureisque apicibus exaranda sententia, qua omnes profligantur adversus Trinitatem obortae haereses, num.* 17. *οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα.* Sic nos quidem Unitatem indivisibilem in Trinitatem dilatamus, ac vicissim Trinitatem, quae imminui nequit, in Unitatem contrahimus. *Haec inquam sententia, quae in omnibus Graecis Athanasii editis hactenus desiderabatur, iam primo Graece prodit omnium fide manuscriptorum restituta. Collapsa quippe fuit, quod voces τριάδα et μονάδα similiter omnino desinerent.*

IV. *Et vero non haec una ex Graeco textu exciderat sententia*; P. 243. *multae quippe aliae sunt in hac epistola amanuensium vitio omissae, quod videlicet duae consequenter positae clausulae vel eadem vel similiter desinente voce caderent; quae omnes optimorum manuscriptorum ope iam sunt feliciter restitutae. Et sane nihil frequentius in toto Athanasii operum decursu videre est, quam clausulae integrae hoc lapsus genere praetermissae. Ut vel hinc palam omnibus sit, quam necessaria fuerit nova eiusdem sancti Doctoris operum editio.*

V. *Quod autem Eusebius, qui Dionysii gesta fuse satis prosequitur, ne verbum quidem de hac historia fecerit, hinc sane augetur iam vulgata de ipso nimisque firma Arianismi suspicio. Callide profecto tacuit haeresi suae exitiosam historiam, quam incautius, ut ait Athanasius, alii Ariani in suamque perniciem evulgarunt. Apparet autem ex quibusdam huius epistolae locis, ipsum Arium de Dionysio rumorem illum sparsisse; nisi forte tropice Arium pro Arianis Athanasius significet, quem item Arium quasi superstitem aliquando loquentem inducit, tametsi hanc epistolam post defunctum Arium scriptam fuisse vix quispiam sit dubitandi locus.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

περὶ Διονυσίου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας· ὅτι καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐφρόνει, ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος· καὶ μάτην αὐτὸν συκοφαντοῦσιν οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ὁμόδοξον [a] ἑαυτῶν.

P.243. 1. *Βραδέως ἐδήλωσας περὶ τῆς νῦν διαλέξεως τῆς γενομένης παρ' ὑμῖν πρὸς τοὺς χριστομάχους· καὶ γὰρ πρὶν γράψαι τὴν σὴν διάθεσιν, ἔμαθον φιλοπευστῶν καὶ ἡδέως ἀκούων περὶ τῶν τοιούτων. τὴν μὲν οὖν [b] σὴν εὐλάβειαν ἀπεδεξάμην καλῶς φρονοῦσαν περὶ τῶν μακαρίων πατέρων ἡμῶν, τῶν δ' Ἀρειομανιτῶν τὴν ἀλογίαν καὶ νῦν ἐπέγνων. οὐδὲν γὰρ οὔτ' εὔλογον οὔτε πρὸς ἀπόδειξιν ἐκ τῆς θείας γραφῆς ῥητὸν ἐχούσης τῆς [c] αἱρέσεως αὐτῶν, ἀεὶ μὲν προφάσεις ἀναισχύντους ἐπορίζοντο καὶ σοφίσματα πιθανά· νῦν δὲ καὶ διαβάλλειν τοὺς πατέρας τετολμήκασι. καὶ οὐκ ἀλλότριόν γε ἀλλὰ καὶ οἰκεῖον τοῦτο τῆς κακονοίας ἐστὶν αὐτῶν· οἱ γὰρ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ [1]) μελετᾶν ἐπιχειρήσαντες, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ τὸν μακαρίτην Διονύσιον τὸν*
P.244. *ἐπίσκοπον [d] Ἀλεξανδρείας ὡς ὁμόδοξον ἑαυτῶν καὶ ὁμόφρονα λοιδοροῦσιν; ὃν γὰρ ἐὰν οὗτοι πρὸς σύστασιν τῆς ἑαυτῶν αἱρέσεως δόξωσιν εὐφημεῖν, κἂν μακάριον αὐτὸν ὀνομάζωσι, τοῦτον οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ καὶ μεγάλως διαβάλλουσιν, ὥςπερ λῃσταί τινες καὶ τὸν τρόπον ἄσεμνοι, οἳ ἐπειδὰν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἐπιτηδεύμασιν ὀνειδίζωνται, τοὺς σώφρονας [e] συναριθμοῦσιν ἑαυτοῖς καταψευδόμενοι τῆς ἐκείνων σωφροσύνης.*

1) Psal. 2, 2.

a. Reg., quem sequimur, *ἑαυτῶν*. Editi et reliqui mss. *αὐτῶν*. In editis post titulum legitur *ἐπιστολή*, quae vox in nullo codice habetur; tametsi certum est epistolam esse. Felckmanni tertius anonymus hunc habet titulum: *τοῦ αὐτοῦ κατὰ ἀρειανῶν ἀπολογία ὑπὲρ Διονυσίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Eiusdem contra Arianos Apologia pro Dionysio Episcopo Alexandriae.*

b. *σήν* in editis deerat: omnes mss. habent.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

quod Dionysius Alexandrinus Episcopus adversum Arianam haeresim senserit, ut et Nicaena Synodus, et quod falso illum Ariani ut doctrina secum consentientem criminentur.

---

1. Sero significasti non ita pridem apud vos habitam contra P.243
Christi hostes disputationem; etenim antequam tua id mihi caritas scriberet, diligenter sciscitatus haec didiceram libensque admodum audieram. Tuam itaque pietatem summopere probavi, quae ita recte sentiat de beatis Patribus nostris, dementiamque Arianorum etiam nunc exploratam habui. Cum enim nullum eorum haeresi suppetat consentaneum argumentum, nulla legitima ex Scripturis sacris accepta probatio, impudentibus illi cavillationibus sophismatibusque callidis hactenus semper sunt usi; nunc vero eo audaciae processerunt, ut etiam Patres calumnientur, quod ab eorum malignitate minime alienum, quin etiam ipsi omnino proprium est. Qui enim *adversus Dominum et adversus Christum eius meditari* ausi sunt, quid mirum si beatae memoriae virum Dionysium Episcopum Alexandrinum ut doctrina secum consen- P.244.
tientem criminentur? Quem enim ipsi ad commendationem suae haereseos laudibus ornare videntur, quamquam illum beatum appellant, non levi tamen, sed et omnium gravissima calumnia vellicant, haud secus quam praedones et infames quidam homines, qui cum ob sua facinora male audiunt, frugi homines socios sibi simulant, dum falsa eorum probitati adscribunt.

c. Sic Taurinensis, Colbertinus, Iesuit. et Felckmanni qui notatur Fr. I. et ita legit Nannius. Sed Regius et Basil. cum omnibus editis *τῆς διαιρέσεως*. Praestat prior lectio; quod suadetur etiam ex simili sententia, quae in superiore epistola [p. 18. huius ed.] legitur num. 2.: *οὐδὲν γὰρ δρῶντες εὔλογον ἔχουσαν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν προφάσεις ἐπινοοῦσι.*

d. *τῆς Ἀλεξανδρείας* Taurin. Colbert. Iesuit. Mox Reg. Taurin. Colbert. et Fr. I. *ὁμόδοξον ἑαυτῶν*. Sed Basil. cum editis omnibus *ὁμόδοξον αὐτῶν*.

e. Sic Reg. Taurin. Colbert. et Ies. At editi *συναριθμῶσιν*.

P.244. 2. *Εἰ μὲν οὖν θαῤῥοῦσιν οἷς φρονοῦσι καὶ λέγουσι, [a]προφερέτωσαν γυμνὴν τὴν αἵρεσιν καὶ δεικνύτωσαν ἐξ αὐτῆς εἴ τινα νομίζουσιν ἢ ἐκ τῶν γραφῶν ἔχειν ἢ κἂν ἀνθρώπινόν τινα λογισμὸν εὐσεβῆ πρὸς ἀπολογίαν, εἰ δὲ [b]μηδέν τι τοιοῦτον ἔχουσι, σιωπάτωσαν. οὐδαμόθεν γὰρ εὑρήσουσιν εἰ μὴ μᾶλλον ἔλεγχον καθ' ἑαυτῶν, ἀπὸ μὲν τῶν γραφῶν, τοῦ μὲν Ἰωάννου λέγοντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος*[1]*), ὃν οὗτοι λέγουσιν οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ, τοῦ δὲ Δαβὶδ ψάλλοντος ἐκ προσώπου τοῦ πατρός· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν*[2]*), ὃν οὗτοι λέγουσι κατ' ἐπίνοιαν εἶναι καὶ ἐξ οὐκ ὄντων [c]γεγενῆσθαι, εἶτα τοῦ μὲν Ἰωάννου πάλιν εὐαγγελιζομένου, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*[3]*), τοῦ δὲ Παύλου γράφοντος· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα*[4]*), καὶ ἐν ἑτέροις· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα*[5]*). ποίαν παῤῥησίαν ἕξουσιν οὗτοι, καὶ οὐ μᾶλλον αἰσχύνην [d]ὀφλήσουσιν, ἐναντιούμενοι τοῖς τῶν ἁγίων ῥήμασιν, ὅταν λέγωσι ποίημα εἶναι τὸν τῶν πάντων δημιουργόν, καὶ κτίσμα τοῦτον, ἐν ᾧ τὰ κτίσματα γέγονε καὶ συνέστηκεν; οὐδὲ ἀνθρώπινος δέ τις αὐτοῖς λογισμὸς εὐσεβὴς εἰς ἀπολογίαν [e]περιλείπεται. τίς γὰρ ἀνθρώπων, ἢ Ἕλλην ἢ Βάρβαρος, ὃν ὁμολογεῖ θεόν, τοῦτον ἐπιχειρήσει λέγειν κτίσμα ἢ ὅτι οὐκ ἦν πρὶν γένηται; ἢ τίς ἀνθρώπων ἀκούσας παρὰ τούτου, ὃν ἐπίστευσε μόνον εἶναι θεόν, λέγοντος· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός*[6]*), καὶ ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν*[2]*), τολμήσει [f]κἂν εἰπεῖν ὅτι ὁ ἐκ καρδίας τοῦ θεοῦ λόγος ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν ἢ ὁ υἱὸς κτίσμα ἐστὶ καὶ οὐκ ἴδιον τοῦ λέγοντος γέννημα; πάλιν δὲ τίς ἀκούων τούτου, ὃν ἐπίστευσεν εἶναι κύριον καὶ σωτῆρα, λέγοντος· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί*[7]*), καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν*[8]*), ἐπιχειρήσει διαιρεῖν ἃ ἐκεῖνος ἥνωσε καὶ ἀμέριστα [g]τετήρηκε;*

3. *Ταῦτα γοῦν καὶ αὐτοὶ συνορῶντες καὶ παῤῥησίαν οὐκ ἔχοντες ἐν τοῖς ἰδίοις καταψεύδονται τῶν εὐσεβῶν. [h]ἀλλ' ἔδει πάντων αὐτοὺς ἐρήμους ὄντας καὶ συνορῶντας ἑαυτοὺς ἐν ταῖς ἐρω-*
P.245. *τήσεσι πανταχόθεν ἀποροῦντας καὶ χασμωμένους μεταγινώσκειν μᾶλλον, ἀποστραφέντας ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πλάνης, καὶ μὴ συναριθμεῖν ἑαυτοῖς οὓς οὐκ ἴσασιν, ἵνα μὴ καὶ παρ' αὐτῶν ἐλεγχόμενοι πλείονα τὴν αἰσχύνην ἀπενέγκωνται. ἴσως δὲ τῆς τοιαύτης*

1) Ioan. 1, 1. 2) Psal. 45 [44. LXX.], 2. 3) Ioan. 1, 3. 4) 1. Cor. 8, 6. 5) Coloss 1, 16. 6) Matth. 3, 17; 17, 5. 7) Ioan. 14, 11. 8) Ioan. 10, 30.

a. Taurin. et Colbert. soli *προςφερέτωσαν.*
b. Editi *εἰ δὲ καὶ μηδέν.* Sed in Reg. Taur. Colb. et Fr. I. *καί* deest. Paulo post Colb. *μᾶλλον ἐλέγχους.* Mox Taur. Colb. Ies. et Fr. I. *ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν.*

2. Si quam igitur sententiae dictisve suis fiduciam habent, nudam nobis haeresim suam proferant, hincque liquido ostendant nobis, si quod se putant habere, vel ex Scripturis sumtum aut saltem humanum, sed pium tamen pro sua defensione argumentum; sin vero eiusmodi nihil habent, sileant; nusquam enim quidvis inventuri sunt, nisi ex quo magis magisque coarguantur. Nam in Scripturis sacris Ioannes ait: *In principio erat Verbum,* quod (aiunt ipsi) non erat antequam gigneretur; David vero ex Patris persona ita psallit: *Eructavit cor meum Verbum bonum,* quod ipsi asserunt secundum cogitationem duntaxat esse et ex non-exstantibus factum fuisse; Ioannesque iterum in Evangelio dicit: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil,* Paulusque ita scribit: *Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia,* et alibi: *quoniam in ipso creata sunt omnia.* Quid igitur illis fiduciae supererit, imo potius, qua non digni erunt ignominia, quandoquidem Sanctorum sententiis adversantur, cum dicant, omnium Opificem opificium esse, ac rem creatam esse eum, in quo omnia creata sunt et consistunt? Ne humana quidem ulla ratio, quae pietatem sapiat, illis ad sui defensionem relinquitur. Quis enim hominum, sive Graecus sive Barbarus, quem Deum confitetur, eundem creaturam esse dixerit aut non fuisse antequam fieret? Aut quis hominum, cum illum audierit, quem unum credit esse Deum, dicentem: *Hic est Filius meus dilectus,* et: *Eructavit cor meum Verbum bonum,* ausit dicere: Verbum quod ex Dei corde progressum est, ex non-exstantibus factum est, aut: Filius creata res est, non propria loquentis proles? Ac rursum quis, si eum, quem Dominum et Salvatorem esse credit, audiat dicentem: *Ego in Patre et Pater in me,* et: *Ego et Pater unum sumus,* ea dividere conetur, quae ille coniunxit et indivisa conservavit?

P. 244.

3. Haec igitur cum et ipsi animadvertant, rebus suis diffidentes piis viris confictas adscribunt sententias. Atqui magis decuit eos omnium inopes et advertentes, se interrogatos passim haesitare ac hianti ore obmutescere, sententiam commutare, potiusque sese avertere P. 245. a via erroris, quam homines, quos ignorant, inter suos recensere; ne ab iisdem confutati plus dedecoris referant. Verum illi fortasse ab huiusmodi dolis nunquam absistere volent, Caïphae enim sociorum-

c. Taur. Colb. γεγεννῆσθαι; minus recte.
d. Sic Reg. Basil. et edit. Commel. Edit. vero Parisiensis et Colon. ὀφειλήσουσιν. Taurin. Colb. Ies. Fr. I. ὀφείλουσιν.
e. Taurin. Colb. Ies. παραλείπεται. Paulo post Fr. I. ἐπιχειρήσοι.
f. Reg. Taurin. Colb. Ies. Fr. I. κἂν εἰπεῖν. Editi ἄν.
g. Taurin. Colbert. Iesuit. ἀμέριστα πεποίηκε.
h. Taurin. ἀλλ' ἐπειδὰν τούτων αὐτούς. Colb. ἐπειδὰν δὲ τούτων αὐτούς. Infra Edit. Paris. et Colon. χασμαμένους. Edit. vero Commelin. cum omnibus mss. χασμωμένους. Ibidem Taurin. et Colbert. μεταγινώσκειν ἐχρῆν μᾶλλον.

P. 245. πανουργίας [a] οὐ θελήσουσιν ἀποστῆναί ποτε· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῶν περὶ Καϊάφαν ἐζήλωσαν, ὥςπερ καὶ τὸ ἀρνεῖσθαι τὸν Χριστὸν παρ᾽ αὐτῶν μεμαθήκασι. καὶ γὰρ κἀκεῖνοι τοσαῦτα τοῦ κυρίου πεποιηκότος ἔργα, δι᾽ ὧν ἐγγώριζεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἐλεγχόμενοί τε παρ᾽ αὐτοῦ, πάντα παρὰ τὰς γραφὰς λοιπὸν καὶ φρονοῦντες καὶ λέγοντες, καὶ μὴ δυνάμενοι κἂν πρὸς τὸ βραχὺ πρὸς τοὺς κατ᾽ αὐτῶν ἐλέγχους ἀντιβλέπειν, εἰς τὸν πατριάρχην κατέφυγον λέγοντες· ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ [1]), καὶ νομίζοντες ἐν τούτῳ δύνασθαι τὴν ἀλογίαν ἑαυτῶν ἐπικαλύπτειν. ἀλλ᾽ οὔτε ἐκεῖνοι τοῦτο λέγοντες ὤνησάν τι, οὔτε οὗτοι Διονύσιον ὀνομάζοντες φυγεῖν τὴν ὁμοίαν ἐκείνοις αἰτίαν δυνήσονται· καὶ γὰρ κἀκείνους ἐφ᾽ οἷς παρηνόμουν ἤλεγξεν ὁ κύριος λέγων· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησε [2]), καὶ τούτους ἀσεβοῦντας καὶ ψευδομένους ἡ αὐτὴ πάλιν ἀλήθεια [b] διελέγξει, ὅτι τὰ Ἀρείου Διονύσιος ὁ ἐπίσκοπος οὔτ᾽ ἐφρόνησεν οὔτε τὴν ἀλήθειαν ἠγνόησεν· ἀλλὰ καὶ οἱ τότε Ἰουδαῖοι καὶ οἱ νέοι νῦν παρὰ τοῦ πατρὸς ἑαυτῶν τοῦ διαβόλου τὴν χριστομάχον [c] ἐκληρώσαντο μανίαν. μέγα μὲν οὖν τεκμήριον τοῦ μηδὲ τοῦτο λέγειν αὐτοὺς ἀληθές, ἀλλὰ τὸν ἄνδρα συκοφαντεῖν, ὅτι μήτε παρ᾽ ἑτέρων ἐπισκόπων ἐπ᾽ ἀσεβείᾳ καταγνωσθεὶς ἀπεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, ὥςπερ οὗτοι τοῦ κλήρου, μήτε αὐτὸς ὡς αἵρεσιν ἐκδικῶν ἐξῆλθε τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῇ κεκοίμηται καλῶς, καὶ ἡ μνήμη μέχρι νῦν αὐτοῦ μετὰ τῶν πατέρων ἐστὶ καὶ γέγραπται. εἰ γὰρ ἦν τὰ τούτων φρονήσας, ἢ περὶ ὧν ἔγραψε μὴ ἦν ἀπολογησάμενος, οὐκ ἦν ἀμφίβολον, ὅτι πάντως τὰ αὐτὰ καὶ αὐτὸς αὐτοῖς ἐπεπόνθει.

c. Seguer. et Felckm. 5. γενέσθαι.
d. Gobl. et Felckm. 1. ὡς φησὶ Σολομών.
e. Sic Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. At Anglican. γενητής ἐστι. Alii et editio Commel. γεννητής ἐστι.
f. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Editi vero et alii ἀΐδιον.

eum Filium sed fratrem Patris dicere. O stolidos admodum et litigiosos! Si enim eum ab aeternitate tantum simul extitisse cum Patre nec Filium esse asseveraremus, aliquid utique probabilitatis haberet simulata illorum religio. Sin autem cum eum aeternum dicimus, eundem confitemur genitum ex Patre Filium, qua quaeso ratione genitus genitoris frater possit existimari? Si item nostra fides est in Patrem et Filium, quaenam inter illos intercedit fraterna cognatio? aut quomodo potest Verbum eius dici frater, cuius est Verbum? Nec vero haec illis ignota est repugnantia, nam veritatem et ipsi perspiciunt; sed est sane Iudaïca excusatio et hominum, qui, ut ait Salomon, a veritate volunt discedere. Neque enim ex aliquo principio prius existente Pater et Filius geniti fuerunt, ut censeantur esse fratres, sed Pater quidem principium et genitor est Filii, et Pater pater est, nec alicuius fuit Filius; Filius autem filius est, non frater. Si idem porro aeternus Patris fetus dicitur, recte omnino dicitur. Nam non aliquando imperfecta fuit Patris natura, ut quod illius proprium esset, eidem postea accederet, neque ut homo ex homine genitus est Filius, ut Patre existeret posterior, sed Dei fetus est, qui utpote proprius Dei semper existentis Filius ab aeternitate et ipse existit. Hominum quidem proprium est in tempore gignere propter naturae defectum, at aeternus est Dei fetus, quia semper perfectissima fuit Dei natura. Itaque si non est Filius, sed e nihilo est factus, id primum ipsi probent, ac deinde liceat illis tanquam de re facta clamitare: Fuit aliquando cum non esset; res quippe quae factae sunt, antea certe non erant. Sed si est Filius (uti Pater testatur et Scripturae praedicant), Filius autem nihil aliud est quam quod ex Patre gignitur, idque quod ex Patre gignitur, eius est Verbum et Sapientia et splendor, quid aliud inde concludendum est, quam eos, qui dicunt: Fuit aliquando, cum non esset Filius, velut fures quosdam Verbum a Deo detrahere, aperteque adversus eum contendere, ipsum fuisse aliquando sine proprio suo Verbo et Sapientia, lucem fuisse aliquando sine splendore, fontem sterilem et aridum esse? Nam tametsi temporis nomen metu id sibi exprobrantium refugere simulantes fatentur, eum ante tempora extitisse; tamen quia quaedam definiunt intervalla, in quibus ipsum non fuisse volunt, valde

P. 418.
P. 419.

g. Seguerian. καὶ ὡς θεοῦ, ut et Nannius legit. Alii et editi καὶ θεοῦ. Mox Felckm. 5. ἀϊδίως ὑπάρχων.

h. τό deest in Segueriano.

i. ὅτι deest in Seguer. Gobleriano et Felckm. 1. Mox Seguerian. τὰ γεννητά. Idem mox τοῦτο γὰρ ὁ πατήρ.

k. Sic Seguerian. Reg. Goblerian. et Felckman. 1. Editi vero et alii ἐκ τοῦ θεοῦ.

l. Sic Seguer., Reg. et editio Commel. At Goblerian. et Felckm. 1. ἀποσυλοῦσι. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. τὸν λόγον ἀπὸ θεοῦ.

m. Seguer. τῆς σοφίας.

P. 419. *χρόνους σημαίνοντες καὶ ἀλογίαν περὶ τὸν θεὸν εἰςάγοντες μεγάλως ἀσεβοῦσιν.*

15. *Εἰ δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ πάλιν συνομολογοῦσι, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι φανερῶς παρὰ πάντων καταγινώσκεσθαι, τὸ δὲ εἶναι τοῦτον τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ἴδιον γέννημα ἀρνοῦνται, ὡς* [a]*μὴ δυναμένου τούτου εἶναι χωρὶς τῆς ἐκ μερῶν καὶ διαιρέσεων ὑπονοίας· οὐδὲν ἧττον πάλιν ἀρνοῦνται μὴ εἶναι μὲν ἀληθινὸν υἱόν, ὀνόματι δὲ μόνον λέγοντες υἱόν. πῶς δὲ οὐ σφάλλονται μεγάλως περὶ τοῦ ἀσωμάτου τὰ σωμάτων ἐνθυμούμενοι, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ἰδίας φύσεως ἀρνούμενοι τὸ* [b]*φύσει καὶ ἴδιον τοῦ πατρός; ὥρα γὰρ αὐτοὺς μὴ νοοῦντας καὶ πῶς ἐστιν ὁ θεὸς ἢ ποταπός ἐστιν ὁ πατήρ, ἀρνεῖσθαι καὶ αὐτόν, ἐπεὶ καὶ τὸ γέννημα τοῦ πατρὸς ἐξ ἑαυτῶν μετροῦσιν οἱ ἄφρονες. ἀλλ' οὕτως αὐτοὺς διακειμένους καὶ νομίζοντας μὴ δύνασθαι εἶναι* [c]*υἱὸν τοῦ θεοῦ οἰκτείρειν μὲν ἄξιον, ἐρωτᾶν δὲ καὶ διελέγχειν αὐτοὺς ἀκόλουθόν*
P. 420. *ἐστι, τάχα κἂν οὕτως εἰς αἴσθησιν ἔλθωσιν. εἰ καθ' ὑμᾶς ἐξ οὐκ ὄντων* [d]*ἐστὶν ὁ υἱὸς καὶ οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ, πάντως που κατὰ μετουσίαν καὶ αὐτὸς υἱὸς καὶ θεὸς καὶ σοφία ἐκλήθη· οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἄλλα πάντα συνέστηκέ τε καὶ ἁγιαζόμενα δοξάζεται. τίνος τοίνυν ἐστὶ μέτοχος, εἰπεῖν ὑμᾶς ἀνάγκη. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα τοῦ πνεύματος μετέχει, αὐτὸς δὲ ἄρα καθ' ὑμᾶς τίνος ἂν εἴη μέτοχος; τοῦ πνεύματος; καὶ μὴν αὐτὸ τὸ πνεῦμα μᾶλλον παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, ὡς αὐτὸς εἴρηκε*[1]*), καὶ ἄλογόν ἐστιν εἰπεῖν τοῦτον ἁγιάζεσθαι παρ' ἐκείνου. οὐκοῦν τοῦ πατρὸς μετέχει· τοῦτο γὰρ λείπεται καὶ ἀνάγκη λέγειν. καὶ τί τοῦτο ἄρα ἢ πόθεν ἐστίν; εἰ μὲν οὖν ἔξωθέν ἐστιν ἐπινοηθὲν παρὰ τοῦ πατρός, οὐκέτι πάλιν τοῦ πατρὸς* [e]*μετέχων ἂν εἴη, ἀλλὰ τοῦ ἔξωθεν γενομένου, καὶ οὐκέτι αὐτὸς οὐδὲ δεύτερος ἔσται* [f]*μετὰ τὸν πατέρα, ἔχων πρὸ ἑαυτοῦ ἐκεῖνο, οὐδὲ τοῦ πατρὸς υἱὸς ἂν λεχθείη, ἀλλ' ἐκείνου, οὗ καὶ μετέχων υἱὸς καὶ θεὸς ἐκλήθη. εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον καὶ ἀσεβές, λέγοντος μὲν τοῦ πατρός· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός*[2]*), λέγοντος δὲ καὶ τοῦ υἱοῦ πατέρα ἴδιον εἶναι τὸν θεόν*[3]*),* [g]*δῆλον ὅτι οὐκ ἔξωθεν ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός ἐστι τὸ μετεχόμενον. τοῦτο δὲ πάλιν ἐὰν ἕτερον ᾖ παρὰ τὴν οὐσίαν τοῦ υἱοῦ, τὸ ἴσον ἄτοπον ἀπαντήσει, μέσου πάλιν εὑρισκομένου* [h]*τούτου ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ, ἥτις ποτέ ἐστι.*

1) Ioan. 16, 14. 2) Matth. 3, 17. 17, 5. 3) Ioan. 8, 54.

a. Sic Seguerian. Reg. Goblerian. et Felckm. 1. At alii et editi *μή* omittunt.
b. Sic Seguer. At Reg. *ἴδιον καὶ φύσει.* Alii et editi *φύσει ἴδιον.*
c. Seguerian. *υἱὸν θεοῦ.* Mox Gobler. et Felckm. 1. *καὶ ἐλέγχειν αὐτούς.*
d. In Seguer. deest *ἐστίν.* Felckm. 2. et 5. *ἐστὶν ὁ θεός.*

impii sunt habendi, quod tempora significent et Rationis sive Verbi expertem audeant Deum ipsum fingere. P. 419.

15. Quod si Filii nomen et ipsi admittunt, ne palam ab omnibus condemnentur, sed tamen eum proprium naturae Patris fetum esse inficiantur, quasi scilicet absque partium et divisionum suspicione id fieri non queat; sane eum negant nihilominus, quippe qui illum non verum sed solo nomine Filium esse velint. Ceterum an non graviter errant, qui eodem modo de re non corporea ac de corporea ratiocinantur, quique ob propriae naturae imbecillitatem, quod proprium et naturale est Patris, non verentur negare? Profecto si ita est, superest, ut cum minime intelligant, quomodo sit Deus vel qualis sit Pater, eundem quoque plane negent, quandoquidem fetum Patris nonnisi ex seipsis insani metiuntur. Verum illos ita affectos arbitrantesque, esse non posse Dei Filium, miserari aequum mihi videtur; haud tamen ab re fuerit illos interrogare et convincere, si forte vel hoc pacto ad sensum et rationem queant revocari. Si secundum vos Filius est ex nihilo nec fuit antequam natus est, prorsus sequitur, ut ipse quoque nonnisi participatione Filius, Deus et Sapientia sit appellatus. Nam ita etiam res aliae omnes sunt constitutae, quae et sanctificatae glorificantur. Cuius ergo ille sit particeps, vos dicere necesse omnino est. Res enim aliae omnes Spiritus sunt participes, ipsum autem cuiusnam rei participem dicetis? Spiritus? Atqui ipse Spiritus a Filio potius accipit, ut idem Filius testatur, absurdumque dictu est, hunc ab illo sanctificari. Igitur Patris fit particeps; id enim superest et necessario dicendum. Sed quid tandem, vel unde illud est? Si aliquid extrinsecus excogitatum a Patre, non iam Patris erit particeps, sed eius, quod extrinsecus est, nec proinde secundum post Patrem locum obtinebit, cum rem illam ante se habeat, nec item Patris erit dicendus Filius, sed illius, cuius factus particeps, et Filius et Deus est nuncupatus. Quod quidem si absurdum et impium merito videatur, cum dicat Pater: *Hic est Filius meus dilectus*, ipseque Filius proprium suum Patrem Deum esse affirmet, liquet utique, nihil extrinsecus sed ex substantia Patris esse id, cuius fit particeps. Si porro istud fuerit aliud praeter Filii naturam, aeque absurdum erit, cum hoc idem medium quid reperiatur esse ex Patre et ex natura Filii, quaecumque tandem illa sit.

(P. 420. in margine ad "ex nihilo")

e. Basil. et Anglican. *μετέχον*. Mox Basil. Gobler. et Felckm. l. *τοῦ ἔξωθεν ἐπιγενομένου*. Ibid. Seguer. Gobler. et Felckm. l. *καὶ οὐκέτι δὲ αὐτός*.

f. Seguer. Gobler. et Felckm. l. *μετὰ τοῦ πατρός*.

g. Sic Seguer. Basil. Gobler. et Felckman. l. At editi *δηλονότι*. Ibid Seguer. *ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας*. Editi et alii *ἀλλὰ τῆς οὐσίας*.

h. Seguer. Anglican. Gobler. et Felckman. l. *τοῦτε*. Basil. *τοῦτο*.

P.420. 16. Τοιούτων δὴ οὖν ἀτόπων καὶ παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἀναφαινομένων λογισμῶν, ἀνάγκη λέγειν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς ἴδιον αὐτοῦ σύμπαν εἶναι τὸν υἱόν· τὸ γὰρ ὅλως μετέχεσθαι τὸν θεὸν ἴσόν ἐστι λέγειν ὅτι καὶ γεννᾷ· [a]τὸ δὲ γεννᾶν τί σημαίνει ἢ υἱόν; αὐτοῦ γοῦν τοῦ υἱοῦ μετέχει τὰ πάντα κατὰ τὴν τοῦ [b]πνεύματος γινομένην παρ᾽ αὐτοῦ χάριν, καὶ φανερὸν ἐκ τούτου γίνεται, ὅτι αὐτὸς μὲν ὁ υἱὸς οὐδενὸς μετέχει, τὸ δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς μετεχόμενον, τοῦτό ἐστιν ὁ υἱός· αὐτοῦ γὰρ [c]τοῦ υἱοῦ μετέχοντες τοῦ θεοῦ μετέχειν λεγόμεθα, καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ ἔλεγεν ὁ Πέτρος· ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως[1]), [d]ὥς φησι καὶ ὁ ἀπόστολος· οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε[2]); καί· ἡμεῖς γὰρ ναὸς θεοῦ ἐσμεν ζῶντος[3]). καὶ αὐτὸν δὲ τὸν υἱὸν βλέποντες ὁρῶμεν τὸν πατέρα, ἡ γὰρ τοῦ υἱοῦ ἔννοια καὶ κατάληψις γνῶσίς ἐστι περὶ τοῦ πατρός, διὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἴδιον εἶναι γέννημα· ὥςπερ δὲ τὸ μετέχεσθαι οὐκ ἄν τις ὑμῶν ἔτι πάθος εἴποι καὶ μερισμὸν τῆς
P.421. τοῦ θεοῦ οὐσίας ([e]δεδήλωται γὰρ καὶ ὡμολόγηται μετέχεσθαι τὸν θεόν, καὶ ταὐτὸν εἶναι μετέχεσθαι καὶ γεννᾶν), οὕτως τὸ γέννημα οὐ πάθος οὐδὲ μερισμός ἐστι τῆς μακαρίας ἐκείνης οὐσίας. οὐκ ἄπιστον ἄρα ἐστὶν υἱὸν ἔχειν τὸν θεόν, τῆς ἰδίας οὐσίας τὸ γέννημα· οὐδ᾽ ἄρα πάθος καὶ μερισμὸν τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ σημαίνομεν, λέγοντες υἱὸν καὶ γέννημα, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ γνήσιον καὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ μονογενὲς [f]τοῦ θεοῦ γινώσκοντες οὕτω πιστεύομεν. τούτου δὲ οὕτως πεφασμένου καὶ δεικνυμένου, ὅτι τὸ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γέννημα τοῦτό ἐστιν ὁ υἱός, οὐδενὶ λοιπὸν ἀμφίβολον ἀλλὰ καὶ πρόδηλον ἂν εἴη, ὅτι τοῦτό ἐστιν ἡ σοφία καὶ ὁ λόγος τοῦ πατρός, ἐν ᾧ καὶ δι᾽ οὗ τὰ πάντα κτίζει καὶ ποιεῖ, καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ τὸ ἀπαύγασμα, [g]ἐν ᾧ τὰ πάντα φωτίζει καὶ ἀποκαλύπτεται οἷς ἐὰν θέλῃ, τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ χαρακτὴρ καὶ εἰκών, ἐν ᾧ θεωρεῖται καὶ γινώσκεται, διὸ καὶ αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν εἰσι (καὶ γὰρ ὁ τοῦτον βλέπων βλέπει καὶ τὸν πατέρα[4])), τοῦτό ἐστιν ὁ Χριστός, ἐν ᾧ τὰ πάντα λελύτρωται, καὶ πάλιν τὴν καινὴν εἰργάσατο κτίσιν[5]). [h]τοῦ δὲ υἱοῦ πάλιν οὕτως ὄντος, οὐχ ἁρμόζει, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπικίνδυνόν ἐστιν εἰπεῖν τοῦτον ἐξ οὐκ ὄντων ποίημα, ἢ οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ. ὁ γὰρ τὸ ἴδιον τῆς οὐσίας

1) 2. Petr. 1, 4. 2) 1. Cor. 3, 16. 3) 2. Cor. 6, 16. 4) Ioan. 14, 9. 5) 2. Cor. 5, 17.

a. Sic. Seguer. Alii vero τὸ δὲ γεννᾷ.
b. Sic Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. atque ita legit Nannius. Editi πατρὸς γενομένην. Mox Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. ἐκ τούτου γίνεται. Editi ἐκ τούτου δείκνυται.
c. Seguerian. Basil. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. τοῦ υἱοῦ μετέχοντες. Editi τοῦ υἱοῦ μετέχοντος.
d. Gobler. et Felckm. 1. ὡς καὶ Παῦλός φησιν. Mox Seguerian. ἡμεῖς γὰρ ναὸς θεοῦ ἐσμεν ζῶντος, ut et habent aliqui

16. Quoniam ergo has sententias absurdas atque a veritate alienas esse evidens est, dicendum est necessario, id quod est ex substantia Patris, proprium omnino eius esse Filium. Deum enim participari idem prorsus est ac Deum generare. Quid porro vox generare aliud significat quam Filium? Itaque res omnes Filii fiunt participes secundum Spiritus gratiam quae ab eo datur, idque inde fit manifestum, quod ipse quidem Filius nullius est particeps; quod autem ex Patre alios sui participes facit, hoc ipsum est Filius. Nos enim cum ipsius Filii participes efficimur, Dei participes esse dicimur, idque ipsum est, quod aiebat Petrus: *ut efficiamini divinae consortes naturae,* quemadmodum et Apostolus dicit: *Nescitis quia templum Dei estis?* et *Nos enim templum Dei viventis sumus.* Ipsum similiter Filium intuentes Patrem intuemur, cognitio enim et comprehensio Filii Patris est agnitio, quia proprius est ex eiusdem natura fetus. Porro ut nemo vestrum iam dixerit, Dei participem fieri esse divinae naturae passionem et divisionem (nam ostensum et concessum est Deum participari, idemque esse illum participari ac generare), ita quoque cum genitum a Deo Filium dicimus, nec passionem ullam nec divisionem beatae illius naturae significamus. Non itaque incredibile est, Deo esse Filium, qui propriae eius naturae sit fetus, neque passionem aut divisionem divinae naturae innuimus, cum Filium et fetum dicimus; sed potius ita credimus, quia id, quod genuinum, verum et unigenitum Dei est, cognoscimus. Quod cum hoc modo expositum probatumque fuerit, nempe id, quod ex Patris natura est genitum, eiusdem esse Filium; nemini iam dubium esse debet sed imo planum et perspicuum, hunc ipsum esse Sapientiam et Verbum Patris, in quo et per quod omnia creat et efficit. Hic ipse inquam eius splendor est, in quo omnia illuminat et quibus voluerit se patefacit, hic ipse figura ac imago eius est, in quo conspicitur et cognoscitur, quam ob causam et ipse et Pater unum sunt*: hic ipse denique est Christus, in quo omnia redemta sunt, et novam rursus perfecit creaturam. Cum igitur huiusmodi sit Filius, non convenit, imo valde periculosum est asseverare, eum ex nihilo esse factum vel non fuisse antequam natus est. Qui enim ita de eo, quod Patris naturae proprium est, loquitur, in

P. 420. P. 421.

* [*Adde:* nam qui hunc videt, videt et Patrem.]

codices mss. novi Testamenti. Goblerian. et Felckman. 1. *ἡμεῖς γὰρ ναοί ἐσμεν θεοῦ ζῶντος.* Editi *καὶ ἡμεῖς ναοί ἐσμεν* etc.

e. Sic Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. Editi autem et alii *δεδώκατε γὰρ καὶ ὡμολογήκατε.*

f. Seguer. et Reg. *ἐκ τοῦ θεοῦ.*

g. Sic Seguer. et Reg. At editi *ἐν ᾧ πάντα.* Mox Basil. Reg. et Anglic. *ἐὰν θέλῃ.* Seguerian. *ἐὰν ἐθέλῃ.* Editi *ἐὰν θέλει.*

h. Reg. et Felckm. 5. *τοῦτε υἱοῦ.*

P.421. τοῦ πατρὸς οὕτως λέγων καὶ εἰς αὐτὸν τὸν πατέρα φθάνει βλας-
φημῶν, τὰ τοιαῦτα φρονῶν περὶ αὐτοῦ, οἷα καὶ περὶ τοῦ ἐξ αὐ-
τοῦ γεννήματος φανταζόμενος καταψεύδεται.

17. Ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῦτο μόνον ἱκανὸν ἀνατρέπειν τὴν
Ἀρειανὴν αἵρεσιν, ὅμως δὲ καὶ ἐκ τούτου ἄν τις ἴδοι τὸ ἀλλόδο-
ξον αὐτῆς. εἰ ποιητὴς καὶ κτίστης ἐστὶν ὁ θεός, διὰ υἱοῦ δὲ τὰ
ποιήματα κτίζει, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως ἰδεῖν τὰ γινόμενα ἢ διὰ τοῦ
λόγου γινόμενα, πῶς οὐ βλάσφημον, ποιητοῦ ὄντος τοῦ θεοῦ, λέ-
γειν τὸν [a]δημιουργικὸν αὐτοῦ λόγον καὶ τὴν σοφίαν μὴ εἶναί ποτε;
ἴσον γάρ ἐστιν εἰπεῖν ὅτι μηδὲ ποιητής ἐστιν ὁ θεός, οὐκ ἔχων
ἴδιον ἐξ αὐτοῦ δημιουργικὸν λόγον, ἀλλ' ἔξωθεν ἐπεισαγόμενός
ἐστι καὶ ξένος αὐτοῦ, καὶ ἀνόμοιος κατ' οὐσίαν [b]τυγχάνων, ἐν ᾧ
δημιουργεῖ. ἔπειτα λεγέτωσαν ἡμῖν, μᾶλλον δὲ κἂν ἐκ τούτου βλε-
πέτωσαν τὴν δυςσέβειαν ἑαυτῶν ἐκ τοῦ λέγειν· ἦν ποτε ὅτε οὐκ
ἦν, καὶ οὐκ ἦν [c]πρὶν γεννηθῇ. εἰ γὰρ οὐκ ἀϊδίως συνέστιν ὁ λό-
γος τῷ πατρί, οὐκ ἔστιν ἡ τριὰς ἀΐδιος, ἀλλὰ μονὰς μὲν ἦν πρό-
τερον, ἐκ προςθήκης δὲ γέγονεν ὕστερον τριάς, καὶ [d]προϊόντος τοῦ
χρόνου κατ' αὐτοὺς ηὔξησε καὶ συνέστη τῆς θεολογίας ἡ γνῶσις.
πάλιν τε εἰ οὐκ ἔστιν ὁ υἱὸς ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γέννημα,
P.422. ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων [e]γέγονεν, ἐξ οὐκ ὄντων συνίσταται τριάς, καὶ
ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν τριὰς ἀλλὰ μονάς, καὶ ποτὲ μὲν ἐλλειπὴς
τριάς, ποτὲ δὲ πλήρης, ἐλλειπὴς μέν, [f]πρὶν γένηται ὁ υἱός, πλή-
ρης δέ, ὅτε γέγονε, καὶ λοιπὸν καὶ τὸ γενητὸν τῷ κτίστῃ συναριθ-
μεῖται, καὶ τό ποτε μὴ ὂν [g]τῷ ἀεὶ ὄντι συνθεολογεῖται καὶ συν-
δοξάζεται, καὶ τό γε μεῖζον ἀνόμοιος ἑαυτῆς ἡ τριὰς εὑρίσκεται,
ξέναις καὶ ἀλλοτρίαις φύσεσί τε καὶ ταῖς οὐσίαις συνισταμένη,
τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν εἰπεῖν ἢ γενητὴν [h]τὴν τῆς τριάδος
σύστασιν. ποταπὴ οὖν αὕτη θεοσέβεια, ἡ μηδὲ ἑαυτῇ ὁμοία τυγ-
χάνουσα, ἀλλ' ἐκ προςθήκης χρόνων πληρουμένη, καὶ ποτὲ μὲν
[i]μὴ οὕτως, ποτὲ δὲ οὕτως οὖσα; εἰκὸς γὰρ αὐτὴν καὶ πάλιν λή-
ψεσθαι προςθήκην, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον, [k]ὡς ἅπαξ καὶ κατὰ
τὴν ἀρχὴν ἐκ προςθήκης ἔσχε τὴν σύστασιν. οὐκ ἀμφίβολον δὲ
ὅτι καὶ δυνατὸν αὐτὴν μειοῦσθαι, τὰ γὰρ προςτιθέμενα φανερὸν
ὅτι καὶ ἀφαιρεῖσθαι δύναται.

18. Οὐκ ἔστι δὲ οὕτως, μὴ γένοιτο· οὐκ ἔστι [l]γενητὴ ἡ τριάς,

a. Basil. δημιουργόν. Felckm. 5. δη-μιουργικὸν αὐτόν.
b. Seguer. τυγχάνει ὁ λόγος, ἐν ᾧ. Paulo post idem κἂν ἐκ τούτων. Felckman. 2. et editio Commel. δὲ ἐκ τούτου.
c. Sic Seguer. Basil. et Felckm. 5., quae et vertunt Nannius et Omnibonus. In aliis et editis deest καὶ οὐκ ἦν.
d. Seguer. προϊόντος τοῦ χρόνου τοῦ ὄντος. Idem paulo post πάλιν δὲ, εἰ οὐκ ἔστιν.
e. Sic Seguerian. et Reg., ut et legerant Omnibonus et Nannius. In editis desunt γέγονεν, ἐξ οὐκ ὄντων.
f. Sic Seguer. Editi vero et alii πρὸ τοῦ γένηται υἱός. Mox Goblerian. Reg.

ipsum etiam Patrem profert blasphemiam, eadem de illo sentiens, quae de eius fetu false comminiscitur. P. 421.

17. Id sane unum satis fuerit ad Arianam haeresim penitus evertendam; verumtamen quam a recta fide aliena illa sit, licet etiam ex hoc ratiocinio perspicere. Si Deus effector et creator est, si item res factas creavit per Filium, nullaque res facta est, quae per Filium non sit facta; an non maxime impium est, cum Deus sit rerum effector, contendere, opifex eius Verbum et Sapientiam aliquando non fuisse? Idem enim plane est ac si diceretur, Deum rerum effectorem omnino non esse, quippe cum propriam ex seipso opificem Rationem seu Verbum non habeat, sed adventitium atque ab eo alienum naturaque dissimile sit Verbum illud, in quo res creat. Deinde nobis explicent, imo suam inde agnoscant impietatem, qua dicunt; Fuit aliquando cum non esset, et Non fuit antequam natus est. Nimirum si Verbum cum Patre non est ab omni aeternitate, non est profecto aeterna Trinitas; sed primo quidem fuit unitas, postea vero ex accessione facta Trinitas est, ac progressu temporis crevit ex illorum sententia constitutaque est theologiae cognitio. Insuper si Filius non est proprius naturae Patris fetus, sed e nihilo est factus, ex nihilo igitur constabit quoque Trinitas, fuitque aliquando, cum non esset trinitas sed unitas, fuit item Trinitas aliquando imperfecta et aliquando perfecta, imperfecta quidem antequam fieret Filius, perfecta autem postquam idem factus est, atque exinde res facta coepit creatori annumerari, et is, qui aliquando non fuit, cum eo, qui semper fuit, Deus agnosci et coli. Quin etiam, quod gravius est, ipsa Trinitas sui ipsius erit dissimilis, quippe quae ex externis alienisque naturis et substantiis sit constituta; quod sane nihil aliud est quam factam sive creatam Trinitatis constitutionem dicere. Cuiusmodi igitur illa censenda est religio, quae nec sui similis est, sed temporum progressu perficitur, quaeque modo non ita modo ita sit? Siquidem verisimile est, illam iterum incrementum accepturam, idque infinite, quemadmodum primum ex additamento constituta est. Nec vero dubium est, quin eadem possit decrescere; constat enim ea, quae adduntur, tolli similiter posse. P. 422.

18. Verum ita non est; absit. Non est inquam facta Trinitas,

Felckm. 1. et 5. τὸ γεννητὸν τῷ κτίστῃ et infra ἡ γεννητὴν τὴν τῆς τριάδος.

g. Seguerian. σὺν τῷ ἀεὶ ὄντι θεολογεῖται

h. Seguerian. τήν omittit. Mox idem, Gobler. et Felckm. 1. ποταπὴ οὖν. Editi et alii ποταπὴ δέ. Ibidem Seguerian. Goblerian. Felckm. 1. θεοσέβεια ἡ μηδὲ ἑαυτῇ ὁμοία. Basil. Reg. et Felckm. 5. habent item θεοσέβεια ἡ μηδέ. Editi et alii θεοσέβεια μηδὲ αὐτῆς ὁμοία.

i. Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. μὴ οὖσα, ποτὲ δέ etc.

k. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. ὡς ἅπαξ. Editi et alii ἕως ἅπαξ.

l. Felckm. 2. et editio Commel. γενετὴ

P. 422. ἀλλ' ἀΐδιος καὶ μία θεότης ἐστὶν ἐν τριάδι, καὶ μία δόξα τῆς ἁγίας τριάδος. καὶ σχίζειν αὐτὴν εἰς διαφόρους φύσεις τολμᾶτε! τοῦ πατρὸς ἀϊδίου ὄντος, τὸν συγκαθήμενον αὐτῷ λόγον λέγετε [a]ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν! τοῦ δὲ υἱοῦ συγκαθημένου τῷ πατρί, ἐνθυμεῖσθε τοῦτον μακρύνειν ἀπ' αὐτοῦ! κτίζουσά ἐστι καὶ δημιουργὸς ἡ τριάς, καὶ οὐ φοβεῖσθε καταφέροντες αὐτὴν εἰς τὰ ἐξ οὐκ ὄντων! οὐκ αἰδεῖσθε τὰ δοῦλα συνεξισάζοντες τῇ εὐγενείᾳ τῆς τριάδος, καὶ τὸν βασιλέα κύριον Σαβαὼθ τοῖς ὑπηκόοις συντάττοντες! παύσασθε [b]συμφύροντες τὰ ἄμικτα, μᾶλλον δὲ τὰ μὴ ὄντα τῷ ὄντι! οὐκ ἔστι ταῦτα λέγοντας ἐνεγκεῖν δόξαν καὶ τιμὴν τῷ κυρίῳ, ἀλλὰ ἀδοξίαν καὶ ἀτιμίαν· ὁ γὰρ ἀτιμάζων τὸν υἱὸν ἀτιμάζει τὸν πατέρα. [c]εἰ γὰρ νῦν ἐν τριάδι ἡ θεολογία τελεία ἐστί, καὶ αὕτη ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη θεοσέβειά ἐστι, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ ἡ ἀλήθεια, ἔδει τοῦτο οὕτως ἀεὶ εἶναι, ἵνα μὴ το καλὸν καὶ ἡ ἀλήθεια [d]ἐπιγένηται, καὶ ἐκ προςθήκης [e]συνίσταται τὸ τῆς θεολογίας πλήρωμα. ἔδει οὖν τοῦτο ἀϊδίως εἶναι· εἰ δὲ μὴ ἀϊδίως ἦν, ἔδει μηδὲ νῦν οὕτως αὐτὴν εἶναι, ἀλλ' οὕτως εἶναι,
P. 423. ὥςπερ ἐξ ἀρχῆς ὑμεῖς αὐτὴν ὑποτίθεσθε, ἵνα μηδὲ νῦν τριὰς ᾖ. ἀλλ' οὐκ [f]ἂν ἀνάσχοιτό τις Χριστιανῶν τῶν τοιούτων αἱρετικῶν· Ἑλλήνων γὰρ ἴδια ταῦτα, ὥςτε γενητὴν εἰςάγειν τριάδα καὶ τοῖς γενητοῖς αὐτὴν συνεξισάζειν (τῶν γὰρ γενητῶν ἐστιν ἐλλείψεις καὶ προςθήκας δέχεσθαι), [g]Χριστιανῶν δὲ ἡ πίστις ἄτρεπτον καὶ τελείαν καὶ ἀεὶ ὡςαύτως ἔχουσαν τὴν μακαρίαν οἶδε τριάδα, καὶ οὔτε [h]πλέον τι τῇ τριάδι προςτίθησιν, οὔτε ἐνδεῆ ποτε ταύτην γεγενῆσθαι λογίζεται· [i]ἑκάτερον γὰρ τούτων δυςσεβές. διὸ καὶ ἀμιγῆ μὲν αὐτὴν γινώσκει τῶν [i]γενητῶν, ἀδιαίρετον δὲ τὴν ἑνότητα τῆς θεότητος αὐτῆς φυλάττουσα προςκυνεῖ, καὶ φεύγει μὲν τὰς τῶν Ἀρειανῶν βλαςφημίας, ὁμολογεῖ δὲ καὶ οἶδεν ἀεὶ εἶναι τὸν υἱόν· ἔστι γὰρ ἀΐδιος [k]ὡς ὁ πατήρ, οὗ καὶ ἔστι λόγος ἀΐδιος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πάλιν ἴδωμεν.

19. Εἰ πηγὴ σοφίας καὶ ζωῆς ἐστι καὶ λέγεται ὁ θεός, ὡς διὰ μὲν Ἱερεμίου· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος[1]), καὶ πάλιν· θρόνος δόξης [l]ὑψωμένος, ἁγίασμα ἡμῶν, ὑπομονὴ Ἰσραήλ,

1) Ierem. 2, 13.

ἡ τριάς. Mox Seguer. et Reg. κἂν σχίζειν. Alii vero et editi καὶ σχίζειν, ut et legit Omnibonus.

a. Sic Seguerianus. In aliis et editis deest ὅτι.

b. Sic Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. Editi vero et alii φύροντες. Mox Seguer. τὰ μὴ ὄντα τῷ ὄντι. Editi et alii τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα τῷ ὄντι.

c. Sic Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. At Basil. et Felckm. 5. εἰ γὰρ νῦν ἐν τριάδι θεολογία. Editio Commel. ἡ γὰρ νῦν ἐν τριάδι θεολογία. Mox Seguer. αὕτη ἀληθής etc. Idem ibid. Angl. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. θεοσέβεια. Editi et alii εὐσέβεια.

d. Seguer. ἐπιγένηται. Alii et editi ἐπιγίνεται.

sed aeterna atque una est in Trinitate divinitas, una pariter est san- P. 422.
ctae Trinitatis gloria: vos tamen eam in diversas naturas diffindere
audetis, cumque Patrem aeternum esse concedatis, ipsi de Verbo, quod
illi assidet, dicitis: Fuit aliquando cum non esset, Filiumque Patri as-
sidentem ab eodem removere non dubitatis! Creatrix est et opifex
Trinitas; haud tamen reformidatis, eam inter res e nihilo factas deii-
cere, nec veremini servos pares facere nobilissimae Trinitati, summum-
que regem Dominum Sabaoth inter subditos collocare! Desinite ea,
quae commisceri non queunt, imo ea, quae non sunt, cum illo qui
est, simul permiscere! Qui ista proferunt, non gloria et honore sed
ignominia et contumelia Dominum afficiunt. Nam qui Filio infert in-
iuriam, infert et Patri. Si enim nunc perfecta est in Trinitate theo-
logia, eiusque agnitio vera et sola est religio, atque hoc est, quod et
rectum et ipsa veritas est; id certe semper ita fuisse oportuit, ne id,
quod rectum et veritas est, quid adventitium esse aut theologiae com-
plementum ex accessione constituti putetur. Id inquam necesse om-
nino fuit esse ab aeternitate; nam si ab aeternitate non fuisset, nec
nunc haec ipsa theologia sive divinitatis notio talis esse oporteret,
sed qualem ab initio fuisse fingitis, ut neque nunc esset Trinitas. P. 423.
Verum nemo Christianus tam petulantes pertulerit haereticos. Haec
enim Gentilium propria sunt, ut factam inducant Trinitatem eamque
cum rebus factis coniungant. Siquidem rerum factarum est defectio-
nes et accessiones suscipere. At Christianorum fides immutabilem ac
perfectam suique semper similem beatam agnoscit Trinitatem, nec quic-
quam amplius Trinitati addit, neque eam unquam defecisse cogitat.
Nam utrumque dictu impium est. Hinc eam non ignorat cum rebus
factis nequaquam esse permixtam, individuamque eius divinitatis uni-
tatem et servat et adorat, ab Arianorum abhorret impietatibus, confi-
teturque et novit semper fuisse Filium. Aeternus enim est ut Pater,
cuius est Verbum aeternum. Id enim iterum libeat dispicere.

19. Si sapientiae et vitae fons est et dicitur Deus, uti per Ie-
remiam ait: *Me dereliquerunt fontem aquae vivae*, et rursus: *Thro-
nus gloriae excelsus, sanctificatio nostra, expectatio Israël, Domine,*

e. Forte *συνιστᾶται*.

f. Sic Basil. Anglic. Reg. Felckm. 2. et 5. At Seguer. et Felckm. 1. *οὐκ ἀνέχοιτο*. Gobler. *οὐκ ἀνέσχοιτο*. Mox Felckm. 2. et editio Commel. *Ἑλλήνων γὰρ ταῦτα*. Ibid. Reg. et Felckm. 5. *γενετὴν εἰςάγειν* et mox *γεννητοῖς* et *γεννητῶν*.

g. Sic Seguer. Reg. Basil. et Anglican. At editio Commel. *χριστιανοῦ δέ*.

h. Sic Seguer. Gobler. et Felckman 1. Reg. vero *πλεῖόν τι τῇ*. Felckm. 2. et editio Commel. *πλεῖον τῇ*. Ibid. Seguer. *οὔτε ἐνδεῆ ποτε ταύτην*. Editi et alii *οὐδὲ ἐνδεῆ ταύτην*.

i. Reg. et Felckm. 5. *τῶν γεννητῶν*.

k. Sic Reg. et Seguer. In editis *ὡς* deest. Mox Seguer. *καὶ γὰρ καὶ τοῦτό πάλιν*. Editi et alii *καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτῳ πάλιν*. Ibid. Anglican. *ἡ πηγὴ τῆς σοφίας*.

l. Sic Seguer. et Ierem. 17, 12 Editi vero et alii *ὑψούμενος, ἁγίασμα ὑμῶν*.

P.423. *κύριε, πάντες οἱ ἐγκαταλιπόντες σε αἰσχυνθήτωσαν· ἀφεστηκότες, ἐπὶ τῆς γῆς γραφήτωσαν· ὅτι ἐγκατέλιπον πηγὴν ζωῆς τὸν κύριον*[1]), *ἐν δὲ τῷ Βαροὺχ* [a]*γέγραπται· ἐγκατελίπετε τὴν πηγὴν τῆς σοφίας*[2])· [b]*ἀκόλουθον ἂν εἴη τὴν ζωὴν καὶ τὴν σοφίαν μήτε ξένα τῆς οὐσίας τῆς πηγῆς εἶναι, ἀλλ' ἴδια, μήτε ἀνύπαρκτά ποτε εἶναι, ἀλλ' ἀεὶ εἶναι. ἔστι δὲ* [c]*ταῦτα ὁ υἱὸς ὁ λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*[3]), *καί· ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλήν*[4]). *πῶς τοίνυν οὐκ ἀσεβεῖ ὁ λέγων· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός; ἴσον γάρ ἐστιν εἰπεῖν· ἦν ποτε* [d]*ὅτε ἡ πηγὴ ξηρὰ ἦν χωρὶς τῆς ζωῆς καὶ τῆς σοφίας. ἡ δὲ τοιαύτη οὐκ ἂν εἴη πηγή, τὸ γὰρ μὴ ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν οὐκ ἔστι πηγή. ὅσης δὲ ἀτοπίας γέμον ἐστὶ τοῦτο! ὁ μὲν γὰρ θεὸς τοὺς ποιοῦντας αὐτοῦ τὸ θέλημα ἐπαγγέλλεται ὡς πηγὴν ἔσεσθαι,* [e]*ἣν μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ, λέγων διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· καὶ ἐμπλησθήσῃ, καθάπερ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου, καὶ τὰ ὀστᾶ σου* [f]*πιανθήσεται, καὶ ἔσται ὡς κῆπος μεθύων, καὶ ὡς πηγή, ἣν μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ*[5])· *οὗτοι δὲ τὸν θεὸν λεγόμενον καὶ ὄντα πηγὴν τῆς σοφίας ἄγονον αὐτὸν καὶ λείψαντά ποτε τῆς ἰδίας σοφίας δυςφημεῖν τολμῶσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τούτων ἐστὶ ψεύδη, ἡ δὲ ἀλήθεια μαρτυρεῖ*
P.424. *πηγὴν ἀΐδιον εἶναι τὸν θεὸν τῆς ἰδίας σοφίας. ἀϊδίου δὲ τῆς πηγῆς οὔσης, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὴν σοφίαν ἀΐδιον εἶναι δεῖ, ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ τὰ πάντα γέγονεν, ὡς ψάλλει Δαβίδ· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας*[6]), *καὶ Σολομών φησιν· ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει*[7]). [g]*αὐτή τε ἡ σοφία ἐστὶν ὁ λόγος, καὶ δι' αὐτοῦ, ὡς Ἰωάννης φησίν, ἐγένετο τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*[8])· *καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός. εἷς γὰρ θεὸς* [h]*ὁ πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ*[9]). *εἰ δὲ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, αὐτὸς οὐκ ἂν εἴη συναριθμούμενος τοῖς πᾶσιν. ὁ γὰρ τολμῶν τὸν δι' οὗ τὰ πάντα λέγειν ἕνα εἶναι τῶν πάντων, πάντως δή που καὶ περὶ θεοῦ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, τὸ αὐτὸ* [i]*λογίσεται. εἰ δὲ τοῦτο ὡς ἄτοπον φεύγει τις, καὶ διΐστησιν ὡς ἄλλον ἀπὸ τῶν πάντων τὸν θεόν, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὸν μονογενῆ υἱόν, ἴδιον ὄντα τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ἄλλον λέγειν εἶναι*

1) Ierem. 17, 12. 13. 2) Baruch. 3, 12. 3) Ioan. 14, 6. 4) Prov. 8, 12. 5) Esa. 58, 11. 6) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 7) Prov. 3, 19. 8) Ioan. 1, 3. 9) 1. Cor. 8, 6.

Ibid. Seguer. *πάντες οἱ καταλιπόντες σε καταισχυνθήσονται· ἀφεστηκότες ἀπὸ τῆς γῆς γραφήσονται.*

a. Felckm. 2. et editi *γέγραπται, ἐγκατέλιπον πηγὴν ζωῆς τὸν κύριον, καὶ ἐγκατελίπετε* etc. - Ibid. Reg. Anglic. et Basil. *ἐγκατελίπατε.*

b. Editio Commel. *εἴη ἀκόλουθον ἄν.* Ibid. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἀκόλουθον ἂν εἴη τὴν πηγήν.* Paulo post Seguer. *ἀλλ' ἀΐδια, μήτε ἀνύπαρκτα.*

omnes qui dereliquerunt te, confundantur; qui recesserunt, in terra P. 423. *scribantur; quoniam dereliquerunt fontem vitae Dominum;* item apud Baruch scriptum est: *Dereliquistis fontem sapientiae;* consentaneum valde fuerit, vitam et sapientiam non quid alienum sed proprium naturae fontis esse, neque aliquando non exstitisse, sed semper fuisse. Atqui haec omnia ipse est Filius, qui dicit: *Ego sum vita,* et *Ego sapientia habito in consilio.* An non igitur impius habendus ille est, qui ait: Fuit aliquando cum non esset Filius? Namque idem est ac si diceretur: Fuit aliquando, cum fons esset aridus absque vita et sapientia. Atqui si huiusmodi esset, fons certe non esset; nam quod non ex seipso gignit, fons utique non est. At quam istud absurdum est! Etenim Deus eos, qui suae ipsius voluntati parent, promittit instar fontis futuros, a quo nunquam deficiet aqua. Sic enim ipse per Isaiam Prophetam loquitur: *Et satiaberis quemadmodum concupiscit anima tua, et ossa tua pinguia fient, et erunt velut hortus irriguus, et tanquam fons, a quo aqua non deficiet.* Illi autem Deum, qui quidem dicitur et est fons sapientiae, sterilem atque sine propria Sapientia aliquando fuisse improbissime audent affirmare. Verum falsa sunt, quae ab illis dicuntur. At testatur Veritas, Deum propriae Sapientiae aeternum fontem esse; ac proinde cum fons aeternus sit, necesse quo- P. 424. que est Sapientiam aeternam esse. In ipsa siquidem omnia facta sunt, ut psallit David: *Omnia in Sapientia fecisti.* Salomon item ait: *Deus Sapientia fundavit terram, praeparavit caelos prudentia.* Haec porro Sapientia Verbum est, et *per ipsum,* ut ait Ioannes, *facta sunt omnia, et sine ipso factum est nihil.* Denique ipse est Christus. Nam *unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illum; et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum.* Si porro omnia per ipsum, ipse profecto inter omnia numerandus non est. Qui enim eum, *per quem omnia,* unum omnium esse dicere ausus fuerit, ille de Deo, *ex quo omnia,* idem plane sentiet. Quod si quis id tanquam maxime absurdum procul reiiciat, Deumque ab omnibus ut alium discriminet, consequens sane fuerit, ut unigenitus Filius, qui Patris naturae est proprius, alius quoque ab omnibus esse censeatur. Atqui

c. Sic Seguer. Reg. Basil. Anglic. Felckm. 5. Editi vero ταῦτα υἱὸς ὁ λέγων. Mox Goblerian. et Felckm. 1. ἡ σοφία κατεσκεύασα.

d. Sic Seguer. In editis et aliis deest ὅτε. Paulo post Reg. et Felckm. 5. εἰ δὲ τοιαύτη. Et mox Seguer. Reg. Basil. ἐξ ἑαυτοῦ. Editi et alii ἐξ αὐτοῦ.

e. Seguer. ἦ. Idem et Goblerian. et Felckm. 1. ἐξέλειπεν.

f. Sic Seguer. Reg. et Esaiae 58, 11. Basil. Anglican. Felckm. 5. ποιηθήσεται. Editi πιανθήσονται. Mox Seguer. ἦ μὴ ἐξέλιπεν.

g. Reg. et Basil. αὕτη τε. Anglic. αὕτη δέ.

h. Seguer. omittit ὁ πατήρ.

i. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. λογίσηται. Basil. λογίζεται. Paulo post Seguer. τῶν πάντων τὸν θεόν. Editi πάντων θεόν.

P. 424. τῶν πάντων· μὴ ὄντος δὲ αὐτοῦ τῶν πάντων, οὐ θέμις ἐπ' αὐτοῦ λέγειν τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν καὶ οὐκ ἦν πρὶν [a]γεννηθῇ. αἱ τοιαῦται γὰρ φωναὶ κατὰ τῶν ποιημάτων ἁρμόζουσι λέγεσθαι, αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς τοιοῦτός ἐστιν, οἷός ἐστιν [b]ὁ πατήρ, οὗ καὶ ἔστι τῆς οὐσίας ἴδιον γέννημα, λόγος καὶ σοφία. τοῦτο γὰρ ἴδιον τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τοῦτο τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ δείκνυσιν ἴδιον, ὥςτε [c]μήτε τὸν θεὸν λέγειν ποτὲ ἄλογον, μήτε τὸν υἱὸν ἀνύπαρκτόν ποτε λέγειν. ἐπεὶ διατί υἱός, εἰ μὴ ἐξ αὐτοῦ; ἢ διατί λόγος καὶ σοφία, εἰ μὴ ἀεὶ καὶ [d]ἴδιον αὐτοῦ;

20. Πότε γοῦν τοῦ ἰδίου χωρὶς ἦν ὁ θεός; ἢ πῶς τις περὶ τοῦ ἰδίου ὡς περὶ ξένου καὶ [e]ἀλλοτριοουσίου δύναται λογίσασθαι; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, οἷά ἐστι τὰ γενητά, οὐδὲν ὅμοιόν κατ' οὐσίαν ἔχει πρὸς τὸν πεποιηκότα, ἀλλ' ἔξωθεν αὐτοῦ [f]ἐστι, χάριτι καὶ βουλήσει αὐτοῦ τῷ λόγῳ γενόμενα, ὥςτε πάλιν δύνασθαι καὶ παύεσθαί ποτε, εἰ θελήσειεν ὁ ποιήσας· [g]ταύτης γάρ ἐστι φύσεως τὰ γενητά. τὸ δὲ ἴδιον τῆς οὐσίας τοῦ πατρός (ὡμολόγηται γὰρ ἤδη τοῦτο εἶναι ὁ υἱός) πῶς οὐ τολμηρὸν καὶ δυςσεβὲς εἰπεῖν ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ὅτι οὐκ ἦν πρὶν [h]γεννηθῇ, ἀλλ' ἐπισυμβέβηκε καὶ δύναται πάλιν μὴ εἶναί ποτε; τοῦτο δὲ καὶ μόνον ὁ ἐνθυμούμενος κατανοείτω, πῶς τὸ τέλειον καὶ τὸ πλῆρες τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἀφαιρεῖται. καὶ γὰρ φανερώτερον ἄν τις ἴδοι πάλιν τὸ ἄτοπον τῆς αἱρέσεως, ἐὰν ἐνθυμηθῇ, ὅτι ὁ υἱὸς εἰκών ἐστι καὶ ἀπαύγασμα
P. 425. τοῦ πατρὸς καὶ χαρακτὴρ καὶ ἀλήθεια. εἰ γὰρ ὑπάρχοντος φωτὸς [i]ἔστιν εἰκὼν αὐτοῦ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ οὔσης ὑποστάσεως ἔστι ταύτης ὁ χαρακτὴρ ὁλόκληρος, καὶ ὄντος πατρὸς ἔστιν [k]ἡ ἀλήθεια, σκοπείτωσαν οἱ τὴν εἰκόνα καὶ τὸ εἶδος τῆς θεότητος χρόνῳ μετροῦντες, εἰς πόσον ἀσεβείας βάραθρον πίπτουσιν. εἰ γὰρ οὐκ ἦν ὁ υἱὸς πρὶν [l]γεννηθῇ, οὐκ ἦν ἀεὶ ἐν τῷ θεῷ ἡ ἀλήθεια. ἀλλὰ τοῦτο λέγειν οὐ θέμις· τοῦ γὰρ πατρὸς ὄντος ἦν [m]ἀεὶ ἐν αὐτῷ ἡ ἀλήθεια, ἥτις ἐστὶν ὁ υἱὸς ὁ λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια[1]), καὶ τῆς ὑποστάσεως ὑπαρχούσης πάντως εὐθὺς εἶναι δεῖ τὸν χαρακτῆρα καὶ τὴν εἰκόνα ταύτης· οὐ γὰρ ἔξωθέν ἐστι γραφομένη [n]ἡ τοῦ θεοῦ εἰκών· ἀλλ' αὐτὸς ὁ θεὸς γεννητής ἐστι ταύτης, ἐν ᾗ

1) Ioan. 14, 6.

a. Sic Seguer. Basil. Anglic. et Felckman. 2. At Reg. γενηθῇ. Editi γεννηθῆναι.

b. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. omittunt ὁ πατήρ.

c. Seguer. μήτε. Editi et alii μή.

d. Sic Seguerian.; ut et legit Nannius. alii ἀΐδιον.

e. Seguer. ἀλλοτριοουσίου. Reg. Gobl. et Felckm. 1. ἀλλοτριουσίου. Editi ἀλλοτρίου. Mox Felckm. 2. cum editis ὅσα ἐστί. Alii mss. οἷά ἐστι.

f. Sic Seguer. In editis et aliis deest ἐστί. Ibid. Seguer. τῷ λόγῳ αὐτοῦ.

g. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Alii autem et editi τοιαύτης γάρ ἐστι

si ipse non est ex omnibus, de illo nefas est dicere: Fuit aliquando cum non esset et Non erat antequam nasceretur. Huiusmodi enim voces de factis quidem rebus apte usurpantur; at ipse Filius talis est, qualis Pater, cuius naturae proprius quoque est fetus, Verbum ac Sapientia. Namque id proprium est Filii erga Patrem, idemque Patrem Filii proprium ostendit, ita ut dici nequeat, vel Deum aliquando sine Verbo seu Ratione fuisse, vel Filium aliquando non exstitisse. Ceteroquin cur diceretur Filius, nisi esset ex ipso? vel quare Verbum et Sapientia appellaretur, nisi et semper et proprius illius esset? P. 424.

20. Quandonam igitur Deus sine illo fuit, quod ipsius proprium est? vel quis id, quod proprium est, tanquam quid externum et quod diversae sit naturae possit concipere? Enimvero res aliae, quales sunt res factae, nihil natura simile habent cum suo auctore, sed extra eum eiusdem gratia et voluntate per Verbum sunt conditae, adeo ut possint aliquando esse desinere, si nempe placuerit creatori, quippe cum ea sit rerum factarum natura. At quod naturae Patris est proprium (hoc enim esse Filium iam concessum est) an non temerarium et impium est ex nihilo esse dicere, nec fuisse antequam nasceretur, sed adventitium esse, posseque iterum aliquando non esse? Quod qui vel solum cogitat, intelligat quaeso, quomodo possit detrahi perfectio et plenitudo naturae Patris. Hinc enim clarius licebit perspicere, quam absurda sit Ariana haeresis, si nimirum attendatur, Filium Patris imaginem, splendorem et figuram atque veritatem esse. Nam si existente P. 425. luce imago eius existit splendor, si item substantia existente eiusdem existit integra figura, si denique existente Patre existit veritas, videant, qui divinitatis imaginem et figuram tempore metiuntur, in quantam incidant impietatem. Si enim non fuit Filius antequam nasceretur, nec igitur semper fuit in Deo veritas. Verum id nefas dictu est. Siquidem Patre existente fuit semper in illo veritas, quae Filius est, qui et idem dicit: *Ego sum veritas.* Substantia similiter existente eius figuram et imaginem continuo esse prorsus necesse est. Nec enim extrinsecus depicta est Dei imago, sed ipse Deus eiusdem est genitor, in qua seipsum intuens eadem delectatur, ut ait Filius: *Ego eram qua*

φύσεως τὰ γεννήματα. Paulo post Seguer. *τοῦτο εἶναι υἱός.*

h. Seguer. *γενηθῇ.*

i. Sic Seguer. Editi vero et alii *εἰκών ἐστιν αὐτοῦ καὶ τὸ ἀπαύγασμα.*

k. Sic Seguer. At alii et editi *ἡ ἀλήθεια ὁ υἱός.* Paulo post Seguer. *εἰς ὅσον ἀσεβείας.*

l. Seguer. *γενηθῇ.* Idem ibid. et Reg. *οὐκ ἦν ἀεὶ ἐν τῷ θεῷ.* Editi et alii *ἀεί* omittunt.

m. Sic Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. Editi autem *ἦν ἂν ἐν αὐτῷ.* Ibidem in Gobleriano et Felckm. 1. desunt *ἥτις ἐστὶν ὁ υἱὸς ὁ λέγων, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.*

n. Sic Seguer. et Reg. In editis deest *ἡ.* Paulo post Felckm. 2. et editio Commel. *ἑαυτὸν ὁ ὁρῶν,*

P. 425. ἑαυτὸν ὁρῶν προςχαίρει ταύτῃ, ὡς αὐτὸς ὁ υἱὸς λέγει· ἐγὼ ἤμην ᾗ προςέχαιρε[1]). πότε γοῦν οὐχ [a]ἑώρα ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἐν τῇ ἑαυτοῦ εἰκόνι; ἢ πότε οὐ προςέχαιρεν, ἵνα τολμήσῃ τις εἰπεῖν· ἐξ οὐκ ὄντων ἐστὶν ἡ εἰκών, καὶ οὐκ ἦν χαίρων ὁ πατήρ, πρὶν γένηται ἡ εἰκών; πῶς δὲ καὶ ἑαυτὸν ἂν ἴδοι ὁ ποιητὴς καὶ κτίστης ἐν κτιστῇ [b]καὶ γενητῇ οὐσίᾳ; τοιαύτην γὰρ εἶναι δεῖ τὴν εἰκόνα, οἷός ἐστιν ὁ ταύτης πατήρ.

21. Φέρε τοίνυν, ἴδωμεν τὰ τοῦ πατρός, ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα ἐπιγνῶμεν, εἰ αὐτοῦ ἐστιν. ἀΐδιός ἐστιν ὁ πατήρ, ἀθάνατος, δυνατός, φῶς, βασιλεύς, παντοκράτωρ, θεός, κύριος, [c]κτίστης καὶ ποιητής. ταῦτα εἶναι δεῖ ἐν τῇ εἰκόνι, ἵνα ἀληθῶς ὁ τὸν υἱὸν ἑωρακὼς ἴδῃ τὸν πατέρα[2]). εἰ δὲ μὴ οὕτως ἐστίν, ἀλλ' ὡς οἱ Ἀρειανοὶ φρονοῦσι, γενητός ἐστι καὶ οὐκ ἀΐδιος ὁ υἱός, οὐκ ἔστιν αὕτη τοῦ πατρὸς ἀληθὴς εἰκών, εἰ μὴ ἄρα λοιπὸν ἀπερυθριάσαντες εἴπωσιν, ὅτι καὶ τὸ εἰκόνα λέγεσθαι τὸν υἱὸν οὐχ ὁμοίας οὐσίας ἐστὶ γνώρισμα, ὄνομα δὲ μόνον ἐστὶν αὐτοῦ. ἀλλὰ τοῦτο πάλιν, ὦ χριστομάχοι, οὐκ ἔστιν εἰκὼν οὐδὲ χαρακτήρ. ποία γὰρ ἐμφέρεια τῶν ἐξ οὐκ ὄντων πρὸς τὸν κτίσαντα τὰ οὐκ ὄντα [d]εἰς τὸ εἶναι; ἢ πῶς τῷ ὄντι τὸ οὐκ ὂν ὅμοιον εἶναι δύναται, λειπόμενον τῷ ποτὲ μὴ εἶναι καὶ τῷ πρὸς τὰ γενόμενα τὴν σύνταξιν ἔχειν; τοιοῦτον γὰρ αὐτὸν εἶναι θέλοντες οἱ Ἀρειανοὶ λογισμοὺς ἑαυτοῖς ἐπενόησαν, λέγοντες· εἰ γέννημά ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς καὶ εἰκών, καὶ ὅμοιός ἐστι κατὰ πάντα τοῦ πατρός, ὀφείλει πάντως, ὥςπερ γεγέννηται, γεννᾶν καὶ ὁ υἱὸς καὶ γίνεσθαι καὶ αὐτὸς πατὴρ υἱοῦ, πάλιν τε [e]ὁ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενος γεννᾶν καὶ αὐτός, καὶ καθ' ἑξῆς ἕως εἰς ἄπειρον, τοῦτο γὰρ ὅμοιον δείκνυσι τὸν γεν-
P. 426. νηθέντα τοῦ γεννήσαντος. ἐφευρεταὶ [f]δυςφημιῶν ἀληθῶς οἱ θεομάχοι, οἵτινες, ἵνα μὴ τὸν υἱὸν εἰκόνα τοῦ πατρὸς ὁμολογήσωσι, σωματικὰ καὶ γήϊνα περὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς φρονοῦσι, τομὰς καὶ ἀποῤῥοίας καὶ ἐπιῤῥοίας κατηγοροῦντες κατ' αὐτοῦ. εἰ μὲν οὖν ὡς ἄνθρωπός ἐστιν [g]ὁ θεός, γινέσθω καὶ γεννητὴς ὡς ἄνθρωπος, ἵνα καὶ ὁ υἱὸς ἑτέρου γίνηται πατήρ, καὶ οὕτω καθεξῆς ἐξ ἀλλήλων γινέσθωσαν, ἵνα καὶ εἰς πλῆθος θεῶν ἡ διαδοχὴ κατ' αὐτοὺς αὐξάνῃ. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ὡς ἄνθρωπος ὁ θεός (οὐκ ἔστι γάρ), οὐ

1) Prov. 8, 30. 2) Ioan. 14, 9.

a. Sic Seguer. Angl. Gobl. et Felckm. 1. Editi vero ὁρᾷ.
b. καί abest ab editione Commel. Paulo post Seguer. Gobler. et Felckm. 1. οἷός ἐστιν. Editi et alii ὡς ἐστιν.
c. Seguer. καὶ κτίστης. Et paulo post pro ἴδῃ idem habet ἑωρακὼς ᾖ.
d. Sic in Seguer. exstat totus hic locus. Alii vero et editi πρὸς τὸ εἶναι, ἢ πῶς τῷ ὄντι τὸ μὴ ὂν ὅμοιον εἶναι δυνατόν; λειπόμενον οὖν τό, ποτὲ μὴ εἶναι, καὶ τὸ πρὸς τὰ γενόμενα τὴν σύστασιν ἔχειν. In Felckm. 1. et Gobleriano deest οὖν post λειπόμενον.

delectabatur. Quandonam ergo seipsum Pater non intuebatur in sui ipsius imagine, aut quandonam eadem non delectabatur, ut quis dicere audeat, ex nihilo esse imaginem, nec Patrem delectatum esse antequam imago nasceretur? Qui vero effector et creator seipsum in creata et facta natura posset contemplari? Etenim talis imago esse debet, qualis est eius Pater. P. 425.

21. Age itaque, quae ad Patrem pertinent inspiciamus, quo possimus dignoscere utrum imago eius sit. Aeternus est Pater, immortalis, potens, lux, rex, omnipotens, Deus, Dominus, creator et effector. Haec sane eadem in imagine esse oportet, ut vere qui Filium viderit, videat Patrem. Nam nisi ita sit, sed, ut Ariani sentiunt, factus est, non vero aeternus Filius, non est haec vera imago Patris, nisi forte pudore omni exuto dicant, quod Filius imago appellatur, non id esse similis substantiae indicium, sed eius duntaxat nomen esse. Atqui, o impii et hostes Christi, hoc nec imago nec figura est. Quae enim similitudo rerum e nihilo factarum cum illo, qui ea, quae non erant, ut essent creavit? aut quo pacto id, quod non est, eius, qui est, simile esse queat, cuius is defectus est, ut aliquando non fuerit et inter res factas collocatum sit? Ariani igitur cum Filium ita esse velint, sibi ipsis huiusmodi excogitavere ratiunculas. Si Filius, inquiunt, fetus et imago est Patris, si perfecte similis est Patri, debet certe, quemadmodum genitus est, sic et ipse generare fierique et ipse filii pater; qui item ex ipso genitus fuerit, generare et ipse debet, et ita deinceps infinite. Id siquidem genitoris genitum similem ostendit. Blasphemiarum nae illi inventores, qui Dei ipsius hostes, ne fateantur Filium Patris esse imaginem, corporea et terrestria de ipso Patre cogitant, excisiones, effluentias, influxionesve in illo prave fingunt. Equidem si Deus hominis similis est, sit etiam eo modo genitor quo homo, Filius fiat pater alterius, atque ita deinceps alii ex aliis procreentur, ut secundum illos in deorum multitudinem crescat ea progenies. At si Deus non est ut homo, uti revera non est, sane nec humana de eo licet cogitare. Etenim brutae animantes atque homines vi primae creationis alii ex aliis successione gignuntur, et is, qui gignitur, ex genito patre P. 426.

e. Sic Seguer. et Reg. In editis autem ὁ omittitur. Ibid. ad marginem haec habet Reg. *διατί μὴ καὶ υἱὸς γεννᾷ, ἵνα καὶ πατὴρ ᾖ, ἀλλὰ μόνον ἐστὶν υἱός. Cur non Filius et ipse gignit, ut et pater sit, sed est duntaxat filius.*

f. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *δυσφημίας*. Mox Seguer. *ὁμολογῶσι, σωματικά* etc. Paulo post iidem Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. *ἀποῤῥοὰς καὶ ἐπιῤῥοάς*.

g. Sic Seguer. At alii et editi ὁ *υἱός*. Paulo post Seguerian. Basil. Gobler. et Felckm. 1. *ἑτέρου γένηται*. Ibid. Seguer. *καὶ οὕτω δὲ καθεξῆς*.

P. 426. δεῖ τὰ ἀνθρώπων [a] ἐπ' αὐτοῦ λογίζεσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἄλογα ζῶα καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐκ δημιουργικῆς ἀρχῆς κατὰ διαδοχὴν ἀλλήλων γεννῶνται, καὶ ὁ γεννώμενος ἐκ γεννωμένου πατρὸς γεννηθεὶς εἰκότως καὶ αὐτὸς ἑτέρου γίνεται πατήρ, ἔχων ἐκ πατρὸς ἐν ἑαυτῷ τοῦτο, ἐξ οὗ καὶ αὐτὸς γέγονε (διὸ οὐδέ ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις κυρίως πατὴρ καὶ κυρίως υἱός, οὐδὲ ἕστηκεν ἐπ' αὐτῶν [b] τὸ πατὴρ καὶ τὸ υἱός· ὁ γὰρ αὐτὸς υἱὸς γίνεται καὶ πατήρ, υἱὸς μὲν τοῦ γεννήσαντος, πατὴρ δὲ τοῦ γεννωμένου ἐξ αὐτοῦ)· ἐπὶ δὲ τῆς θεότητος οὐκ ἔστιν οὕτως· οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεός· οὔτε γὰρ ὁ πατὴρ ἐκ πατρός ἐστι, διὸ οὐδὲ γεννᾷ τὸν [c] γεννησόμενον πατέρα, οὔτε ὁ υἱὸς ἐξ ἀποῤῥοίας ἐστὶ τοῦ πατρός, οὐδὲ ἐκ γεννηθέντος πατρὸς γεγέννηται, διὸ οὐδὲ γεγέννηται εἰς τὸ γεννᾶν. ὅθεν ἐπὶ τῆς θεότητος μόνης ὁ πατὴρ κυρίως πατήρ ἐστι καὶ ὁ υἱὸς κυρίως υἱός ἐστι, [d] καὶ ἐπὶ τούτων καὶ μόνων ἕστηκε τὸ πατὴρ ἀεὶ πατὴρ εἶναι καὶ τὸ υἱὸς ἀεὶ υἱὸς εἶναι.

22. Οὐκοῦν ὁ ζητῶν διατί μὴ γεννητικὸς υἱοῦ ὁ υἱὸς ζητείτω διατί μὴ πατέρα ἔσχεν ὁ πατήρ. [e] ἀλλὰ ἄτοπά γε ἀμφότερα καὶ πάσης μεστὰ ἀσεβείας. ὡς γὰρ ὁ πατὴρ ἀεὶ πατὴρ καὶ οὐκ ἄν ποτε γένοιτο υἱός, οὕτως ὁ υἱὸς ἀεὶ υἱός ἐστι καὶ οὐκ ἄν ποτε γένοιτο πατήρ· καὶ ἐν τούτῳ γὰρ μᾶλλον χαρακτὴρ ὢν καὶ εἰκὼν τοῦ πατρὸς δείκνυται, μένων ὅ ἐστι καὶ οὐκ ἀλλασσόμενος, ἀλλ' ἔχων ἐκ τοῦ πατρὸς τὴν ταυτότητα. εἰ μὲν οὖν ὁ πατὴρ μεταβάλλεται, μεταβαλλέσθω καὶ ἡ εἰκών· πρὸς γὰρ τὸν γεννήσαντα οὕτω καὶ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ καὶ τὸ ἀπαύγασμα ἕστηκεν. εἰ δὲ ἄτρεπτός ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὅ ἐστιν [f] οὕτως διαμένει, ἐξ ἀνάγκης καὶ ἡ εἰκὼν ὅ ἐστι διαμένει καὶ οὐ τραπήσεται. ἔστι δὲ [g] ἐκ τοῦ πατρὸς υἱός, οὐκ ἄρα ἕτερόν τι γενήσεται, ἢ ὅπερ ἐστὶ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἴδιον. μάτην ἄρα καὶ τοῦτο ἐπενόησαν οἱ ἄφρονες, ἐξᾶραι θέλοντες ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὴν εἰ-

P. 427. κόνα, ἵνα [h] τοῖς γενητοῖς τὸν υἱὸν ἐξισάσωσιν. ἐν τούτοις γοῦν αὐτὸν συντάττοντες οἱ περὶ Ἄρειον ἐκ διδασκαλίας Εὐσεβίου, καὶ τοιοῦτον εἶναι νομίζοντες, οἷα τὰ δι' αὐτοῦ γενόμενά ἐστιν, ἀπεπήδησαν μὲν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, [i] συμφορήσαντες δὲ ἑαυτοῖς ῥημάτια πανουργίας περιήρχοντο κατὰ τὴν ἀρχήν, ὅτε τὴν αἵρεσιν ταύτην ἔπλασσον, καὶ μέχρι δὲ νῦν τινες συναντῶντες ἐξ αὐτῶν

a. Basil. ἐπ' αὐτῷ. Mox Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα. Paulo post Seguer. ὁ γεννώμενος ἐκ γενομένου πατρός. Idemque infra et Reg. Gobler. Felckm. 1. ἐν ἑαυτῷ τοῦτο, ἐξ οὗ. Editi ἐν αὐτῷ τοῦτο etc.

b. Seguer. τὸ πατὴρ καὶ τὸ υἱός. Reg. τὸ κυρίως πατὴρ καὶ υἱός. Editi τὸ πατὴρ καὶ υἱός.

c. Seguerian. Reg. Anglican. Gobler. et Felckman. 1. γενησόμενον. Mox iidem praeter Anglican. et Reg. ἐξ ἐπιῤῥοῆς. Seguer. ibid. οὔτε ἐκ γενηθέντος.

d. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. καὶ ἐπὶ τούτων μόνων. Felckm. 5. καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ μόνον. Editi et alii καὶ ἐπὶ τούτων καὶ μόνον.

e. Sic Seguerian. Editi autem ἀλλά γε

genitus convenienter et ipse alterius fit pater, eam in seipso virtutem P.426.
a patre habens, ex qua et ipse factus est. Hinc in illis non est proprie pater vel proprie filius, nec stabilis vel constans est patris et filii conditio. Idem quippe et filius et pater fit, filius inquam genitoris, pater autem eius, qui ex ipso gignitur. Verum in divinitate non ita se res habet. Nec enim hominum similis est Deus, nec Pater ex patre est, unde nec patrem geniturum gignit, nec Filius est ex effluvio Patris, nec ex genito Patre genitus est, ideoque nec gignitur ut gignat. Hinc in sola Divinitate Pater proprie pater est et Filius proprie filius, atque in his solis constans firmaque est patris et filii conditio, ita ut Pater sit semper pater et Filius semper filius.

22. Qui igitur inquirit, cur Filius filii alius gignendi vim non habeat, idem inquirat, cur Pater non habuerit patrem. Verum utrumque perabsurdum est impietateque omni plenum. Ut enim Pater semper est pater nec unquam filius potest esse, ita Filius semper est filius nec unquam pater esse potest; quo utique modo maxime ostenditur figura et imago Patris esse, manendo quod est mutationemque nullam subeundo, sed acceptam a Patre servando immutabilitatem. Itaque si Pater mutatur, eius quoque imago mutetur. Sic enim erga genitorem se habet eius et imago et splendor. At si immutabilis est Pater et id, quod ipse est, perpetuo manet, ita necesse est eius imaginem id, quod ipsa est, similiter permanere nec mutari. Atqui Filius est ex Patre; non igitur aliud fiet quam quod est Patris naturae proprium. Itaque frustra et istud stulti commenti sunt, imaginem a Patre cupientes abstrahere, ut Filium rebus factis parem facerent. Hinc ergo P.427.
Ariani illum in rerum factarum numero ex Eusebii doctrina reponentes, talemque esse arbitrantes, qualia quae ab ipso sunt facta, procul a veritate discessere, fallacibusque sibi comparatis voculis, cum primum hancce formarent haeresim, circumcirca concursabant, imo etiam ad

ἀμφότερα μετὰ πάσης δυσσεβείας· ὥσπερ γὰρ ὁ πατήρ etc. Hic autem in margine Codicis Regii haec exstant: *ὅτι καὶ κατὰ τὸ μὴ γεννᾶν ὁ υἱός, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τοῦ πατρὸς καὶ μᾶλλον δείκνυται. Quod Filius etiam qualenus non gignit, figura et imago Patris maxime ostenditur.*

f. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. Editi autem *ὄντως*. Mox Seguer. *ἡ εἰκὼν ὅ ἐστι διαμένει.* Editi et alii *ἡ εἰκὼν ὡς ἐστὶ διαμένει.* Gobler. et Felckm. 1. *μένει.*

g. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *ἐκ πατρός.*

h. Basil. et Felckm. 5. *γεννητοῖς*. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἐν τούτοις γοῦν αὐτοῖς.*

i. Basil. *συμφυρήσαντες*. Felckm. 5. *συμφρονήσαντες.*

p. 427. παιδαρίοις κατὰ τὴν ἀγορὰν πυνθάνονται αὐτῶν, οὔτιγε ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, ἀλλ᾽ ὥςπερ τὰ περισσεύματα τῆς καρδίας[1]) αὐτῶν [a]ἐρευγόμενοι λέγουσιν· ὁ ὢν τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ ὄντος πεποίηκεν ἢ τὸν ὄντα; ὄντα [b]οὖν αὐτὸν πεποίηκεν ἢ μὴ ὄντα; καὶ πάλιν· ἓν τὸ [c]ἀγέννητον ἢ δύο; καὶ αὐτεξούσιός ἐστι καὶ ἰδίᾳ προαιρέσει οὐ τρέπεται, τρεπτῆς ὢν φύσεως; οὐ γὰρ ὡς λίθος ἐστὶν [d]ἀφ᾽ ἑαυτοῦ μένων ἀκίνητος. εἶτα καὶ εἰςερχόμενοι πρὸς γυναικάρια πάλιν αὐταῖς ἐκτεθηλυμένα [e]ῥημάτια φθέγγονται· εἰ εἶχες υἱὸν πρὶν τέκῃς; ὥςπερ δὲ οὐκ εἶχες, οὕτω καὶ ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ. τοιούτοις ῥήμασιν ἐξορχούμενοι παίζουσιν οἱ ἄτιμοι καὶ τὸν θεὸν ἀνθρώποις ἀπεικάζουσι, φάσκοντές τε εἶναι Χριστιανοὶ ἀλλάσσουσι τὴν τοῦ θεοῦ [f]δόξαν ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου[2]).

23. Ἔδει μὲν οὖν μηδὲν ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα, οὕτως ἀνόητα ὄντα καὶ μωρά. ἵνα δὲ μὴ δοκῇ τι βέβαιον ἔχειν ἡ αἵρεσις αὐτῶν, προςήκει κἂν [g]ὡς ἐκ παρέργου διελέγξαι καὶ ἐν τούτοις αὐτοὺς μάλιστα διὰ τὰ εὐχερῶς ἀπατώμενα παρ᾽ αὐτῶν γυναικάρια. [h]ἔδει δὲ ταῦτα λέγοντας αὐτοὺς καὶ ἀρχιτέκτονος πυνθάνεσθαι· εἰ δύνασαι χωρὶς ὕλης [i]ὑποκειμένης οἰκοδομεῖν; ὥςπερ δὲ οὐ δύνασαι, οὕτω καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἠδύνατο χωρὶς ὕλης ὑποκειμένης ποιῆσαι τὰ ὅλα. [k]ἔδει καὶ ἕκαστον αὐτοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐρωτᾶν· εἰ δύνασαι εἶναι χωρὶς τόπου; ὥςπερ δὲ οὐ δύνασαι, οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἐν τόπῳ ἐστίν· [l]ἵν᾽ οὕτως κἂν παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐντρέπεσθαι δυνηθῶσιν. ἢ διατί ἐὰν μὲν ἀκούωσιν ὅτι υἱὸν ἔχει ὁ θεός, [m]εἰς ἑαυτοὺς ἀποβλέποντες ἀρνοῦνται τοῦτον, ἐὰν δὲ ἀκούωσιν ὅτι κτίζει καὶ ποιεῖ, οὐκέτι τὰ ἀνθρώπινα ἀντιτιθέασιν; ἔδει δὲ καὶ ἐν τῷ κτίζειν ἀνθρώπινα νοεῖν αὐτοὺς καὶ ὕλην ὑποβάλλειν τῷ θεῷ, ἵνα καὶ τὸ εἶναι κτίστην τὸν
p. 428. θεὸν ἀρνήσωνται, καὶ λοιπὸν μετὰ Μανιχαίων κυλίωνται. εἰ δὲ ταῦθ᾽ ὑπερβαίνει ἡ περὶ θεοῦ ἔννοια, καὶ μόνον τις ἀκούσας πιστεύει καὶ οἶδεν ὅτι ἐστὶν οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐσμεν, ἔστι μέντοι ὡς

1) Luc. 6, 45. 2) Rom. 1, 23.

a. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐῤῥευγόμενοι.
b. Sic mss. At editi οὖν omittunt.
c. Lege hic ἀγένητον.
d. Seguer. ἐφ᾽ ἑαυτοῦ.
e. Seguer. ῥήματα. Ibidem idem, Gobl. et Felckm. 1. φθέγγονται, εἰ εἶχες υἱὸν πρὶν τέκῃς. Editi et alii φθέγγονται, εἶχες υἱὸν πρὶν ἢ τέκῃς. Paulo post Basil. et Felckm. 5. ἐξερχόμενοι παίζουσιν. Ibidem Seguer. Anglic. Reg. Gobler. et Felckm. 1. καὶ τὸν θεὸν ἀνθρώποις. Editi καὶ τὸν θεὸν ἄνθρωποι. Item ibid. Seguer. Gobler. et Felckm. φάσκοντές τε εἶναι. Editi φάσκοντες εἶναι.
f. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Editi autem θεοῦ εἰκόνα ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτῶν ἀνθρώπων. Ibidem Seguer. μηδὲ ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ ταῦτα. Gobler. et Felckm. 1. μηδ᾽ ἀποκρίνασθαι etc.
g. Sic Seguer. Editi vero κἂν οὕτως.

a. *δὲ ὑμῖν* abest a Felckm. 4. Ibidem idem et Seguer. *ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ*, ut et Matth. 6, 29. legitur. Editi et alii *ἐν ὅλῃ τῇ δόξῃ*. Ibidem pro *αὐτοῦ*, ut Seguer. Reg. Basil. Anglic. Felckm 4. et 5. habent, Felckm. 2. habet *αὐτῶν*: editio autem Commel. *αὑτοῦ*, ut Scriptura. Felckm. 4. ibidem *περιεβάλλετο*.

b. Sic Seguer. et Regius. Felckm. 4. omittit *τῶν οὕτω μικρῶν*. Editi et alii *μέχρι τῶν οὕτω μικρῶν, μέχρι τριχὸς* etc. Ibidem Seguer. Reg. et Felckm. 4. *καὶ τοῦ χόρτου*. Ceteri et editi *καὶ χόρτου*.

c. Sic Seguerian. Basil. Reg. Anglican. Felckm. 4. et 5. At editi et alii *οἰκείου*. Ibidem Seguer *μεῖζον ἄτοπον τοῖς τοῦτο*. Editi *μεῖζον τὸ τοῖς ἀτόπημα τοῖς τοῦτο*.

d. Seguer Gobler. et Felckm. 1. *ἢ καὶ πάντα*. Paulo post Felckm. 5. *εἰ* post *ἢ* omittit. Ibidem Seguer. et Reg. *δι' υἱοῦ*. Felckm. 4. ibid. *γεννητά*.

crescunt; non laborant neque nent. Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem foenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; nonne multo magis vos modicae fidei? Si ergo non indignum Deo videtur res tantulas, ut capitis crinem, passerem agrique foenum, sua complecti providentia, certe nec ipsas creare indignum ei fuit. Quibus enim Deus providentia sua consulit, eorum per proprium Verbum est effector. Praeterea, qui haec audent dicere, turpiorem in errorem incidunt. Illi enim res creatas et creationem dividunt, ita ut hanc velint Patris opus esse, illas autem Filii esse opera; cum necesse sit vel omnia cum Filio a Patre fieri, vel si res omnes factae per Filium fiant, non affirmare, eum unam e rebus factis esse. P.493.

26. Insuper hoc etiam pacto redargui potest illorum inscitia. P.494.
Si ipsum quoque Verbum factae est naturae, qui fieri potest, ut cum ipsa Dei actionem sustinere non queat, solum Verbum ex omnibus a non-facta et purissima Dei natura fieri potuerit, uti vos asseveratis? Nam necesse est, si possit Verbum, res omnes similiter posse, aut si nulla possit, nec Verbum item posse, utpote quod secundum vos una sit e factis rebus. Rursus si, ideo quod facta natura non possit actionis ipsius Dei esse particeps, intermedii alicuius opus fuit; sane cum Verbum factum sit et creatum, ut possit creari, necessarius omnino fuerit aliquis item intermedius, quandoquidem ipsum quoque est ex numero factarum naturarum, quae actionis Dei participes esse non queunt, sed intermedio indigent aliquo. Quod si intermedius aliquis inter illum intermedium et Deum reperiatur, alio iterum intermedio propter istum opus erit, itaque quis progrediendo et mente indagando maximam confluentium intermediorum turbam offendet, ac proinde nulla res creata poterit existere et constitui, cum semper intermedio aliquo indigeat, unusque intermedius sine alio intermedio non possit fieri, ideo quia omnes factae sunt naturae, quae actionis solius Dei,

e. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *τῶν γενητῶν εἶναι*. Felckm. 4. *τῶν γεννητῶν εἶναι*. Alii et editi *τῶν ποιημάτων εἶναι*. Paulo post Seguer. et Felckm. 4. *αὐτῶν τὴν ἄνοιαν*. Editi et alii *αὐτῶν τὴν ἀνομίαν*.

f. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ταύτης*. Ceteri et editi *αὐτῆς*. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *μόνος. αὐτός*. Alii et editi *μόνος οὗτος*.

g. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *γίνεσθαι*. Ceteri et editi *γενέσθαι*. Mox Goblerian. et Felckm. 1. *ἀνάγκη γὰρ εἰ τούτου*. Ibidem iidem et Seguer. Anglic. Felckm. 4. et 5. *καὶ πᾶσαν δύνασθαι*. Alii et editi *καὶ πάντα δύνασθαι* Item ibid. mss. omnes *ἢ πάσης*. Editi *πλάσης*, perperam.

h. Felckm. 4. et 5. *γεννητῶν*. Ibidem *καί* abest a Gobler. Felckm. 1. et 4.

i. Seguer. *πάλιν τε*.

k. Seguer. et Felckm. 4. *ἐπεισρεόντων*.

l. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *πάντας εἶναι*. Alii et editi *πάντα εἶναι*. Ibidem Seguer Reg. Gobler. Felckm. 1. et 5. *τῆς γενητῆς φύσεως*. Ceteri et editi *τῆς γενητῆς τῆς φύσεως*.

R.494. τασχεῖν τῆς παρὰ μόνου τοῦ Θεοῦ ἐργασίας, ὡς ὑμεῖς λέγετε. πόσης τοίνυν ἀφροσύνης εἰσὶ πλήρεις, δι' ἣν καὶ τὰ ἤδη γενόμενα νομίζουσιν ἀδύνατον εἶναι γενέσθαι. ἢ τάχα οὐδὲ γεγενῆσθαι αὐτὰ φαντάζονται, ζητοῦντες ἔτι τὸν μεσίτην. κατὰ γὰρ τὴν οὕτως ἀσεβῆ καὶ μωρὰν διάνοιαν αὐτῶν οὐδ' ἂν ὑπέστη [a]τὰ ὄντα, μὴ εὑρισκομένου τοῦ μέσου.

27. Ἀλλ' ἐκεῖνο φάσκουσιν· ἰδοὺ δὲ καὶ διὰ Μωσέως ἐξήγαγε τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν νόμον [b]δέδωκε, καίτοι καὶ αὐτοῦ τυγχάνοντος ἀνθρώπου· ὥςτε δυνατὸν διὰ τοῦ ὁμοίου τὰ ὅμοια γίνεσθαι. τοῦτο δὲ λέγειν αὐτοὺς ἐγκαλυπτομένους ἔπρεπεν, ἵνα μὴ πολλὴν αἰσχύνην ἀπενέγκωνται. Μωσῆς γὰρ οὐ δημιουργεῖν ἐπέμπετο οὐδὲ [c]τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι καλέσαι καὶ πλάσαι τοὺς ὁμοίους ἀνθρώπους, ἀλλὰ διακονῆσαι μόνον ῥήματα πρὸς τὸν λαὸν καὶ πρὸς [d]τὸν βασιλέα Φαραώ. ἔχει δὲ τοῦτο πολλὴν τὴν διαφοράν, ὅτι τὸ μὲν διακονεῖν τῶν γενητῶν ὡς δούλων ἐστί, τὸ δημιουργεῖν δὲ καὶ κτίζειν μόνου τοῦ Θεοῦ ἐστι καὶ τοῦ ἰδίου αὐτοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας. διὰ τοῦτο γοῦν ἐπὶ μὲν
P.495. τοῦ δημιουργεῖν οὐκ ἄν τις ἄλλον εὕροι, [e]ἢ μόνον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· πάντα γὰρ ἐν σοφίᾳ γέγονε[1]), καὶ χωρὶς τοῦ λόγου ἐγένετο οὐδὲ ἕν[2]), πρὸς δὲ τὰς διακονίας οὐχ εἷς ἀλλ' ἐκ πάντων πολλοί εἰσιν, οὓς ἐὰν θέλῃ πέμπειν ὁ κύριος. πολλοὶ μὲν [f]γὰρ ἀρχάγγελοι, πολλοὶ δὲ θρόνοι καὶ ἐξουσίαι καὶ κυριότητες, χίλιαί τε χιλιάδες καὶ μύριαι μυριάδες[3]) παρεστήκασι [g]λειτουργούντων καὶ ἑτοίμων εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι, καὶ προφῆται μὲν πολλοί, καὶ ἀπόστολοι δὲ δέκα καὶ δύο καὶ [h]ὁ Παῦλος, καὶ Μωσῆς δὲ αὐτὸς οὐ μόνος ἀλλὰ καὶ Ἀαρὼν σὺν αὐτῷ, καὶ μετὰ ταῦτα ἄλλοι ἑβδομήκοντα πνεύματος ἐπληρώθησαν ἁγίου[4]), καὶ Μωσῆν διεδέξατο Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυή, κἀκεῖνον οἱ κριταί, κἀκείνους οὐχ εἷς ἀλλὰ πλεῖστοι βασιλεῖς. εἴπερ οὖν [i]καὶ κτίσμα ἦν καὶ τῶν γενητῶν ὁ υἱός, ἔδει καὶ πολλοὺς εἶναι τοιούτους υἱούς, ἵνα καὶ πολλοὺς τοιούτους διακόνους ἔχῃ ὁ Θεός, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πλῆθός ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἰδεῖν, ἀλλὰ τὰ μὲν κτίσματα πολλά, ὁ δὲ λόγος εἷς ἐστι, τίς οὐ συνορᾷ καὶ ἐκ [k]τούτων, ὅτι ὁ υἱὸς διέστηκε τῶν πάντων, καὶ οὐ πρὸς τὰ κτίσματα τὴν ἐξίσωσιν ἔχει, ἀλλὰ πρὸς τὸν πατέρα τὴν ἰδιότητα; ὅθεν οὐδὲ πολλοὶ λόγοι, ἀλλὰ

1) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 2) Ioan. 1, 3. 3) Daniel. 7, 10. 4) Num. 11, 25.

a. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. τὰ ὄντα. Editi et alii τὰ γενητά. Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. τοῦ μέσου. Editi et alii τοῦ μεσίτου. Mox Felckman. 4. ἰδοὺ δὲ καί.

b. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. δέδωκε. Ceteri et editi ἔδωκε.

c. Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. οὐδὲ τὰ μὴ ὄντα. Alii et editi οὐδὲ μὴ ὄντα. Mox καὶ πλάσαι deest in Seguer.

ut vos contenditis, particeps esse non potest. Quanta igitur illorum P. 494.
est dementia, ex qua res iam factas fieri non potuisse arbitrari illos necesse est. An vero necdum factas esse opinantur intermediumque aliquem adhuc quaerunt? Nam iuxta impiam hanc et stultam illorum sententiam minime existerent etiam ea, quae existunt, cum intermedius non reperiatur.

27. At vero quid obiiciant videamus. „Ecce, inquiunt, Deus per „Moysem populum deduxit ex Aegypto, per eundem legem dedit, tam„etsi homo ipse erat, ac proinde similia per simile possunt fieri.“ Utique maxime decuit haec eos latenter loqui, ne summo afficerentur pudore. Nec enim Moyses missus est ad creandum neque ut ea, quae non sunt, vocaret ut sint, neque ut homines similes formaret, sed tantum ut apud populum et apud regem Pharaonem sermonum esset administer; quae profecto multum inter se differunt. Nam ministrare rerum factarum est tanquam servorum, res vero producere et creare solius Dei est propriique eius Verbi et sapientiae. Hinc nemo alius in rebus creandis occurrit praeter solum Dei Verbum, *omnia* si- P. 495.
quidem *in sapientia facta sunt, et sine Verbo factum est nihil.* Quod autem ad eos, qui ministrant, spectat, non unus certe, sed ex omnibus plurimi sunt, quos nimirum Domino placuerit mittere. Etenim multi Archangeli, multi Throni et Potestates ac Dominationes, milliaque millium et decies millies dena millia ministrant ac praesto sunt ad missionem. Multi quoque sunt Prophetae, duodecim sunt item Apostoli et Paulus. Et vero ipse Moyses non solus, sed Aaron cum eo, ac deinde alii septuaginta sancto Spiritu repleti sunt; ac Moysi Iesus filius Nave successit, cui successere Iudices, Iudicibus vero non unus sed multi Reges. Si igitur creatus et factus esset Filius, multos quoque huiusmodi filios esse oporteret, ut multos pariter eius generis ministros haberet Deus, quemadmodum aliorum magna est multitudo. Quod si id verum non est, sed res quidem creatae multae sunt, unum autem est Verbum; quis non inde perspicit, Filium ab omnibus differre, nec res creatas illi esse aequales, sed eum proprium esse Patris? Unde non multa sunt Verba, sed solum unum unius Patris

d. Seguer. *πρὸς βασιλέα.*

e. Gobler. et Felckm. 1. *ἢ μὴ μόνον.*

f. Sic Seguer. Reg. Basil. Gobl. Felckm. 1. et 4. Alii et editi *γάρ* omittunt. Ibid. Felckm. 4. *ἄγγελοι.*

g. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi *λειτουργῶν καὶ ἑτοίμων εἰς τὸ ἐξαποστέλλεσθαι.*

h. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1 et 4. At alii et editi *καὶ Παῦλος.* Ibidem Gobl. et Felckm. 1. *αὐτὸς καὶ Ἀαρών.*

i. Seguer. *καὶ κτίσμα* et mox *ἔδει καὶ πολλούς.* In aliis et editis *καί* utrobique deest.

k. Seguer. *ἐκ τούτου.*

P. 495. *μόνος εἷς τοῦ ἑνὸς πατρὸς λόγος καὶ μία [a]τοῦ ἑνὸς θεοῦ εἰκών ἐστιν. ἀλλ' ἰδού, φασί, καὶ ἥλιος μόνος εἷς καὶ ἡ γῆ μία. ἄφρονες εἰπάτωσαν ὅτι καὶ ὕδωρ ἓν καὶ πῦρ ἕν, ἵνα ἀκούσωσιν ὅτι τῶν [b]γενομένων ἕκαστον ἓν μέν ἐστι κατὰ τὴν ἰδίαν οὐσίαν, πρὸς δὲ τὴν ἐγχειριζομένην διακονίαν καὶ λειτουργίαν οὐκ ἔστιν ἕκαστον ἱκανὸν καὶ μόνον [c]αὔταρκες. εἶπε γὰρ ὁ θεός· γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ εἰς φαῦσιν τῆς γῆς καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτός· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς. εἶτά φησι· καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, καὶ τοὺς ἀστέρας· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥςτε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός[1]).*

28. *[d]Ἰδοὺ πολλοὶ φωστῆρες, καὶ οὐ μόνος ὁ ἥλιος οὐδὲ σελήνη μόνη, ἀλλ' ἕκαστον μὲν ἕν ἐστι κατ' οὐσίαν, μία δὲ καὶ κοινὴ πάντων ἐστὶν ἡ λειτουργία, καὶ [e]τὸ ἑκάστου λεῖπον παρὰ τοῦ ἑτέρου πληροῦται, καὶ τοῦ φωτίζειν ἡ χρεία παρὰ πάντων γίνεται. ἥλιος γοῦν [f]τοῦ μεθ' ἡμέραν μόνου διαστήματος φαίνειν ἔχει τὴν ἐξουσίαν καὶ ἡ σελήνη τὴν νύκτα, οἱ δὲ ἀστέρες μετὰ τούτων τοὺς καιροὺς καὶ ἐνιαυτοὺς ἐκτελοῦσι, καὶ ἕκαστος εἰς σημεῖα γίνεται [g]πρὸς τὴν ἀπαιτοῦσαν χρείαν. οὕτω καὶ ἡ γῆ οὐκ εἰς πάντα, ἀλλ'*
P. 496. *εἰς μόνους τοὺς καρποὺς καὶ βάσιν εἶναι τῶν ἐν αὐτῇ ζώων, τό,τε στερέωμα διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, καὶ ἡ θέσις τῶν φωστήρων ἐν αὐτῷ ἐστιν· [h]οὕτω καὶ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ μετὰ τῶν ἄλλων πάντων γέγονε εἰς τὴν τῶν σωμάτων σύστασιν, καὶ ὅλως οὐδὲ ἓν μόνον, ἀλλ' ἕκαστον τῶν γενομένων, ὥςπερ ἀλλήλων ὄντα μέλη, ἓν καθάπερ σῶμα τὸν κόσμον ἀποτελοῦσιν. εἰ τοίνυν οὕτω καὶ τὸν υἱὸν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι, βαλλέσθωσαν παρὰ πάντων, μέρος νομίζοντες εἶναι τῶν πάντων τὸν λόγον, καὶ μέρος οὐχ ἱκανὸν ἄνευ τῶν ἄλλων πρὸς τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ λειτουργίαν. εἰ δὲ τοῦτο ἐκ φανεροῦ δυςσεβές ἐστιν, ἐπιγνώτωσαν ὅτι μὴ τῶν γενητῶν ἐστιν ὁ λόγος, [i]ἀλλὰ τοῦ μὲν πατρὸς μόνος*

1) Genes. 1, 14. 16—18.

a. Segner. *τοῦ ἑνὸς θεοῦ.* Editi et alii omittunt *ἑνός.* Seguer. ibidem *καὶ ἥλιος μόνος εἷς ἐστι, καὶ γῆ μία.* Editi *καὶ ὁ ἥλιος εἷς, ἡ γῆ μία.*

b. Felckm. 1. et Gobler. *γινομένων.*

c. Sic Seguerian. Reg. Basil. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi *αὐτάρκως.* Ibidem Seguer. Felckm. 4. *καὶ εἶπε γάρ* etc.

d. Sic Seguerian. Reg. Basil. Gobler. et Felckman. 1. et 5. Ceteri vero et editi *ἰδοὺ πάλιν φωστῆρες.* Ibid. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 5. *μόνος ὁ ἥλιος, οὐδὲ σελήνη μόνη· ἀλλ' ἕκαστον μὲν ἕν ἐστι.* Editi et alii *μόνος ἥλιος, οὐδὲ σελήνη, ἀλλ' ἕκαστον μέν ἐστι.*

e. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *τὸ ἑκάστου λεῖπον.* Editi *τὰ ἑκάστῳ λείποντα.*

Verbum unaque unius Dei imago est. Atqui, inquiunt, etiam sol unus P.495. est et terra una. Addant insani unam aquam unumque ignem esse, ut deinde audiant, quamlibet quidem rerum factarum unam esse secundum propriam naturam, sed singulas non solas sufficere ad officium et munus commissum. Hinc enim dixit Deus: *Fiant luminaria in firmamento caeli ad illuminandam terram et ad separandum diem a nocte, et sint in signa et in tempora et in dies et in annos.* Deinde sequitur: *Et fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius ut praeesset diei, et luminare minus ut praeesset nocti, et stellas, et posuit eas in firmamento caeli, ut lucerent super terram et praeessent diei ac nocti.*

28. En multa luminaria, nec solus sol vel sola luna, sed unumquodque est quidem natura unum, unum tamen et commune omnium est officium, atque id, quod uni deest, ab alio suppletur, cunctisque sua est illuminandi utilitas et necessitas. Sol enim per solum diem apparendi habet potestatem, luna vero per noctem, ac stellae cum illis tempora et annos efficiunt, singulaeque in signa ad usus vitae necessarios fiunt. Sic etiam terra non ad omnia apta est, sed ad solos fructus proferendos, et ad sustentanda animalia, a quibus incolitur. P.496. Firmamentum vero aquas ab aquis dividit, in eoque collocata sunt luminaria. Ita similiter et ignis et aqua cum omnibus aliis facti sunt ad constituenda corpora. Uno verbo nihil solum est, sed singulae res factae veluti totidem membra mundum tanquam unum corpus perficiunt. Si ergo similia de Filio suspicantur, digni sunt qui ab omnibus lapidentur, quippe qui putent, Verbum partem esse universitatis, partem inquam, quae ad commissum sibi munus obeundum sine aliis non sit idonea. Quod cum aperte impium sit, agnoscant igitur, Verbum inter res factas non habere locum, sed solum proprium Patris Verbum esse et rerum factarum opificem. At reponunt, creatum quidem eum

f. Sic mss. omnes praeter Felckm. 2. qui ut et editi habet mendose *οὐ μεθ' ἡμέραν*. Paulo post Segner. Gobler. et Felckm 1. *οἵ τε ἀστέρες* Felckm. 4. *οὕτω ἀστέρες*. Editi et alii *οἱ δὲ ἀστέρες*.

g. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 5. At editi et alii *γίνεται, καὶ πρὸς τήν*. paulo post Segner. Reg. Gobler. et Felckm. 1. et 5. *εἰς μόνους τοὺς καρπούς, καὶ βάσιν*. Alii et editi *εἰς μόνους καρποὺς καὶ βλάστην*. Ibid. Seguer. Reg. Basil. et Felckm. 4. *τῶν ἐν αὐτῇ*. Felckm. 5. *τῶν ἐν αὐτοῖς*. Editi et alii *τῶν ἐν αὐτῷ*.

h. Sic Segner. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. Alii autem et editi *ἐστιν· καὶ οὕτω*.

i. Sic Segner. Gobler. Felckm. 1. et 4. Alii vero et editio Commel. *ὁ λόγος, τῶν δὲ γενητῶν δημιουργός*. Ibid. Felckm. 4. statim subdit *ὡς δὲ παρὰ διδασκάλου* omissis intermediis.

P.496. ἴδιος λόγος, τῶν δὲ γενητῶν δημιουργός. ἀλλ' εἰρήκασι· κτίσμα μέν ἐστι καὶ τῶν γενητῶν, ὡς δὲ παρὰ διδασκάλου καὶ τεχνίτου μεμάθηκε τὸ δημιουργεῖν, καὶ οὕτως ὑπηρέτησε τῷ διδάξαντι θεῷ. ταῦτα γὰρ καὶ Ἀστέριος ὁ σοφιστής, ὡς μαθὼν ἀρνεῖσθαι τὸν κύριον, γράψαι τετόλμηκεν, οὐ συνορῶν τὴν ἐκ τούτων ἀλογίαν. εἰ γὰρ διδακτόν ἐστι τὸ δημιουργεῖν, σκοπείτωσαν μὴ καὶ αὐτὸν τὸν θεὸν εἴπωσι μὴ φύσει ἀλλ' ἐπιστήμῃ δημιουργὸν εἶναι, ὥςτε καὶ δυνατὸν μεταπίπτειν ἀπ' αὐτοῦ. ἔπειτα εἰ ἡ σοφία τοῦ θεοῦ ἐκ διδασκαλίας ἐκτήσατο τὸ δημιουργεῖν, πῶς ἔτι σοφία ἐστί, δεομένη μαθημάτων; τί δὲ ἦν καὶ πρὸ τοῦ μαθεῖν; σοφία γὰρ οὐκ ἦν λειπομένη διδασκαλίας. κενὸν [a] ἄρα τι πρᾶγμα ἦν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐσιώδης σοφία, ἀλλ' ἐκ προκοπῆς ἔσχε τὸ ὄνομα τῆς σοφίας, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἔσται σοφία, ἕως ἂν ὃ μεμάθηκε [b] φυλάττῃ. ὃ γὰρ μὴ φύσει τινὶ ἀλλ' ἐκ μαθήσεως προςγέγονε, δυνατόν ἐστι καὶ ἀπομαθεῖν ποτε. τοιαῦτα δὲ λέγειν περὶ τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, οὐ Χριστιανῶν ἀλλὰ Ἑλλήνων ἐστί.

29. Καὶ γὰρ εἰ ἐκ διδασκαλίας τὸ δημιουργεῖν [c] τινι προςγίνεται, φθόνον καὶ ἀσθένειαν περὶ τὸν θεὸν εἰςάγουσιν οἱ ἄφρονες, φθόνον μέν, ὅτι μὴ πολλοὺς [d] δημιουργεῖν ἐδίδαξεν, ἵν' ὥςπερ πολλοὶ ἀρχάγγελοι καὶ ἄγγελοι, οὕτω καὶ πολλοὶ δημιουργοὶ περὶ αὐτὸν ὦσιν, ἀσθένειαν δέ, ὅτι μὴ μόνος ἠδυνήθη ποιῆσαι, συνεργοῦ δὲ ἢ ὑπουργοῦ χρείαν ἔσχε, καί τοι δειχθείσης καὶ τῆς γενητῆς φύσεως δυνατῆς οὔσης [e] γίνεσθαι παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ, εἴγε κατ' αὐτοὺς ὁ υἱὸς γενητὸς ὢν ἠδυνήθη παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ γενέσθαι. ἀλλ' οὐδενός ἐστιν ἐνδεὴς ὁ θεός, μὴ γένοιτο, αὐτὸς γὰρ εἶπε· πλήρης εἰμί[1]), οὐδὲ ἐκ διδασκαλίας γέγονε δημιουργὸς ὁ λόγος,
P.497. ἀλλ' εἰκὼν καὶ σοφία ὢν τοῦ πατρὸς τὰ τοῦ πατρὸς ἐργάζεται, οὐδὲ τῆς τῶν γενητῶν ἕνεκεν ἐργασίας τὸν υἱὸν [f] πεποίηκεν, ἰδοὺ γὰρ καὶ τοῦ υἱοῦ ὄντος φαίνεται πάλιν ἐργαζόμενος ὁ πατήρ, ὡς αὐτὸς ὁ κύριός φησιν· ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι[2]). εἰ δὲ καθ' ὑμᾶς διὰ τοῦτο γέγονεν [g] ὁ υἱός, ἵνα τὰ μετ' αὐτὸν ἐργάσηται, φαίνεται δὲ ὁ πατὴρ καὶ μετὰ τὸν υἱὸν ἐργαζόμενος· περιττὴ καθ' ὑμᾶς καὶ κατὰ τοῦτο [f] τοῦ τοιούτου [h] υἱοῦ ποίησις. ἄλλως τε διατί ὅλως θέλων ἡμᾶς κτίσαι ζητεῖ τὸν μεσίτην, ὡς οὐκ ἀρκουμένου τοῦ βουλήματος αὐτοῦ συστῆσαι περὶ ὧν [i] ἂν αὐτῷ δοκῇ; καὶ μὴν αἱ γραφαὶ λέγουσι·

1) Esa. 1, 11. 2) Ioan. 5, 17.

a. Anglic. κενὸν ἄρτι πρᾶγμα.
b. Seguer. Anglic. Felckm. 5. διαφυλάττῃ.
c. Sic mss. praeter Felckm. 2. qui ut et edit. Commel. omittit τινι. Mox Seguer. φθόνον ἢ καὶ ἀσθένειαν.
d. Sic Regius et Felckm. 4. At alii et editi δημιουργούς. Ibidem Seguer. Angl.

esse et unam e factis rebus, sed artem creandi tanquam a magistro P.496. et artifice didicisse, atque ita ipsi Deo, quem magistrum habuit, ministrasse. Haec enim Asterius Sophista, utpote Christum doctus negare, ausus est scribere, minime ad ea quae inde sequuntur absurda attendens. Nam si ars creandi potest doceri, videant ne ipsum etiam Deum non natura sed arte opificem esse dicant, ita ut ea facultate privari possit. Deinde, si Dei Sapientia facultatem creandi discendo comparavit, quomodo sapientia appellari potest, quae doctrina indigeat? Quid vero ipsa erat antequam disceret? Nec enim sapientia erat, quae doctrina opus habuit. Inanis nempe et vacua res aliqua fuit, non autem substantialis sapientia, sed sapientiae nomen proficiendo obtinuit, quae tamdiu futura est sapientia, quamdiu quod didicit conservatura est. Nam quod aliquis non naturà sed studio consecutus est, id aliquando potest dediscere. Haec autem de Dei Verbo dicere, non profecto Christianorum sed Gentilium est.

29. Etenim si facultas creandi doctrina comparari queat, invidiam vel etiam imbecillitatem stulte in Deum inducunt, invidiam quidem, quia non multos docuerit creandi artem, ut quemadmodum multi circa illum sunt Archangeli et Angeli, ita et multi essent creatores, imbecillitatem vero, quia non solus res potuerit facere, sed adiutore et administro opus habuerit; quamquam factam naturam a solo Deo fieri posse ostensum iam est, quandoquidem Filius, qui ut putant est factus, a solo Deo potuit fieri. Verum nulla re certe opus habet Deus; absit. Ipse enim dixit: *Plenus sum.* Nec item Verbum discendo factus est creator, sed cum sit imago et sapientia Patris, ea quae sunt Patris P.497. efficit. Nec etiam Filium creavit rerum factarum efficiendarum causa; namque quamvis existat Filius, Pater nihilominus agit, ut ipse Dominus his verbis docet: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Quod si, ut putatis, idcirco Filius factus est, ut ea, quae post illum existunt, produceret, et ipse tamen Pater post editum Filium operatur, supervacua sane est huiusmodi Filii procreatio. Praeterea cur quaeso, cum nos creare vellet, intermedium aliquém quaesivit administrum, quasi scilicet non sufficeret eius voluntas ad ea efficienda, quae ipse voluerit? Clamant quippe Scripturae: *Omnia quaecumque voluit fecit,*

Gobler. Felckm. 1. et 4. *πολλοὶ ἀρχάγγελοι καὶ ἄγγελοι.* Alii et editio Comm. *πολλοὶ ἄγγελοι.*

e. Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. *γίνεσθαι.* Ceteri et editi *γενέσθαι.* Paulo post Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *αὐτὸς γὰρ εἶπε.* Alii et editi *αὐτὸς εἶπε.*

f. Seguer. et Felckm. 1. *ἐποίησεν.*

g. Seguer. *γέγονεν υἱός.*

h. *υἱοῦ* abest ab Anglic. Mox Felckm. 4. et Seguer. *θέλων ἡμᾶς κτίσαι.* Alii et editi *θέλων κτίσαι*

i. Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. *ἂν αὐτῷ.* Editi et alii *ἐὰν αὐτῷ.* Paulo post Seguer. *ἐποίησε· καὶ τῷ γὰρ βουλήματι.* Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἐποίησε·*

P. 407. πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε[1]), καί· τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκεν[2]); εἰ δὲ καὶ τὸ βούλημα μόνον ἱκανόν ἐστιν αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν πάντων δημιουργίαν, περιττὴ πάλιν καθ' ὑμᾶς ἡ τοῦ μεσίτου χρεία. καὶ γὰρ [a]καὶ τὸ παράδειγμα τὸ περὶ τοῦ Μωσέως καὶ τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης ὑμῶν δέδεικται σαθρόν, κᾀκεῖνο δὲ πάλιν ὑμᾶς ἐντρέψει. εἰ θέλων ὁ θεὸς τὴν [b]γενητὴν κτίσαι φύσιν, περὶ δὲ ταύτης βουλευσάμενος ἐπινοεῖ καὶ κτίζει τὸν υἱὸν καθ' ὑμᾶς, ἵνα δι' αὐτοῦ ἡμᾶς δημιουργήσῃ, σκοπεῖτε πόσην ἀσέβειαν φθέγγεσθαι τετολμήκατε.

30. Πρῶτον μέν, ὅτι φαίνεται μᾶλλον αὐτὸς ὁ υἱὸς δι' ἡμᾶς γεγονώς, καὶ οὐχ ἡμεῖς [c]δι' αὐτόν· οὐ γὰρ δι' αὐτὸν ἐκτίσθημεν, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἡμᾶς πεποίηται· ὥςτε χάριν αὐτὸν ἡμῖν μᾶλλον ἔχειν, καὶ μὴ ἡμᾶς αὐτῷ, [d]καθάπερ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί, οὐ γὰρ ἐκτίσθη, φησὶν ἡ γραφή, ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα[3]). ἄρ' οὖν ὥςπερ ὁ μὲν ἀνὴρ εἰκὼν καὶ δόξα θεοῦ ὑπάρχει, ἡ δὲ γυνὴ δόξα ἀνδρός ἐστιν[4]), οὕτως ἡμεῖς μὲν τοῦ θεοῦ εἰκὼν καὶ εἰς δόξαν αὐτοῦ γεγόναμεν, ὁ δὲ υἱὸς ἡμῶν ἐστιν εἰκὼν καὶ εἰς ἡμῶν δόξαν ὑπέστη. καὶ ἡμεῖς μὲν εἰς τὸ εἶναι γεγόναμεν, ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος καθ' ὑμᾶς οὐκ εἰς τὸ εἶναι, ἀλλ' εἰς τὴν ἡμῶν χρείαν ὡς ὄργανον πεποίηται· ὥςτε μὴ ἡμᾶς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν ἐκ τῆς ἡμῶν χρείας [e]συνίστασθαι. καὶ πῶς οὐ πᾶσαν ἄνοιαν ὑπερβάλλουσιν οἱ ταῦτα καὶ μόνον ἐνθυμούμενοι; καὶ γὰρ εἰ δι' ἡμᾶς γέγονεν ὁ λόγος, οὐκ ἔστιν οὐδὲ πρῶτος ἡμῶν παρὰ τῷ θεῷ. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνον ἔχων ἐν ἑαυτῷ [f]περὶ ἡμῶν βουλεύεται, ἀλλ' ἡμᾶς ἔχων ἐν ἑαυτῷ βουλεύεται, ὥς ἐκεῖνοί φασι, περὶ τοῦ ἑαυτοῦ λόγου. εἰ
P. 408. δὲ τοῦτό ἐστι, τάχα [g]οὐδὲ ὅλως ἤθελε τὸν υἱὸν ὁ πατήρ, οὐ γὰρ θέλων αὐτὸν ἔκτισεν, ἀλλ' ἡμᾶς θέλων δι' ἡμᾶς αὐτὸν ἐδημιούργησε, μεθ' ἡμᾶς γὰρ αὐτὸν ἐπενόησεν· ὥςτε κατὰ τοὺς ἀσεβοῦντας περιττὸν εἶναι λοιπὸν τὸν υἱὸν τὸν γενόμενον ὡς ὄργανον, γενομένων ὧν ἕνεκα καὶ ἐκτίσθη. εἰ δὲ [h]ὡς δυνατὸς ὁ υἱὸς μόνος παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ γέγονεν, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδύνατοι παρὰ τοῦ

1) Psal. 115, 3 [113, 11. LXX. 113 II, 3. Vulg.]. 2) Rom. 9, 19. 3) 1. Cor. 11, 9. 4) 1. Cor. 11, 7.

τῷ γὰρ βουλήματι. Alii et editio Commel. ἐποίησε· καί, τῷ βουλήματι Ibidem Gobler. et Felckm. 1. ἰδοὺ καὶ τῷ βουλήματι αὐτοῦ ἱκανόν ἐστι μόνον. Ibid. Basil. ἱκανόν ἐστιν αὐτῷ.

a. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. καὶ γὰρ τὸ παράδειγμα τὸ περὶ Μωσέως. Ibid. Seguer. Reg. Basil. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. ἡλίου καὶ σελήνης ὑμῶν δέδεικται. Editio Commelin. ἡλίου καὶ πάνυ παρ' ἡμῶν. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. κᾀκεῖνο δέ. In aliis et editis deest δέ

b. Reg. et Basil. τὴν γενετήν. Ibidem Seguerian. et Felckm. 4. περί τε ταύτης. Alii et editi περὶ δὲ ταύτης.

c. Sic Seguer. et Reg. Gobler. Felckm. 4. et 5. δι' αὐτόν· οὐ γὰρ ἡμεῖς δι' αὐτὸν ἐκτίσθημεν. Ceteri et editi καὶ οὐχ ἡμεῖς δι' αὐτὸν ἐκτίσθημεν omissis in-

et: *voluntati enim eius quis resistit?* Si porro sola eius voluntas sufficit ad res omnes producendas, inutilis secundum vos erit intermedii illius adiutoris opera. Illa enim Moysis, solis et lunae exempla quae adduxistis, futilia esse probatum est. Verumtamen sic etiam vos possumus refellere. Si factam naturam volens Deus creare deque ipsa facienda deliberans Filium secundum vos excogitat et creat, ut nos per ipsum postea producat, quantam proferre audetis impietatem animadvertite. P. 497.

30. Primo enim inde sequitur, ut ipse Filius nostri potius causa factus fuerit, quam nos propter ipsum. Nec enim nos propter eum creati sumus, sed ipse propter nos factus est, ita ut ille nobis potius habeat gratiam, quam nos illi, ut et mulier viro. *Etenim*, ut ait Scriptura, *non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.* Igitur quemadmodum *vir imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri est*; ita nos Dei imago et ad ejus gloriam facti sumus, Filius autem nostri imago et ad nostram gloriam factus dicendus erit. Deinde nos quidem facti sumus, ut existeremus, at Dei Verbum non ut existeret, sed nostri gratia instar instrumenti factum est, proindeque non nos propter illud, sed ipsum propter nos existit. An non vero qui haec vel tantum cogitant, omnium dementissimi sunt habendi? Nam si propter nos factum est Verbum, nobis certe prius non est apud Deum. Neque enim cum illud in se ipse haberet, de nobis creandis deliberavit Deus, sed potius cum nos in se ipse haberet, de suo Verbo, ut illi dictitant, producendo deliberavit. Quod si verum est, forte nec omnino Pater Filium voluit. Nam non ipsum P. 498.
volens creavit, sed nos volens ipsum propter nos creavit. Siquidem eum post nos excogitavit, adeo ut jam ex impia illorum sententia inutilis sit Filius, quem instar instrumenti factum esse volunt, quandoquidem ea sunt effecta, quorum causa creatus ipse est. Quod si Filius a solo Patre factus est, quia solus potuit ab illo fieri, nos

termediis. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *χάριν αὐτὸν ἡμῶν*. Alii et editi *χάριν αὐτὸν ἡμῖν*. Ibid. Seguer. Reg. Basil. Anglic. Felckm. 4. et 5. *μὴ ἡμᾶς αὐτῷ*. Editi *μὴ ἡμεῖς αὐτῷ*.

d. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *καθάπερ*. Editi et alii *ὥςπερ*. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἡ γραφή*; *ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνή* etc. Editi et alii *ἡ γραφή, ὁ ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλ' ἡ γυνή*. Ibidem Seguer. Basil. Anglic. Gobl. et Felckm. 1. *ἀρ' οὖν*. Ceteri et editi *ἆρ' οὖν*.

e. Felckm. 4. *παρίστασθαι*. Paulo post Seguer. *κἂν μόνον*. Alii et editi *καὶ μόνον*. Ibidem Anglic. *καὶ εἰ δι' ἡμᾶς*.

f. Basil. et Felckm. 2. omittunt *περὶ ἡμῶν*. Ibid. Segner. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἀλλ' ἡμᾶς βουλεύεται*.

g. Reg. *οὐδ' ἤθελε*.

h. Seguer. *εἰ δὲ καὶ ὡς*. Mox idem et Reg. Goblerian. et Felckm. 1. *ἡμεῖς δέ*. Alii et editio Commel. *ὑμεῖς δέ*. Anglic. et Felckm. 2. ibid. *δυνατοί*. Reg. et Felckm. 5. *δυνατοῦ*. Ibid. Segn. *παρὰ τοῦ λόγου*. Alii et editi *διὰ τοῦ λόγου*.

P. 498. λόγου γεγόναμεν, διατί μὴ καὶ πρῶτον ὡς δυνατοῦ ὄντος [a]αὐτοῦ περὶ αὐτοῦ βουλεύεται, ἀλλὰ περὶ ἡμῶν; ἢ διατί τὸν δυνατὸν οὐ προκρίνει τῶν ἀσθενῶν; ἢ διατί πρῶτον αὐτὸν ποιῶν οὐχὶ καὶ [b]περὶ τοῦ πρώτου αὐτοῦ βουλεύεται; ἢ διατί περὶ ἡμῶν πρῶτον βουλευόμενος οὐ πρώτους ἡμᾶς ἐργάζεται, ἱκανοῦ ὄντος τοῦ βουλήματος αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν [c]πάντων σύστασιν, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν πρῶτον κτίζει, περὶ δὲ ἡμῶν πρῶτον βουλεύεται, καὶ πρώτους ἡμᾶς θέλει τοῦ μεσίτου, καὶ ἡμᾶς μὲν θέλων κτίσαι καὶ περὶ ἡμῶν βουλευόμενος κτίσματα καλεῖ, ἐκεῖνον δέ, ὃν δι' ἡμᾶς δημιουργεῖ, υἱὸν καλεῖ καὶ ἴδιον [d]κληρονόμον; ἔδει δὲ ἡμᾶς, ὧν ἕνεκα καὶ τοῦτον ποιεῖ, υἱοὺς μᾶλλον καλεῖσθαι, ἢ δηλονότι τοῦτον υἱὸν ὄντα τοῦτον καὶ προενθυμεῖσθαι καὶ θέλειν, δι' ὃν καὶ πάντας ἡμᾶς ποιεῖ. ταῦτα μὲν οὖν [e]τῶν αἱρετικῶν ἔμετοι καὶ ναυτίαι.

31. Οὐ μὲν τό γε τῆς ἀληθείας φρόνημα δεῖ σιωπᾶν, ἀλλὰ μάλιστα τοῦτο καὶ μεγαληγορεῖν πρέπει. ὁ τοῦ θεοῦ γὰρ λόγος οὐ δι' ἡμᾶς γέγονεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἡμεῖς δι' αὐτὸν γεγόναμεν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα[1]), οὐδὲ διὰ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν [f]οὗτος ὢν δυνατὸς ὑπὸ μόνου τοῦ πατρὸς γέγονεν, ἵν' ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου δημιουργήσῃ· μὴ γένοιτο, οὐκ ἔστιν οὕτως. [g]καὶ γὰρ καὶ εἰ δόξαν ἦν τῷ θεῷ μὴ ποιῆσαι τὰ γενητά, ἀλλ' ἦν οὐδὲν ἧττον ὁ λόγος πρὸς τὸν θεὸν καὶ ἐν αὐτῷ ἦν ὁ πατήρ. τὰ μέντοι γενητὰ ἀδύνατον ἦν χωρὶς τοῦ λόγου γενέσθαι· οὕτω γὰρ καὶ γέγονε δι' αὐτοῦ, καὶ εἰκότως. ἐπειδὴ γὰρ λόγος ἐστὶν ἴδιος φύσει τῆς οὐσίας τοῦ [h]θεοῦ ὁ υἱός, ἐξ αὐτοῦ τέ ἐστι καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν, ὡς εἶπεν αὐτός[2]), οὐκ ἠδύνατο μὴ δι' αὐτοῦ γενέσθαι τὰ δημιουργήματα. καθάπερ γὰρ τὸ φῶς τῷ ἀπαυγάσματι [i]τὰ πάντα φωτί-

P. 499. ζει, καὶ ἄνευ τοῦ ἀπαυγάσματος οὐκ ἄν τι φωτισθείη, οὕτω καὶ ὁ πατὴρ ὡς διὰ χειρὸς ἐν τῷ λόγῳ εἰργάσατο [k]τὰ πάντα, καὶ χωρὶς αὐτοῦ οὐδὲν ποιεῖ. εἶπε γοῦν ὁ θεός, ὡς καὶ Μωσῆς ἐμνή-

1) Coloss. 1, 16. 2) Ioan. 10, 38.

a. Sic Seguer. Reg. Basil. Anglic. et Felckm. 4. At editi et alii δυνατοῦ ὄντος περὶ αὐτοῦ.

b. Felckm. 4. ὡς περί. Ibidem Seguer. Gobler. et Felckm. 1. περὶ πρώτου βουλεύεται. Reg. Basil. Felckm. 4. et 5. περὶ πρώτου αὐτοῦ βουλεύεται. Alii et editi περὶ τοῦ πρώτου αὐτοῦ βουλεύεται. Mox Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5 βουλευόμενος. Alii et editi βουλευσάμενος.

c. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. τῶν πάντων. Alii et editi τῶν ὄντων.

d. Seguer. Angl. Gobler. Felckm. 1. et 4. ἴδιον κληρονόμον. Alii et editio Comm. ἴδιον καὶ κληρονόμον. Paulo post Seguer. Anglic. Felckm. 1. et Gobler. δηλονότι. Ceteri et editi δῆλον ὅτι. Ibidem Seguer. Gobler. et Felckm. 1. et 4. τοῦτον προενθυμεῖσθαι. Editi et alii τοῦτον καὶ προενθυμεῖσθαι.

e. Sic Seguer. Reg. Basil. Anglic. Gobl. Felckm. 1. et 4. At τῶν in aliis et editis

autem, quia non potuerimus, a Verbo facti fuimus; cur non de illo, P.498. quippe qui ab ipso posset fieri, sed de nobis creandis primum deliberavit? Vel cur eum, qui ab ipso fieri poterat, his, qui non poterant, non anteposuit? Vel quare cum primum eum fecerit, de illo non primum deliberavit? Aut denique cur cum de nobis primum deliberarit, non tamen primum nos fecit, cum ad res omnes procreandas satis sit eum velle? Equidem primum illum creare dicitur Deus, sed tamen de nobis primum deliberat, nosque prius vult quam ipsum intermedium; ac nos quidem creare volens et de nobis deliberans res creatas vocat, illum vero, quem nostri causa creat, Filium atque haeredem nominat. Atqui nos potius, quorum gratia illum facit, filios oportuit appellari, vel certe illum, qui Filius est, prius debuit cogitare et velle, propter quem scilicet etiam nos omnes facit. Haec sunt, quae evomunt et effutientes nauseant haeretici.

31. Non est autem silentio praetermittendum, quae sit veritatis sententia, sed ea potius ample declaranda est. Igitur Verbum Dei propter nos non est factum, sed potius nos propter ipsum facti sumus, atque *omnia in ipso creata sunt.* Neque vero quia nos ab ipso Deo fieri non possemus, ille autem posset, idcirco a solo Patre est factus, ut nos per ipsum tanquam per organum crearet; absit, non ita se res habet. Nam etiamsi Deo placuisset nullas res factas producere, Verbum nihilominus esset apud Patrem, atque in ipso esset Pater. At vero res factae non poterant sine verbo fieri; quae causa est cur per ipsum factae fuerint, et merito quidem. Quia enim Verbum naturâ est proprius substantiae Dei Filius, estque ex eo et in eo, uti ipse dixit; liquet sane res creatas non potuisse non per ipsum fieri. Ut enim lux omnia splendore illuminat, nihilque sine splendore potest illuminari, ita et Pater veluti per manum omnia in P.499. Verbo effecit, nihilque sine illo facit. Itaque Deus, ut narrat Moyses,

deest. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4 *ναῦσαι*. Anglic. *ναυσίαι*. Editi et alii *ναυτίαι*. Paulo post Felckm. 5. *ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τοῦτο μεγαληγορεῖν*. Ibidem Felckm. 4. *ὁ τοῦ θεοῦ λόγος*.

f. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Alii vero et editio Commel. *οὗτος ὡς δυνατός*.

g. Sic Segner. At Gobler. Felckm 1 et 4. *καὶ γὰρ καὶ δόξα ἦν*. Felckm. 5. *καὶ γὰρ ἡ δόξα ἦν*. Alii et editi *καὶ γὰρ εἰ δόξα ἦν*.

h. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *θεοῦ ὁ υἱός*. Editi et alii *θεοῦ υἱός*. Mox Segner. et Felckm. 4. *καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ*. Ceteri et editi *καὶ ἐν αὐτῷ*. Ibidem Gobl. Felckm. 1. et Anglican. *οὐκ ἠδύνατο δι᾽ αὐτοῦ γενέσθαι*.

i. Seguer. Felckm. 5. *τὰ πάντα*. Gobl. et Felckm. 1. *πάντα*. Editi et alii *πάντας*. Ibidem Segner. Reg. et editio Commel. *ἄνευ τοῦ ἀπαυγάσματος*. Alii *ἄνευ ἀπαυγάσματος*. Item ibidem Seguer. et Felckm. 4. *οὐκ ἄν τι φωτισθείη*. Basil. Anglic. Felckm. 5. et Reg. *οὐδεὶς ἄν τις φωτισθείη*. Editi et alii *οὐδεὶς ἂν φωτισθείη*.

k. Segnerian. et Felckm. 4. *τὰ πάντα*. In aliis et editis *τά* deest. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *εἶπεν οὖν*. Alii et editi *εἶπε γοῦν*. Ibid. Gobler. Felckm. 1. et 5. *ὡς Μωσῆς*.

P. 499. μόνευσε· γενηθήτω φῶς καὶ συναχθήτω τὸ ὕδωρ, καὶ ἐξαγαγέτω ἡ γῆ καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον[1]), [a] ὡς καὶ ὁ ἅγιος ψάλλει Δαβίδ· αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν[2]). εἶπε δὲ οὐχ ἵνα ὡς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπουργός τις ἀκούσῃ, καὶ μαθὼν τὸ βούλημα τοῦ λέγοντος [b] ἀπελθὼν ἐργάσηται· τοῦτο γὰρ τῶν μὲν κτισμάτων ἴδιον, ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου [c] τοῦτο νοεῖν ἢ λέγειν ἀπρεπές. ἔστι γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ δημιουργὸς καὶ ποιητικός, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς βουλή[3]). διὰ τοῦτο γοῦν οὐκ εἶπεν ἡ θεία γραφή, ὅτι ἤκουσε καὶ ἀπεκρίνατο ὁ ἀκούων, πῶς ἢ [d] ποῖα βούλεται τὰ γινόμενα γενέσθαι, ἀλλὰ μόνον· εἶπεν ὁ θεὸς γενηθήτω, καὶ ἐπήγαγε· καὶ ἐγένετο οὕτως[4]). τὸ γὰρ δόξαν καὶ βουληθὲν εὐθὺς [e] ἐγίνετο τῷ λόγῳ καὶ ἀπηρτίζετο. ὅταν μὲν γὰρ ὁ θεὸς ἄλλοις ἢ ἀγγέλοις ἐντελληται ἢ τῷ Μωσεῖ ὁμιλῇ ἢ τῷ Ἀβραὰμ ἐπαγγέλληται, τότε ὁ ἀκούων ἀποκρίνεται, καὶ ὁ μὲν λέγει· κατὰ τί γνώσομαι[5]); ὁ δέ· προχείρισαι ἄλλον[6]), καὶ πάλιν· ἐὰν ἐρωτήσωσί με, τί ὄνομα αὐτῷ, τί ἐρῶ πρὸς αὐτούς[7]); καὶ ὁ ἄγγελος [f] τῷ μὲν Ζαχαρίᾳ ἔλεγε· τάδε λέγει κύριος[8]), τὸν δὲ κύριον ἠρώτα· κύριε [g] παντόκρατορ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλήμ[9]); καὶ ἐκδέχεται ἀκοῦσαι λόγους καλοὺς καὶ παρακλητικούς. ἔχει γὰρ τούτων [h] ἕκαστος τὸν μεσίτην λόγον καὶ τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ τὴν γνωρίζουσαν τὸ βούλημα τοῦ πατρός. ὅταν δὲ ἐργάζηται αὐτὸς καὶ κτίζῃ ὁ λόγος, οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ἐρώτησις καὶ ἀπόκρισις, ἐν αὐτῷ γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ λόγος ἐν τῷ πατρί[10])· [i] ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ βούλεσθαι, καὶ τὸ ἔργον γίνεται, ἵνα τοῦ μὲν βουλήματος ᾖ γνώρισμα δι' ἡμᾶς τὸ εἶπεν, τὸ δὲ καὶ ἐγένετο οὕτως τό τε ἔργον σημαίνηται τὸ διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας, ἐν ᾗ καὶ ἡ βούλησίς ἐστι τοῦ πατρός. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἶπεν ὁ θεὸς ἐν τῷ λόγῳ γνωρίζεται· πάντα γάρ, φησίν, ἐν σοφίᾳ ἐποίησας[11]), καὶ τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν[12]), καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ[13]).

32. Ἀπὸ [k] δὴ τούτων ἐστὶ συνορᾷν, ὡς οὐ πρὸς ἡμᾶς ἔχουσιν

1) Genes. 1, 3. 9. 11. 26. 2) Psal. 33 [32. LXX.], 9. 3) Esa. 9, 6. 4) Genes. 1, 3. 9. 11. 5) Genes. 15, 8. 6) Exod. 4, 13. 7) Exod. 3, 13. 8) Zachar. 1, 17. 9) Zachar. 1, 12. 10) Ioan. 10, 38. 11) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 12) Psal. 33 [32. LXX.], 6. 13) 1. Cor. 8, 6.

a. ὡς abest a Gobler. et Felckm. 1. qui habent καὶ Δαβὶδ ψάλλει. Ibid. Seguer. et Felckm. 4. ὁ μακάριος ψάλλει etc. Mox ante ἐνετείλατο deest αὐτός in Seguer. et Felckm. 4.

b. Felckm. 4. ἐπελθὼν ἐργάσεται.

c. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐπὶ τοῦ λόγου τὸ νοεῖν. Reg. ἐπὶ τοῦ λόγου καὶ νοεῖν.

d. Seguer. ὁποῖα. Ibidem Anglic. Reg. Felckm. 4. et Seguer. γινόμενα. Editi et alii γενόμενα. Paulo post Seguer. γενηθήτω καὶ ἐποίησε, καὶ ἐγένετο οὕτως. Felckm. 4. γενηθήτω· καὶ ἐπήγαγε, καὶ ἐποίησε, καὶ ἐγένετο etc. Editi et alii γενηθήτω· καὶ ἐπήγαγε· καὶ ἐγένετο etc.

e. Anglic. et Felckm. 5 ἐγένετο. Ibid. mss. addunt τῷ λόγῳ quod deest in edit.

dixit: *Fiat lux* et *congregetur aqua* et *producat terra* et *faciamus hominem*, atque ut canit beatus David: *ipse dixit et facta sunt, ipse praecepit et creata sunt.* Dixit inquam, non ut, quemadmodum apud homines fieri solet, tanquam minister aliquis audiret, ac ubi loquentis didicisset voluntatem, ad opus peragendum properaret. Hoc enim rerum creatarum proprium est, quod de Verbo cogitare vel dicere valde dedecet. Siquidem Verbum Dei opifex est et efficiens, ipsumque est Patris consilium. Hinc sane divina Scriptura non dixit, ipsum audivisse atque respondisse, quonam modo vel quales vellet esse res factas; sed dixit tantum Deus *Fiat*, deindeque subditur: *Et factum est ita.* Quod enim Deus fieri voluit, statim Verbo factum et absolutum est. Quando autem aliis vel Angelis praecipit aut cum Moyse loquitur aut promittit Abrahamo, tunc qui audit, respondet, atque hic quidem ait: *Unde scire possum?* ille vero: *Alium elige*, et rursus: *Si me interrogaverint, quod est nomen eius? quid dicam eis?* Ait quoque ad Zachariam Angelus: *Haec dicit Dominus.* At idem ipse Dominum ita interrogaverat: *Domine omnipotens, usquequo non misereberis Ierusalem?* expectatque, ut bonos et consolatorios sermones audiat. Illi nempe singuli intermedium habebant Dei Verbum et Sapientiam, quae Patris voluntatem declarabat. Cum autem ipsum Verbum agit et creat, nulla ibi est interrogatio, nulla responsio; in illo enim est Pater, et Verbum in Patre; sed ut opus fiat, voluisse satis est; ita ut hoc verbum *Dixit* sit nostri gratia divinae voluntatis indicium, his autem verbis *Et factum est ita* opus per Verbum et sapientiam factum significetur, qua quidem in sapientia est etiam Patris voluntas. Itaque istud *Dixit Deus* in Verbo cognoscitur; namque *omnia*, inquit, *in Sapientia fecisti*, et: *Verbo Domini caeli firmati sunt*, et: *Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum.* P. 409.

32. Ex quibus perspicuum certe est, Arianos hac sua haeresi

Commel. Mox Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἐντέλλεται.*

f. Seguer. *ἄγγελος δέ.* Editi et alii *δέ* omittunt.

g. Reg. Anglic. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. *παντοκράτωρ*, itaque habetur Zachar. 1, 12. Editi vero et alii *παντόκρατορ.* Mox Reg. et Anglic. *ἐλεήσεις.*

h. Seguer. Reg. Basil. Anglic. et Felckm. 4. *ἕκαστος.* Editi et alii *ἕκαστα.* Ibid. Seguer. et Felckm. 4. *τὸν μεσίτην*, ut et legendum esse in margine Anglicani ms. notatur. Ceteri et editi *τὸν μεσιτεύοντα.* Mox Seguer. *τοῦ θεοῦ τὴν γνωρίζουσαν.* Editi et alii *τήν* omittunt.

i. Seguer. Reg. Felckm. 4. et 5. *ἀλλ' ἀρκεῖ.* Alii et editi *καὶ ἀρκεῖ.* Mox Reg. Anglic. et Felckm. 5. *ἦν γνώρισμα.* Ibidem Seguerian. *τῷ εἰπεῖν τὸν πατέρα.* Gobler. Felckm. 1. et 4. *τὸ εἰπεῖν τὸν πατέρα.* Item ibid. Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1 et 5. *σημαίνηται.* Alii et editi *σημαίνεται.*

k. Felckm. 4. *ἀπὸ δὲ τούτων.* Regius *ἀπὸ τούτων.*

P. 499. τὴν μάχην οἱ Ἀρειανοὶ περὶ τῆς αἱρέσεως, ἀλλὰ [a] σχηματίζονται μὲν πρὸς ἡμᾶς, πρὸς αὐτὴν δὲ τὴν θεότητα μάχονται. εἰ μὲν γὰρ
P. 500. ἡμῶν ἦν ἡ φωνὴ [b] ἡ λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου[1]), μακρὰ ἦν αὐτοῖς ἡ παρ' ἡμῶν μέμψις· εἰ δὲ τοῦ πατρός ἐστιν ἡ φωνή, καὶ οἱ μὲν μαθηταὶ ἤκουσαν, αὐτὸς δὲ ὁ υἱὸς [c] περὶ ἑαυτοῦ λέγει· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με[2])· πῶς οὐ κατὰ τοὺς μυθευομένους γίγαντας καὶ αὐτοὶ νῦν θεομαχοῦσι, τὴν γλῶτταν ἔχοντες, ὡς εἶπεν [d] ὁ ψάλλων, μάχαιραν ὀξεῖαν[3]) εἰς ἀσέβειαν; οὔτε γὰρ τὴν φωνὴν τοῦ πατρὸς ἐφοβήθησαν, [e] οὔτε τοῦ σωτῆρος ᾐδέσθησαν τὰ ῥήματα, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἁγίοις ἐπείσθησαν, τοῦ μὲν γράφοντος· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως [f] αὐτοῦ[4]), καί· Χριστὸς [g] θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία[5]), τοῦ δὲ ψάλλοντος· ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς[6]), καί· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας[7]), καὶ τῶν μὲν προφητῶν λεγόντων· καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρός με[8]), τοῦ δὲ Ἰωάννου· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος[9]), καὶ τοῦ Λουκᾶ· καθὼς [h] παρέδωκαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου[10]); [i] ὡς καὶ πάλιν Δαβὶδ λέγει· ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτούς[11]). ταῦτα γὰρ πάντα τὴν μὲν Ἀρειανὴν αἵρεσιν στηλιτεύει πανταχοῦ, τὴν δὲ τοῦ λόγου ἀϊδιότητα σημαίνει, καὶ ὅτι οὐ ξένος [k] ἀλλ' ἴδιος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἐστί. πότε γὰρ εἶδέ τις φῶς χωρὶς τοῦ ἀπαυγάσματος; ἢ τίς τολμᾷ λέγειν ἀλλότριον εἶναι τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως; ἢ πῶς οὐ μαίνεται πλέον ὁ κἂν ἐνθυμούμενος ἄλογον καὶ ἄσοφόν ποτε τὸν θεόν; [l] τοιαῦτα γὰρ τὰ παραδείγματα καὶ τοιαύτας τὰς εἰκόνας ἔθηκεν ἡ γραφή, ἵν' ἐπειδὴ ἀδύνατός ἐστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις περὶ θεοῦ καταλαβεῖν, κἂν ἐκ τούτων ὀλιγοστῶς πως καὶ ἀμυδρῶς, ὡς ἐφικτόν ἐστι, διανοεῖσθαι δυνηθῶμεν. καὶ ὥσπερ περὶ τοῦ εἶναι [m] θεὸν καὶ πρόνοιαν αὐτάρκης ἡ κτίσις πρὸς τὴν γνῶσιν (ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται[12]), καὶ οὐ φωνὰς ἀπαιτοῦντες παρ' αὐτῶν μανθάνομεν, ἀλλ' ἀκούοντες μὲν τῶν γραφῶν πιστεύομεν,

1) Matth. 3, 17. et 17, 5. 2) Prov 8, 25. 3) Psal. 57 [56. LXX.], 5. 4) Hebr. 1, 3. 5) 1. Cor. 1, 24. 6) Psal. 36 [35. LXX], 10. 7) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 8) Ierem. 2, 1. 9) Ioan. 1, 1. 10) Luc. 1, 2. 11) Psal. 107 [106. LXX.], 20. 12) Sapient. 13, 5.

a. Felckm. 4. ἀλλὰ καὶ σχηματίζονται. Ibidem πρός deest in Reg. Basil. Anglic. et Felckm. 5.
b. Segnerian. omittit ἡ λέγουσα.
c. Felckm. 4. περὶ αὐτοῦ. Ibid. Segnerian. Reg. Gobler. et Felckm. 1. ut et Scriptura πάντων βουνῶν. Ceteri et editi πάντων τῶν βουνῶν.
d. Gobl. et Felckm. 1. εἶπεν ὁ ψαλμός.
e. Felckm. 4. ἐφοβήθησαν ἢ ἐφοβήθησαν. Ibidem Felckm. 5. menduse τὰ τοῦ πατρὸς ᾐδέσθησαν.
f. αὐτοῦ abest a Segner.
g. Segnerian. καὶ χριστὸς δὲ θεοῦ etc. Mox Gobler. et Felckm. 2. τοῦ δὲ ψαλμῳδοῦ.

bellum nobis minime inferre, sed potius contra nos quidem simulate pugnare, revera autem contra ipsam divinitatem. Si enim nostrûm esset vox illa: *hic est Filius meus,* nonnulla illis esset de nobis conquerendi causa. Sed si vox est Patris, et a discipulis audita, et ab ipso etiam confirmata Filio, qui de se ipse ait: *Ante omnes colles gignit me*; nonne et ipsi more Gigantum, quos celebrant fabulae, bellare cum Deo dicendi sunt, qui lingua, ut cum Psalmista loquar, tanquam gladio acuto pro asserenda impietate utuntur? Siquidem nec Patris vocem nec Salvatoris verba sunt reveriti, nec Sanctis fidem habent, quorum unus quidem sic scribit: *Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius,* et: *Christus Dei virtus et Dei sapientia,* alius vero ita psallit: *Quia apud te est fons vitae, in lumine tuo videbimus lumen,* et: *omnia in sapientia fecisti.* Prophetae item aiunt: *Et factum est Verbum Domini ad me,* et Ioannes: *In principio erat Verbum,* et Lucas: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, et ministri Verbi fuerunt.* David etiam dicit: *Misit Verbum suum et sanavit eos.* Haec enim omnia Arianam ubique profligant haeresim, Verbique asserunt aeternitatem, nec ipsum alienum sed naturae Patris proprium esse. Quis enim unquam lucem absque splendore vidit? Vel quis characterem substantiae audebit alienum eius esse dicere? Aut qui is non maxime insanit, qui vel cogitat Deum aliquando sine Verbo sive Ratione et Sapientia fuisse? Namque ideo huiusce modi exempla ac imagines proposuit Scriptura, ut quoniam res divinas comprehendere hominum non valet natura, saltem ex his aliqua ex parte et obscure pro nostris viribus intelligere possemus. Ac quemadmodum ipsa rerum natura satis ex se est ad probandum Deum et providentiam esse, *Siquidem ex magnitudine et pulchritudine rerum creatarum illarum creator convenienter conspicitur,* nec verba exigimus ut discamus, sed et Scripturis auditis credimus, et huncce omnium rerum ordinem ac concentum contemplantes illum

P. 499. P. 500.

h. Sic Seguer Reg. Gobler Felckm. 1. et 4. Editi vero et alii *καθὼς καὶ παρέδωκαν.*

i. Goblerian. et Felckm. 1. *ὡς* et *λέγει* omittunt.

k. Sic Seguer. At Anglic. *ἀλλὰ ἀΐδιος.* Ceteri et editi *ἀλλὰ ἴδιος.* Paulo post Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *χωρὶς τοῦ ἀπαυγάσματος.* Alii et editi *χωρὶς ἀπαυγάσματος.*

l. Seguer. Angl. Gobler. et Felckm. 1. *τοιαῦτα γὰρ τὰ παραδείγματα.* Ibid. Seguer. *τοιαύτας εἰκόνας.* Editi et alii *τοιαῦτα γὰρ παραδείγματα καὶ τοιαύτας τὰς εἰκόνας.* Paulo post Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *ὀλιγοστῶς.* Ceteri et editi *ὀλίγως.*

m. Seguerian. *τὸν θεόν.* Mox idem et Reg. *ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως.* Regius habet *τῶν κτισμάτων.* Gobler. Felckm. 1. et 5. *ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς καὶ κτισμάτων, ἀναλόγως.* Felckm. 4. *ἐκ γὰρ μεγάλης καλλονῆς καὶ μεγέθους καὶ κτισμάτων, ἀναλόγως.* Editi vero et alii *ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς καὶ κτίσεως κόσμου, ἀναλόγως.* Ibid. Seguer. Goblerian. Felckm. 1. et 4. *γενεσιουργὸς αὐτῶν.* Alii et editi omittunt *αὐτῶν.*

P.500. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν τάξιν τῶν πάντων θεωροῦντες καὶ τὴν ἁρμονίαν
ἐπιγνώσκομεν τοῦτον εἶναι πάντων ποιητὴν καὶ δεσπότην καὶ θεόν,
τούτου [a]τε τὴν εἰς πάντα πρόνοιάν τε θαυμαστὴν καὶ ἡγεμονίαν
καταλαμβάνομεν)· τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ θεότητος
ἱκανῶν ὄντων τῶν προειρημένων ῥητῶν, περιττόν, μᾶλλον δὲ καὶ
μανίας πλέον ἐστὶν ἀμφιβάλλειν καὶ αἱρετικῶς πυνθάνεσθαι, πῶς
οὖν δύναται ἀϊδίως εἶναι [b]ὁ υἱός, ἢ πῶς δύναται ἐκ τῆς οὐσίας
P.501. εἶναί τοῦ πατρός, καὶ μὴ μέρος εἶναι. τὸ γὰρ ἔκ τινος [c]εἶναι λε-
γόμενον μέρος ἐστὶν αὐτοῦ, τὸ δὲ μεριζόμενον οὐκ ἔστιν ὁλόκληρον.

33. Ταῦτα γὰρ τῶν ἑτεροδόξων ἐστὶ τὰ σοφὰ κακουργήματα.
[d]καὶ εἰ καὶ φθάσαντες ἐν τοῖς ἔμπροσθεν διηλέγξαμεν τὴν ἐν τού-
τοις αὐτῶν κενολογίαν, ὅμως καὶ τούτων τῶν ῥητῶν ἡ ἀκρίβεια
[e]καὶ τῶν παραδειγμάτων ἡ διάνοια διελέγχει τὴν σκιογραφίαν τοῦ
μιαροῦ δόγματος αὐτῶν. ὁρῶμεν γὰρ τὸν λόγον ἀεὶ ὄντα, καὶ ἐξ
αὐτοῦ ὄντα καὶ τῆς οὐσίας ἴδιον, [f]οὗ καὶ ἔστιν ὁ λόγος, καὶ μὴ
ἔχοντα τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον. ὁρῶμεν καὶ τὸ ἀπαύγασμα ἐκ
τοῦ ἡλίου ἴδιόν τε αὐτοῦ [g]ὄν, καὶ μὴ διαιρουμένην μηδὲ μειουμέ-
νην τὴν οὐσίαν τοῦ ἡλίου, ἀλλ' αὐτήν τε ὁλόκληρον οὖσαν, καὶ τὸ
ἀπαύγασμα τέλειον καὶ ὁλόκληρον, καὶ μὴ μειοῦν τὴν οὐσίαν τοῦ
φωτός, ἀλλ' ὡς γέννημα ἀληθινὸν [h]ἐξ αὐτοῦ. συνορῶμεν καὶ τὸν
υἱὸν οὐκ ἔξωθεν ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς γεννώμενον, καὶ ὁλόκληρον
μένοντα τὸν πατέρα, τὸν δὲ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως[1]) ἀεὶ ὄντα,
ἐμφέρειάν τε καὶ εἰκόνα ἀπαράλλακτον σώζοντα πρὸς τὸν πατέρα,
ὡς τὸν [i]ἰδόντα τοῦτον ὁρᾶν ἐν αὐτῷ καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἧς καὶ
χαρακτήρ ἐστιν. ἔκ τε τῆς ἐνεργείας τοῦ χαρακτῆρος διανοούμεθα
τὴν τῆς ὑποστάσεως ἀληθῶς θεότητα· τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ σω-
τὴρ διδάσκων ἔλεγεν· ὁ πατὴρ ὁ μένων ἐν ἐμοὶ αὐτὸς ποιεῖ τὰ
ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ[2]), καί· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[3]), [k]καί· ἐγὼ
ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[4]). οὐκοῦν ἡ χριστομάχος αἵρε-
σις πειρασάτω πρῶτον τὰ ἐν [l]τοῖς γενητοῖς παραδείγματα διελεῖν
καὶ εἰπεῖν· ἦν ποτε ὁ ἥλιος χωρὶς τοῦ ἀπαυγάσματος, ἢ ὅτι τοῦτο
οὐκ ἔστι τῆς τοῦ φωτὸς οὐσίας ἴδιον, ἢ ἴδιον μέν ἐστι, κατὰ διαί-
ρεσιν δὲ μέρος ἐστὶ τοῦτο τοῦ φωτός, καὶ πάλιν διελέτω τὸν λό-
γον καὶ εἰπάτω τοῦτον ἀλλότριον εἶναι τοῦ νοῦ, ἢ ὅτι ποτὲ οὐκ

1) Hebr. 1, 8. 2) Ioan. 14, 10. 12. 3) Ioan. 10, 30. 4) Ioan. 14, 10.

a. Seguer. Reg. Basil. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. τούτου τε. Editi et alii τούτου δέ. Ibidem Seguer. Gobler. et Felckm. 1. πρόνοιάν τε. At in aliis et editis deest τε.

b. Felckm. 4. εἶναι υἱός.

c. Seguer. ἔκ τινος εἶναι. In aliis et editis deest εἶναι. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. οὐκ ἔστιν ὁλόκληρον. Regius οὐκέτι ἐστὶ αὐτοῦ. Editi et alii οὐκέτι ἐστὶν ὁλόκληρον.

d. Sic Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. At Felckm. 4. et 5. καὶ εἰ φθάσαντες. Editi et alii καὶ φθάσαντες.

intelligimus omnium opificem, Dominum ac Deum esse, eiusque in P. 500.
res omnes providentiam admirabilem et gubernationem agnoscimus. Ita similiter cum ea, quae hactenus dicta sunt, plane sufficiant ad Filii probandam divinitatem, vanum, imo stultissimum fuerit hac de re dubitare atque haeretice interrogare, quomodo Filius potuit esse ab aeternitate, vel quomodo ex Patris est substantia nec tamen eius pars, cum id quidem, quod ex aliquo esse dicitur, eius pars sit, id P. 501.
autem, quod dividitur, integrum non sit.

33. Hae sunt enim flagitiosae haereticorum argutiae, quarum futilitatem tametsi supra confutavimus, nihilominus accurata dictorum illorum explicatio rectaque perceptio exemplorum nefariae eorum sententiae vanam speciem repellet. Quippe videmus semper esse Verbum, ex illoque esse et eius proprium esse naturae, cuius est Verbum, nihilque in eo vel prius vel posterius esse. Videmus item splendorem ex sole esse illiusque esse proprium, nec tamen idcirco dividi aut minui naturam solis, sed et eam integram manere, et splendorem integrum et perfectum esse, neque ab eo lucis naturam imminui, sed tanquam verum fetum ex illa esse. Similiter intelligimus Filium non extrinsecus sed ex Patre esse genitum, simulque tum Patrem integrum permanere, tum substantiae figuram semper esse, ac perfectam absque ulla varietate cum Patre servare similitudinem et imaginem, adeo ut qui hunc viderit, in ipso quoque naturam et substantiam, cuius figura est, contueatur. Ex efficientia item figurae veram substantiae divinitatem percipimus, quemadmodum Salvator ipse his verbis docuit: *Qui manet in me, ipse faciet opera quae ego facio,* et: *Ego et Pater unum sumus*, et: *Ego in Patre et Pater in me est.* Itaque impia et Christo inimica haeresis primum tentet res factas, quae in exemplum proponuntur, dividere, ac dicere: Fuit aliquando sol sine splendore, vel splendor non est proprius naturae lucis, vel splendor lucis proprius quidem est, sed divisione pars ipse est lucis, ac postea Verbum illi separent, affirmentque alienum esse a mente, aut aliquando non

e. Sic Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. Ceteri vero et editi *καὶ πάντων τῶν.*

f. Sic Reg. Basil. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. At Seguerian. *οὗ καὶ ἔστι λόγος.* Editio Commel. *ου ἔστιν ὁ λόγος.*

g. Seguer. *ὄντα.* Mox idem addit *μηδὲ μειουμένην.* Regius vero *καὶ μειουμένην,* quae desunt in aliis et editis.

h. Sic Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi *καὶ ἐξ αὐτοῦ.* Ibidem Seguer. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. *συνορῶμεν.* Editi et alii *ἐξ αὐτοῦ συνὸν ὁρῶμεν.* Paulo post Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *μένοντα τὸν πατέρα.* Ceteri et editi *μὲν ὄντα τὸν πατέρα.* Ibidem Seguer. *τόν τε χαρακτῆρα.*

i. Seguer. *ὁρῶντα.*

k. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 4. Ceteri autem et editi *κἀγώ.*

l. Seguer. Reg. et Felckm. 4. *ἐν γενητοῖς.* Mox Seguer. Gobler. Reg. Felckm. 1. et 4. *ἦν ποτε ὁ ἥλιος.* Alii et editio Commel. *εἴ ποτε ὁ ἥλιος.*

P. 501. ἦν ᾧ οὐκ ἔστιν ἴδιος τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἢ ὅτι μέρος κατὰ διαίρεσίν ἐστιν οὗτος ἐκείνου. [a] περὶ δὲ τοῦ χαρακτῆρος καὶ τοῦ φωτὸς καὶ τῆς δυνάμεως οὕτω διελέτω ὡς ἐπὶ τοῦ λόγου καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος, καὶ τότε περὶ ὧν [b] ἐὰν θελήσῃ φανταζέσθω. εἰ δὲ ἀδύνατος αὐτοῖς ἐκείνοις ἡ τόλμα, πῶς οὐ μαίνονται [c] μεγάλως, εἰς τὰ ὑπερέκεινα τῶν γενητῶν καὶ τῆς ἑαυτῶν φύσεως μάτην ἐπεκτείνοντες ἑαυτοὺς καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦντες;

34. Εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τούτων τῶν γενητῶν καὶ σωματικῶν εὑ-
P. 502. ρίσκεται τὰ [d] γεννήματα μὴ μέρη ὄντα τῶν οὐσιῶν, ἐξ ὧν εἰσι, μηδὲ παθητικῶς ὑφιστάμενα μηδὲ μειοῦντα τὰς οὐσίας τῶν γονέων· πῶς πάλιν οὐ μαίνονται [e] ἐπὶ τοῦ ἀσωμάτου καὶ ἀληθινοῦ θεοῦ ζητοῦντες καὶ ὑπονοοῦντες μέρη καὶ πάθη, διαιρέσεις δὲ προσάπτοντες τῷ ἀπαθεῖ καὶ ἀναλλοιώτῳ θεῷ, ἵνα τὰς ἀκοὰς ἐν τούτοις ταράσσωσι τῶν [f] ἀκεραιοτέρων καὶ διαστρέψωσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας; τίς γὰρ ἀκούων υἱὸν οὐκ ἐνθυμεῖται τὸ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας; [g] τίς δὲ ἀκούσας, ὅτε κατηχεῖτο κατὰ τὴν ἀρχήν, ὅτι ὁ θεὸς υἱὸν ἔχει καὶ τῷ ἰδίῳ λόγῳ τὰ πάντα πεποίηκεν, οὐχ οὕτως ἐδέξατο κατὰ τὴν διάνοιαν ὡς νῦν ἡμεῖς φρονοῦμεν; τίς ὅτε γέγονεν ἡ μιαρὰ τῶν Ἀρειανῶν αἵρεσις, οὐκ εὐθὺς ἀκούσας ἃ λέγουσιν ἐξενίσθη, ὡς ἀλλότρια λεγόντων αὐτῶν καὶ [h] παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς σπαρέντα λόγον ἐπισπειρόντων; τὸ μὲν γὰρ σπειρόμενόν ἐστιν ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῃ ψυχῇ, [i] ὅτι ὁ θεὸς υἱὸν τὸν λόγον, τὴν σοφίαν, τὴν δύναμιν ἔχει, καὶ ταῦτά ἐστιν αὐτοῦ εἰκὼν καὶ ἀπαύγασμα· φύεται δὲ εὐθὺς ἐκ τῶν ῥηθέντων τὸ ἀεί, τὸ ἐκ τοῦ πατρός, τὸ ὅμοιον, [k] τὸ ἀΐδιον τοῦ γεννήματος τῆς οὐσίας, καὶ οὐδεμία περὶ κτίσματος ἢ ποιήματος ἐν τούτοις ἔννοια. ὅτε δὲ ἐχθρὸς ἄνθρωπος κοιμωμένων τῶν ἀνθρώπων[1]) ἐπέσπειρε τὸ κτίσμα [l] καὶ τὸ ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν καὶ τὸ πῶς οὖν δύναται, τότε λοιπὸν ὡς ζιζάνιον γέγονεν ἡ κακοῦργος αἵρεσις τῶν χριστομάχων, καὶ εὐθὺς ὡς ἐρημωθέντες πάσης ὀρθῆς φρονήσεως δίκην λῃστῶν περιεργάζονται καὶ λέγειν τολμῶσι· πῶς [m] οὐκ δύναται ὁ υἱὸς ἀϊδίως συνυπάρχειν τῷ πατρί; καὶ γὰρ οἱ

1) Matth. 13, 25.

a. Felckm. 4. περί τε. Ibidem Seguer. χαρακτῆρος καὶ τοῦ φωτός, ut et Nannius legit. Alii et editi καί omittunt.

b. Seguerian. ἂν θελήσῃ. Editi et alii ἐὰν θελήσῃ.

c. Sic Seguer. et Felckm. 4. ut et videtur legisse Nannius, qui vertit magnifice. Editi et alii πολλάκις. Paulo post Seguer. Reg. Basil. et Felckm. 4. ἐπεκτείνοντες. Ceteri et editi ἀποκτείνοντες.

d. Anglic. γεννήματα. Paulo post mss. omnes ὑφιστάμενα. Editio Commel. ἀφιστάμενα, mendose.

e. Gobl. et Felckm. 1. περὶ τοῦ. Mox iidem et Seguer. ac Felckm. 4. πάθη, διαιρέσεις δὲ προσάπτοντες. Alii et editi πάθη καὶ διαιρέσεις προσάπτοντες.

f. Sic Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. Ceteri et editi ἀκεραίων. Ibid. Seguer. καὶ διαστρέφωμεν.

g. Sic Seguer. Reg. et Anglic. In aliis et editis deest δέ. Ibid. Felckm 4. παρὰ τὴν ἀρχήν. Idem paulo post λόγῳ πάντα πεποίηκεν.

h. Sic Seguer. Reg. Basil. Angl. Felckm. 4. et 5. At alii et editi παρ' αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς.

fuisse, vel substantiae divinae mentis proprium non esse, aut denique P. 501. eius partem divisione esse. Figuram quoque, lucem et virtutem eodem modo separent ac Verbum et splendorem, atque tunc quod ipsis collibitum fuerit opinentur. At si talia nullo modo audere queunt, an non vehementer insanire sunt existimandi, qui se in res illas inferant, quae ipsorum natura et creatis rebus adeo sunt superiores, quique ea aggrediantur, quae omnino fieri non possunt?

34. Namque si in factis his et corporeis rebus quidam reperiuntur fetus, qui naturarum, unde sunt exorti, partes non sint, nec P. 502. patibili producti sint modo, neque parentum minuerint naturam; nonne rursus dementes sunt, qui in vero et incorporeo Deo partes ac patiendi modos quaerant et suspicentur, eique, qui immutabilis est nec aliquid pati potest, attribuant divisiones, ut scilicet simplicium aures hac ratione conturbent atque a veritate avertant? Quis enim audiendo nomen Filii non statim intelligat, quod Patris naturae proprium est? Quis vero, cum primis Christianae religionis elementis informaretur, Deo Filium esse audiens, omniaque eum proprio Verbo fecisse, id non eo sensu perceperit, quo nos nunc intelligimus? Quis cum impura Arianorum haeresis nata est, non continuo audita illorum sententia obstupuit, ut pote aliena loquentium aliamque superseminantium doctrinam ab ea, quae ab initio seminata est? Doctrina siquidem, quae primum in qualibet anima est seminata, huiusmodi est, Deo Filium esse, qui eius sit Verbum, sapientia et virtus, haecque eius esse imaginem et splendorem; ex quibus ultro sequitur, Filium semper esse, ex Patre esse, similem illius esse, aeternumque naturae esse fetum, nihil denique hic factum aut creatum debere cogitari. At ubi inimicus homo dormientibus hominibus hasce de Filio opiniones superseminavit, nempe eum creatum esse, aliquando fuisse cum non esset, et quomodo igitur id fieri potest? tunc veluti zizanium facta est perversa Christi inimicorum haeresis, qui illico, tanquam omni recto sensu destituti, furum instar circumire coeperunt, eoque devenerunt temeritatis, ut haec dicerent: „Qui fieri potest, ut Filius semper cum Patre

i. Basil. *ψυχῇ σπαρέντα λόγον, ὅτι.* Alii mss. *ψυχῇ, ὅτι.* Editi *ψυχῇ καὶ ἀΐδιον, ὅτι.* Paulo post Gobler. et Felckm. 1. *τὴν σοφίαν, καὶ τὴν δύναμιν.*

k. Sic Seguer. At Gobler. Felckm. 1. et 4. *τὸ ὅμοιον καὶ ἀΐδιον τοῦ γεννήματος τῆς οὐσίας.* Felckm. 5. *τὸ ὅμοιον καὶ ἀΐδιον τῆς οὐσίας τοῦ γεννήματος.* Reg. *τὸ ὅμοιον καὶ ἀΐδιον τῆς οὐσίας τοῦ γεννήσαντος.* Felckm. 2. *τὸ ὅμοιον καὶ ἴδιον τῆς οὐσίας γεννήσαντος* id est *similem eum et proprium esse naturae genitoris.* Editi et alii *τὸ ὅμοιον τῆς οὐσίας τοῦ γεννήσαντος similem eum esse naturae genitoris.* Nannius *ἀΐδιον* quoque legerat. Mox pro *ἔννοια* Basil. *ἐπίνοια.*

l. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *καὶ τὸ ἦν ποτε* iidemque et Reg. ac Felckm. 5. *πῶς οὖν δύναται.* Ceteri et editi omittunt *τό* et *οὖν.*

m. *οὖν* abest a Basil. Ibidem Felckm. 4. *δύναται υἱός.* Idem ibid. et Seguer. Goblerian. Felckm. 1. *ὑπάρχειν τῷ θεῷ; καὶ γὰρ ἄνθρωποι.*

P. 502. ἄνθρωποι μετὰ χρόνον ἐξ ἀνθρώπων υἱοὶ γίνονται, καὶ ὁ μὲν πατὴρ τριάκοντα ἐτῶν ἐστιν, ὁ δὲ υἱὸς ἀρχὴν ἔχει τότε γεννηθείς· καὶ ὅλως [a] πᾶς υἱὸς ἀνθρώπου οὐκ ἦν πρὶν γεννηθῇ. πάλιν τε ψιθυρίζουσι· πῶς δύναται ὁ υἱὸς λόγος εἶναι, ἢ ὁ λόγος εἰκὼν τοῦ θεοῦ; ὁ γὰρ ἀνθρώπων λόγος ἐκ συλλαβῶν συγκείμενος μόνον ἐσήμανε τὸ βούλημα τοῦ λαλήσαντος, καὶ εὐθὺς πέπαυται καὶ ἠφάνισται.

35. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ὥςπερ [b] ἐπιλαθόμενοι τῶν προλεχθέντων κατ᾿ αὐτῶν ἐλέγχων, τοιούτοις πάλιν ἑαυτοὺς δεσμοῖς ἀσεβείας περιπείροντες διαλογίζονται τοιαῦτα. ὁ δὲ τῆς ἀληθείας λόγος
P. 503. ἐλέγχει τούτους [c] οὕτως· εἰ μὲν περὶ ἀνθρώπου τινὸς διαλογίζονται, ἀνθρωπίνως καὶ περὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ καὶ [d] τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ λογιζέσθωσαν, εἰ δὲ περὶ τοῦ θεοῦ τοῦ κτίσαντος τοὺς ἀνθρώπους, μηκέτι ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ ἄλλως ὑπὲρ [e] τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν διανοείσθωσαν. ὁποῖος γὰρ ἂν ᾖ ὁ γεννῶν, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ γέννημα εἶναι, καὶ ὁποῖος ἂν ᾖ ὁ τοῦ λόγου πατήρ, τοιοῦτος ἂν εἴη καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ. ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος [f] ἐν χρόνῳ γεννώμενος ἐν χρόνῳ καὶ αὐτὸς γεννᾷ τὸ τέκνον, καὶ ἐπειδὴ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γέγονε, διὰ τοῦτο καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ παύεται καὶ οὐ μένει, ὁ δὲ θεὸς οὐχ ὡς ἄνθρωπός ἐστι, τοῦτο γὰρ εἶπεν ἡ γραφή[1]), ἀλλ᾿ ὤν ἐστι[2]) [g] καὶ ἀεί ἐστι· διὰ τοῦτο καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὤν ἐστι καὶ ἀϊδίως ἐστὶ μετὰ τοῦ πατρός, ὡς ἀπαύγασμα φωτός. καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνθρώπων λόγος ἐκ συλλαβῶν ἐστι συγκείμενος, καὶ οὔτε ζῇ οὔτε [h] τι ἐνεργεῖ, ἀλλὰ μόνον ἐστὶ σημαντικὸς τῆς τοῦ λαλοῦντος διανοίας, καὶ μόνον ἐξῆλθε καὶ παρῆλθε μηκέτι φαινόμενος, ἐπειδὴ οὐδὲ ἦν ὅλως πρὶν λαληθῇ· διὸ οὔτε ζῇ οὔτε τι ἐνεργεῖ οὔτε ὅλως ἄνθρωπός ἐστιν ὁ τῶν ἀνθρώπων λόγος, πάσχει δὲ τοῦτο, καθὰ προεῖπον, [i] ἐπεὶ καὶ ὁ τοῦτον γεννῶν ἄνθρωπος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἔχει τὴν φύσιν, ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος οὐχ ὡς ἄν τις εἴποι προφορικός ἐστιν, οὐδὲ ψόφος ῥημάτων, οὐδὲ τὸ προστάξαι θεὸν [k] τοῦτό ἐστιν ὁ υἱός, ἀλλ᾿ ὡς φωτὸς ἀπαύγασμα οὕτως ἐστὶ γέννημα τέλειον ἐκ τελείου. διὸ καὶ θεός [l] ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ· καὶ θεὸς γὰρ ἦν, φησίν, ὁ λόγος[3]). καὶ οἱ μὲν λόγοι τῶν ἀνθρώπων οὐδέν εἰσιν εἰς ἐνέργειαν, διὸ οὐδὲ διὰ λόγων ἀλλὰ διὰ χειρῶν

1) Iudith. 8, 16 [15. Vulg.]. 2) Exod. 3, 14. 3) Ioan. 1, 1.

a. Felckmanni 4. καὶ ὅλως πῶς. Mox Gobler. et Felckm. 1. πάλιν γε.

b. Segu. ἐπιλανθανόμενοι. Felckm. 4. λανθανόμενοι. Paulo post Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. περιπείραντες. Basil. et Anglic. περισπείραντες. Ceteri et editi περιπείροντες.

c. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi ὄντως.

d. Gobler. et Felckm. 1. καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ. Iidem, Reg. ac Seguer. υἱοῦ αὐτοῦ. At αὐτοῦ ab aliis et editis abest. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. περὶ θεοῦ. Alii et editi περὶ τοῦ θεοῦ.

„fuerit? Namque apud homines post aliquod duntaxat tempus ex P. 502. „hominibus filii nascuntur, ita ut verbi gratia pater triginta sit anno- „rum, cum genitus filius ortum accipit, omninoque quivis hominis „filius non prius exstitit quam genitus est.“ Rursus vero ita mur- murant: „Qui fieri potest, ut Verbum sit Filius et imago Dei? Nam „hominum verbum ex syllabis compositum loquentis voluntatem so- „lummodo indicat, posteaque desinit et evanescit.“

35. Sic illi, quasi iam argumentorum, quae adversus se supra allata sunt, obliti, iterum sese his impietatis constringunt vinculis. Verum ita eos ipsa confutat veritas. Si de aliquo homine sermo illis P. 503. est, humana etiam de eius verbo et filio cogitent, sed si de Deo hominum creatore disputant, nihil humani, sed potius nihil nisi supra hominum naturam concipiant. Nam qualis est genitor, talem et geni- tum esse necesse est, et qualis est Verbi Pater, tale quoque eius debet esse Verbum. Itaque homo quidem, qui in tempore gignitur, ipse quoque in tempore gignit filium, et quia ex nihilo est factus, idcirco eius verbum desinit nec permanet. Deus autem non ut homo est, quemadmodum testatur Scriptura, sed is est qui est, ac proinde vere pariter est eius Verbum, semperque est cum Patre, tanquam lucis splendor. Praeterea verbum hominum ex syllabis est composi- tum, nec vivit nec quid efficit, sed loquentis tantum mentem significat, statimque ut exiit evanescit, quippe cum nullum esset omnino, ante- quam proferretur; hinc nec vivit nec quid efficit, nec denique homo est hominum verbum. Cuius utique rei ea est ratio, quam diximus, quia scilicet hominis, qui illud gignit, natura est ex nihilo. At Dei Verbum non est aliquid, quod proferatur, ut forte dixerit aliquis, nec vocis sonus est, nec quod Deus praeceperit, hoc Filius est, sed ut lucis splendor, sic ille perfectus est ex perfecto fetus. Hinc item Deus est ipsa imago Dei. Nam *Deus*, inquit, *erat Verbum*. Insuper verba hominum nihil ad efficiendum valent, unde homo non verbis sed

e. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν*. Mox iidem praeter Felckm. 4. *γὰρ ᾖ* ubi Angl. et Felckm. 4. *ἦν*. Paulo post Seguerian. et Felckm. 4. *ὁποῖος ἂν ᾖ*. Alii et editi *ὁποῖος ἂν εἴη*.

f. Seguer. Reg. Anglic. Felckm. 4. et 5. *ἐν χρόνῳ γεννώμενος* quae in aliis et editis desunt.

g. Sic Seguer. Reg. Anglic. Goblerian. Felckm. 1. et 5. Alii vero et editi *ἀλλ᾽ ὢν ἔστι καὶ ἀϊδίως* omissis interiectis.

h. Felckm. 4. *οὔτε ἐνεργεῖ, ἀλλὰ μόνος*. Paulo post Seguer. *ἐπεὶ μηδὲ ἦν*. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἐπειδὴ μηδὲ ἦν*. Celeri et editi *ἐπειδὴ οὐδὲ ἦν*. Mox Seguer. *οὔτε ἐνεργεῖ*.

i. Seguer. et Reg. *ἐπειδή*.

k. Reg. *τοῦτό ἐστιν υἱός*. Ibidem Seguer. et Felckm. 4. *ὡς φωτὸς ἀπαύγασμα*. Alii et editi *ὡς φῶς καὶ ἀπαύγασμα*. Item ibidem Seguer. et Reg. *οὕτως ἐστί*. Editi et alii *οὗτός ἐστι*.

l. Reg. Basil. Angl. et Felckm. 5. *ἐστὶν καὶ εἰκών*. Paulo post Seguerian. Reg. Basil. Anglic. Goblerian. Felckm. 1. et 4. *οὐδέν εἰσιν*. Ceteri et editi *οὐδέν ἐστιν*. Ibidem Seguerian. *διὸ οὐδὲ διὰ λόγων*. Editi et alii *διὸ καὶ οὐδέ* etc.

p. 503. ἄνθρωπος ἐργάζεται, ὅτι αὗται μὲν ὑπάρχουσιν, ὁ δὲ λόγος αὐτῶν
οὐχ [a]ὑφίσταται, ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος,
ζῶν ἐστιν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ
πᾶσαν μάχαιραν δίστομον καὶ διικνούμενος ἄχρι [b]μερισμοῦ ψυχῆς
καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων
καὶ ἐννοιῶν καρδίας· καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ,
πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς
ὃν ἡμῖν ὁ λόγος[1]). δημιουργὸς [c]οὖν ἐστι, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο
οὐδὲ ἕν, οὐδέ δυνατόν τι γίνεσθαι χωρὶς αὐτοῦ.

36. Οὐ δεῖ δὲ ζητεῖν, διατί μὴ τοιοῦτος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος
οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος, ἐπεὶ μὴ τοιοῦτος ὁ θεὸς οἷοι καὶ ἡμεῖς, [d]ὡς
προείρηται· ἀλλ' οὐδὲ πρέπει ζητεῖν, πῶς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν ὁ λόγος, ἢ πῶς ἀπαύγασμά ἐστι τοῦ θεοῦ, ἢ πῶς γεννᾷ ὁ θεός, καὶ
τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ θεοῦ γεννήσεως· μαίνοιτο γὰρ ἄν τις τοι-
p. 504. αὗτα τολμῶν, ὅτι πρᾶγμα ἄῤῥητον καὶ φύσεως ἴδιον θεοῦ, μόνῳ
τε αὐτῷ καὶ τῷ υἱῷ γινωσκόμενον, ἀξιοῖ [e]λόγοις αὐτὸ ἑρμηνευθῆναι· ἴσον γάρ ἐστι τοὺς τοιούτους ζητεῖν, ποῦ ὁ θεός, καὶ πῶς
ἐστιν ὁ θεός, καὶ [f]ποταπός ἐστιν ὁ πατήρ. ἀλλ' ὥςπερ τὸ τοιοῦτο ἐρωτᾷν ἀσεβές ἐστι καὶ ἀγνοούντων τὸν θεόν, οὕτως οὐ θέμις οὐδὲ περὶ τῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ γεννήσεως τοιαῦτα τολμᾷν,
οὐδὲ τῇ ἑαυτῶν φύσει καὶ ἀσθενείᾳ συμμετρεῖν τὸν θεὸν καὶ τὴν
τούτου σοφίαν· [g]ἀλλ' οὐδὲ διὰ τοῦτο καὶ παρὰ τὴν ἀλήθειαν νοεῖν
προςήκει, οὐδὲ εἰ ἀπορεῖ τις ζητῶν περὶ τούτων, ὀφείλει καὶ ἀπιστεῖν [h]τοῖς γεγραμμένοις· βέλτιον γὰρ ἀποροῦντας σιωπᾶν καὶ
πιστεύειν, ἢ ἀπιστεῖν [i]διὰ τὸ ἀπορεῖν. διότι ὁ μὲν ἀπορῶν δύναταί πως καὶ συγγνώμην ἔχειν, ὅτι ὅλως κἂν ζητήσας ἠρέμησεν,
ὁ δὲ [k]διὰ τὸ ἀπορεῖν ἐπινοῶν ἑαυτῷ τὰ μὴ δέοντα καὶ τὰ μὴ
ἄξια περὶ θεοῦ φθεγγόμενος ἀσύγγνωστον ἔχει τῆς τόλμης τὴν δίκην. δύναται γὰρ καὶ τῶν τοιούτων ἀποριῶν ἔχειν τινὰ παραμυθίαν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ὥςτε λαμβάνειν μὲν καλῶς τὰ γεγραμμένα, νοεῖν δὲ ὡς ἐν παραδείγματι τὸν ἡμέτερον λόγον, ὅτι ὥςπερ
οὗτος ἴδιος ἐξ ἡμῶν ἐστι καὶ οὐκ ἔξωθεν [l]ἡμῶν ἔργον, οὕτω καὶ
ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἴδιός ἐστιν ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐκ ἔστι ποίημα οὐδὲ
ὡς ὁ τῶν ἀνθρώπων λόγος· ἐπεὶ καὶ τὸν θεὸν ἀνάγκη νοεῖν ἄνθρωπον· ἰδοὺ γὰρ πάλιν τῶν μὲν ἀνθρώπων πολλοὶ καὶ διάφοροι

1) Hebr. 4, 12. 13.

a. Seguerian. Gohler. Felckm. 1. et 4. ὑφέστηκεν. Editi aliique ὑφίσταται. Mox Reg. Felckm. 4. et 5. ζῶν ἐστι καὶ ἐνεργής omissis ὁ λόγος τοῦ θεοῦ.

b. Seguerian. μερισμῶν. Basil. paulo post pro μυελῶν habet μελῶν.

c. Seguer. et Felckm. 4 γοῦν. Iidem paulo post et Reg. οὐδὲ δυνατόν τι γενέσθαι. Felckm. 4. ibid. οὐδὲ ζητεῖν.

d. Seguer. et Felckm. 4 ὥςπερ εἴρηται. Mox Seguer. καὶ πῶς ἀπαύγασμα.

manibus agit, quia hae quidem existunt, at verbum illorum nihil est P. 503. consistens. Verbum autem Dei, ut ait Apostolus, *vivens et efficax est Dei Verbum et penetrabilius omni gladio ancipiti et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, et iudex est meditationum et cogitationum cordis, nec ulla res creata illi occulta est, sed omnia nuda et aperta sunt oculis eius, ad quod nobis est sermo.* Opifex igitur est, et sine ipso factum est nihil, nec aliquid absque illo potest fieri.

36. Nec vero quaerenda est ratio, cur Dei Verbum non tale sit quale nostrum, quandoquidem non talis est Deus quales nos, uti iam diximus. Nec etiam investigare convenit quomodo Verbum ex Deo est, quove modo splendor sit Dei, aut quomodo gignit Deus, quisve ille sit Dei gignendi modus. Insanus enim is est aestimandus, qui ista scrutari non verebitur, quippe qui existimet, rem inexplicabilem P. 504. divinaeque propriam naturae, soli Deo ac Filio cognitam, posse verbis exprimi. Idem enim ést profecto ac si ipsi quaererent, ubinam quove modo sit Deus, et qualis sit Pater. Ut ergo de istis rebus sciscitari nonnisi impiorum et Deum ignorantium est, ita talia de Filii Dei generatione audere indagare, Deumque ac eius sapientiam nostra natura et infirmitate metiri, prorsus nefas est. Non idcirco tamen quid praeter veritatem cogitare licet, nec si quis in his exquirendis defecerit, debet etiam fidem Scripturae derogare. Siquidem praestat haesitantes silere et credere, quam nolle credere, quia haesitaverimus. Nam is, qui haesitat, veniam aliquo modo potest consequi, propterea quod, tametsi scrutatus est, tamen conquievit. Qui autem quia ipse haesitat, ea, quae minime decent, audet comminisci atque indigna Deo loquitur; nullam is profecto temeritatis suae veniam obtinebit. Namque in hisce difficultatibus potest solatium aliquod ex divinis haurire Scripturis, ita ut quae scripta sunt recte intelligat nostrumque verbum habeat instar exempli et imaginis. Ut enim verbum nostrum ex nobis est, nec aliquod est opus extra nos factum; ita et Dei Verbum proprium ex illo est, nec opus aliquod est, nec etiam velut hominum verbum. Alioquin Deum hominem esse omnino esset intelligendum. Etenim plurima et diversa hominum verba quotidie praetereunt, quia

e. Seguer. *λόγοις αὐτό.* Gobl. Felckm. 1. et 4. *λόγοις αὐτῷ.* Editi et alii *λόγῳ αὐτῷ.*

f. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ποδαπός.*

g. Seguer. *ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο.*

h. Felckm. 5. *τοῖς γενομένοις.*

i. Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 4. *διὰ τὸ ἀπορεῖν.* Editi vero et alii *διὰ τὸ μὴ ἀπορεῖν.*

k. Seguer. Reg. Felckm. 4. et 5. *διὰ τὸ ἀπορεῖν.* Alii et editi *διὰ τὸ μὴ ἀπορεῖν.*

l. Gobl. et Felckm. 1. *ἔξωθεν ἐξ ἡμῶν.*

P. 504. λόγοι καθ' ἡμέραν παρέρχονται, διὰ τὸ τοὺς πρώτους μὴ μένειν ἀλλ' ἀφανίζεσθαι, γίνεται [a]δὲ πάλιν τοῦτο, ἐπεὶ καὶ οἱ τούτων πατέρες ἄνθρωποι ὄντες παρερχομένας μὲν ἔχουσι τὰς ἡλικίας, τὰ δὲ νοήματα ἐπερχόμενα, καὶ πρὸς ἃ λογίζονται [b]καὶ ἐπιλογίζονται, τοιαῦτα καὶ φθέγγονται, ὥςτε καὶ πολλοὺς λόγους ἔχειν, καὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς μηδένα τούτων ὅλως· πέπαυται γὰρ ὁ λαλῶν καὶ ὁ λόγος εὐθὺς ἀνήλωται· ὁ δὲ τοῦ θεοῦ λόγος εἷς ἐστι καὶ ὁ αὐτός, καὶ ὡς γέγραπται· [c]ὁ λόγος τοῦ θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα διαμένει[1]), μὴ ἀλλοιούμενος, μηδὲ πρῶτος ἢ δεύτερος ἑτέρου, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἀεί. ἔπρεπε γὰρ ἑνὸς ὄντος τοῦ θεοῦ μίαν εἶναι καὶ τὴν εἰκόνα καὶ ἕνα τὸν τούτου λόγον καὶ μίαν τὴν τούτου σοφίαν.

37. Διὸ καὶ θαυμάζω, πῶς ἑνὸς ὄντος τοῦ θεοῦ οὗτοι κατὰ τὰς ἰδίας [d]ἐπινοίας πολλὰς εἰκόνας καὶ σοφίας καὶ λόγους εἰςάγουσι, καὶ ἄλλον μὲν εἶναι τὸν ἴδιον καὶ φύσει λόγον τοῦ πατρὸς λέγουσιν, ἐν ᾧ καὶ τὸν υἱὸν πεποίηκε, [e]τὸν δὲ ἀληθῶς υἱὸν κατ'
P. 505. ἐπίνοιαν μόνον λέγεσθαι λόγον, ὡς ἄμπελον καὶ ὁδὸν καὶ θύραν καὶ ξύλον ζωῆς. σοφίαν τε ὀνόματι λέγεσθαι αὐτόν φασιν, ἄλλην μέντοι εἶναι τὴν ἰδίαν καὶ ἀληθινὴν σοφίαν τοῦ πατρός, τὴν ἀγεννήτως συνυπάρχουσαν αὐτῷ, ἐν ᾗ καὶ τὸν υἱὸν ποιήσας ὠνόμασε κατὰ μετουσίαν ἐκείνης σοφίαν αὐτόν. ταῦτα δὲ οὐχ ἕως λόγων μόνον αὐτοῖς ἔφθασεν, [f]ἀλλ' Ἄρειος μὲν ἐν τῇ ἑαυτοῦ Θαλείᾳ συνέθηκεν, ὁ δὲ σοφιστὴς Ἀστέριος ἔγραψεν, ἅπερ καὶ ἐν τοῖς προτέροις εἴπομεν, οὕτως· οὐκ εἶπεν ὁ μακάριος Παῦλος Χριστὸν κηρύσσειν τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν ἢ τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν[2]), [g]ἀλλὰ δίχα τῆς τοῦ ἄρθρου προςθήκης δύναμιν θεοῦ καὶ θεοῦ σοφίαν, ἄλλην μὲν εἶναι τὴν ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ δύναμιν τὴν ἔμφυτον αὐτῷ καὶ συνυπάρχουσαν αὐτῷ ἀγεννήτως κηρύσσων, γεννητικὴν μὲν οὖσαν δηλονότι τοῦ Χριστοῦ, δημιουργικὴν δὲ τοῦ παντὸς κόσμου, περὶ ἧς ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ διδάσκων λέγει· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ [h]ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης[3])· ὥςπερ

1) Psal. 119 [118. LXX.], 89. 2) 1. Cor. 1, 24. 3) Rom. 1, 20.

a. Seguer. Basil. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. *γίνεται δὲ πάλιν*. Celeri et editi *γίνεται πάλιν*.

b. Sic Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi omittunt *καὶ ἐπιλογίζονται*.

c. Gobler. et Felckm. 1. omittunt *ὁ λόγος τοῦ θεοῦ*. Iidem et Segu. ac Felckm. 4. *διαμένει, μὴ ἀλλοιούμενος*. Editi et alii *διαμένει, καὶ μὴ ἀλλοιούμενος*. Mox *ἑτέρου* deest in Seguer. Gobler. et Felckm. 1.

d. Gobler. et Felckm. 1. *ἐννοίας*. Mox iidem et Seguer. *ἐπειςάγουσι*. Reg. et Felckmanni 5. *ἐπενόησαν*. Celeri et editi *ἐπινοοῦσι*.

e. Seguer. Basil. Reg. Anglic. Gobler. Felckmanni 1. et 4. *τὸν δὲ ἀληθῶς υἱόν, κατ' ἐπίνοιαν*. Ibidem Seguer. Angl. et Felckm. 4. addunt *μόνον*. Alii et editi *τὸν δὲ ἀληθῶς κατ' ἐπίνοιαν λέγεσθαι*.

f. Seguerian. *ἀλλ' Ἄρειος μὲν ἐν τῇ*

priora non manent, sed evanescunt. Cuius rei haec causa est, quod illorum patres, cum homines sint, fluxas habent aetates aliasque aliis succedentes cogitationes, ac qualia ipsi cogitant et meditantur, talia et loquuntur; quo fit, ut multa habeant verba, nullumque tamen illorum postea supersit. Cum enim is, qui loquitur, siluerit, eorum statim deficit verbum. Dei autem Verbum unum et idem est, et ut scriptum est: *Verbum Dei in saeculum permanet,* nec mutatur, nec primum aut secundum est, sed idem semper existit. Nempe conveniebat unius Dei unam esse imaginem, unum Verbum, unam sapientiam. P. 504.

37. Quocirca non possum non mirari, quomodo, cum unus sit Deus, illi pro suis commentis multas imagines, sapientias et verba inducant, aliudque velint esse proprium ac naturale Patris Verbum, in quo et Filium fecerit, quem Filium verum sola cogitatione Verbum putant appellari, ut vitem, viam, ianuam et lignum vitae. Sapientiam item P. 505. nomine tenus eum dici docent, aliamque propriam ac veram sapientiam Patris esse, una cum ipso existentem nec tamen genitam, in qua factum et ipsum Filium sapientiam quoque appellarit, ut qui sapientiae illius esset particeps. Haec porro non solum voce proferre ausi sunt, sed et Arius in sua edidit Thalia, et Sophista Asterius, ut etiam *supra attulimus, in hunc scripsit modum: „Non dixit beatus Paulus, „se Christum ipsam Dei virtutem vel ipsam Dei sapientiam praedicare, „sed sine pronomine virtutem Dei et Dei sapientiam, aliamque idem „ostendit esse virtutem Dei propriam et naturalem, quae non sit „genita, sed unà cum illo existat, quae et genitrix sit, Christi vide„licet et totius mundi creatrix, de qua ad Romanos ita scribit: *Invi„sibilia enim ipsius ex creatione mundi per ea, quae facta sunt, „intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus et divinitas.*

* *Vide p.* 436. [*p.* 211. *huius ed.*] *num.* 32. *ubi pro* disiunctione *lege* adiunctione *videlicet articuli* τήν, *quem hic pronomine* ipsam *commode exprimimus.* [*Haec emendatio a nobis in textum recepta est. Antea legebatur lin.* 5. *a fine:* sed absque disiunctione Dei virtutem *etc.*]

ἑαυτοῦ. Reg. αὐτοῦ. Editi et alii ἀλλὰ Ἄρειος ἐν τῇ αὐτοῦ.

g. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἢ τὴν θεοῦ σοφίαν, ἄλλην μὲν εἶναι. Mox Felckm. 5. ἰδίαν αὐτοῦ δύναμιν. Ibid. Seguer. Reg. Basil. Anglic. Felckm. 4. et 5. τὴν ἔμφυτον. Alii et editio Commel. τὴν ἔκφυτον. Item ibid. Seguer. ἀγενήτως et γενητικήν. Idem tamen paulo antea habet cum aliis mss. et editis ἀγεννήτως. Ceteri omnes mss. hic quoque habent ἀγεννήτως et γεννητικήν, ut legendum esse videtur, cum haec dictio opponatur sequenti dictioni δημιουργικὴν δὲ τοῦ παντὸς κόσμου etc. Namque Ariani Filium quoque aiebant esse γέννημα, ἀλλ' οὐχ ὡς ἓν γεννημάτων. Vide supra pag. 486. [p. 322. huius ed.] num. 19. et Praefationem generalem [p. XXII. 3.].

h. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi omittunt ἀπὸ κτίσεως κόσμου.

P. 505. γὰρ τὴν εἰρημένην ἐνταῦθα θειότητα οὐκ ἄν τις φαίη Χριστὸν εἶναι, ἀλλ' αὐτὸν ὑπάρχειν τὸν πατέρα, οὕτως οἶμαι καὶ ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης οὐχ ὁ μονογενὴς [a] υἱός, ἀλλ' ὁ γεννήσας ὑπάρχει πατήρ· ἄλλην δὲ δύναμιν καὶ σοφίαν διδάσκει θεοῦ εἶναι διὰ Χριστοῦ δεικνυμένην. καὶ μετ' ὀλίγα ὁ αὐτὸς Ἀστέριός φησι· καίτοι γε ἡ μὲν ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις [b] καὶ σοφία, ἣν ἄναρχόν τε καὶ ἀγέννητον οἱ τῆς ἀληθείας ἀποφαίνονται λογισμοί, μία ἂν εἴη [c] δήπουθεν καὶ ἡ αὐτή· πολλαὶ δὲ αἱ καθ' ἕκαστον ὑπ' αὐτοῦ κτισθεῖσαι, ὧν πρωτότοκος καὶ μονογενὴς ὁ Χριστός· πᾶσαί γε μὴν ὁμοίως εἰς τὸν κεκτημένον ἀνήρτηνται, καὶ πᾶσαι δυνάμεις αὐτοῦ τοῦ κτίσαντος καὶ χρωμένου καλοῦνται δικαίως, οἷον ὁ μὲν προφήτης τὴν ἀκρίδα, δίκην τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων θεήλατον γινομένην, οὐ δύναμιν μόνον ἀλλὰ καὶ μεγάλην φησὶν ὑπ' αὐτοῦ προςαγορεύεσθαι τοῦ θεοῦ [1]), ὁ δέ γε μακάριος Δαβὶδ ἐν πλείοσι τῶν ψαλμῶν οὐκ ἀγγέλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ δυνάμεσιν αἰνεῖν παρακελεύεται τὸν θεόν.

38. Τοῦτο δὲ καὶ μόνον φθεγξάμενοι πῶς οὐκ ἄξιοι παντὸς μίσους [d] εἰσίν; εἰ γάρ, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, οὐ διὰ τὴν ἐκ πατρὸς γέννησιν καὶ τὸ ἴδιον τῆς οὐσίας υἱός ἐστιν, ἀλλὰ διὰ τὰ λογικὰ λόγος καὶ διὰ τὰ σοφιζόμενα σοφία καὶ διὰ τὰ δυναμούμενα δύναμις P. 506. λέγεται· πάντως που καὶ διὰ [e] τοὺς υἱοποιουμένους υἱὸς ἐκλήθη, καὶ τάχα διὰ τὰ ὄντα ἔχει καὶ τὸ εἶναι κατ' ἐπίνοιαν. τί οὖν ἄρα λοιπόν ἐστιν αὐτός; οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη τούτων αὐτός, εἰ ὀνόματα μόνον ἐστὶν αὐτοῦ ταῦτα, καὶ μόνην τοῦ εἶναι φαντασίαν ἔχει, δι' ἡμᾶς καὶ τοῖς ὀνόμασι τούτοις καλλωπιζόμενος. [f] ἀλλὰ καὶ τοῦτο διαβολικὴ μᾶλλόν ἐστιν ἀπόνοια, τάχα δὲ καὶ πλεῖον, ὅτι ἑαυτοὺς μὲν ἀληθῶς ὑφεστάναι θέλουσι, τὸν δὲ τοῦ θεοῦ λόγον ὀνόματι μόνον εἶναι νομίζουσιν. πῶς δὲ οὐ τερατολογία αὐτῶν καὶ ταῦτα, λέγειν μὲν σοφίαν συνυπάρχουσαν τῷ πατρί, μὴ λέγειν δὲ [g] ταύτην εἶναι τὸν Χριστόν, ἀλλὰ πολλὰς κτιστὰς δυνάμεις καὶ σοφίας εἶναι, τούτων δὲ μίαν εἶναι τὸν κύριον, τὸν καὶ τῇ κάμπῃ καὶ τῇ ἀκρίδι [1]) παραβαλλόμενον παρ' αὐτῶν; [h] πῶς δὲ καὶ οὐ πανοῦργοι, ὅτι παρ' ἡμῶν μὲν ἀκούοντες συνυπάρχειν τὸν λόγον τῷ πατρὶ

1) Ioel. 2, 25.

a. Seguerian. υἱός ut et Nannius legit. Ceteri et editi θεός. Paulo post Seguer. διδάσκει θεοῦ εἶναι διὰ χριστοῦ. In aliis et editis deest εἶναι.

b. Sic Seguerian. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. Alii vero et editi αὐτοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. Mox Seguer. et editi ἀγένητον. Ceteri omnes mss. ἀγέννητον, quae vere hic lectio esse videtur.

c. Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. δήπουθεν. Alii et editi δήπου. Ibidem mss. καὶ ἡ αὐτή. Editi καὶ αὐτή. Seguer. ibid. et Felckm. 4. πολλαὶ δὲ αἱ καθ' ἕκαστον. In aliis et editis αἱ deest.

d. Sic mss. At εἰσιν abest ab editione

„Ut enim divinitatem, de qua hic sermo est, nemo Christum esse P. 505.
„dixerit, sed ipsum esse Patrem, ita, ut opinor, sempiterna eius virtus „et divinitas non unigenitus est Filius, sed ipse est genitor Pater. „Aliam autem virtutem et sapientiam Dei esse docet, quae per Chri-„stum apparuit." Deinde paucis interiectis pergit idem Asterius: „Quamquam sempiterna eius virtus et sapientia, quam principio carere „nec genitam esse ratio vera declarat, una certe et ipsa est. Com-„plures vero sunt sapientiae singulatim ab ipso creatae, quarum pri-„mogenitus et unigenitus est Christus, quae omnes similiter ex domino „pendent suo, eiusque virtutes, qui eas creavit et qui his utitur, iure „merito appellantur. Hinc Propheta locustam ad hominum peccata „ulciscenda divinitus immissam non virtutem tantum, sed magnam „virtutem a Deo ipso testatur appellari. Beatus item David non tan-„tum Angelos, sed etiam Virtutes ad Deum laudandum hortatur."

38. Haec cum illi vel tantum loqui audent, nonne omnium odio dignissimi sunt? Si enim, ut ipsi quidem putant, Filius est, non quia ex Patre genitus est, nec propter naturae proprietatem, sed Verbum dicitur sive Ratio ob res ratione praeditas, et sapientia propter illos, qui sapientes fiunt, potentia seu virtus eorum causa, qui potentes redduntur; denique filius eos propter, qui filii efficiuntur, fortassis P. 506.
quoque ob res, quae existunt, sola cogitatione existit. Quid ergo tandem futurus ille est? Nihil enim illorum esse dici possit ipse, si haec mera eius sunt nomina, solaque cogitatione dicendus est existere, cum nostri tantum causa huiusmodi ornetur nominibus. Sane ipsi potius censendi sunt diabolica aut etiam deteriore agitari insania, quippe qui se quidem vere existere velint, Dei autem Verbum solo nomine putent existere. An non vero monstra dicunt, cum affirmant sapientiam simul cum Patre existere, eamque Christum esse negant, sed multas aiunt virtutes creatas et sapientias esse, quarum una sit Dominus, quem cum eruca et locusta conferre non dubitant? An non etiam dolose agunt, qui cum a nobis audiunt Verbum unà cum Patre existere, con-

Commel. Ibid. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. *εἰ γὰρ ὡς αὐτοί.* Alii et editi *εἰ γὰρ καὶ ὡς αὐτοί.* Mox Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *καὶ τὸ ἴδιον.* Alii et editio Commel. *καὶ τὸ ἀΐδιον.*

e. Sic Seguer. At alii et editi *διὰ τοὺς ποιουμένους.*

f. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἀλλὰ καὶ τοῦτο.* Ceteri et editi *ἀλλὰ τοῦτο.* Mox Basil. pro *ἀπόνοια* habet *ἐπίνοια.* Ibid. Seguer. *πλέον, ὅτι αὐτούς.*

g. Seguer. *ταύτην εἶναι τὸν χριστόν.* In aliis et editis deest *εἶναι.*

h. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et editi *πῶς δὲ καὶ πανοῦργοι.* Ibid. Seguer. Reg. et Felckman. 5. *παρ' ἡμῶν μέν.* Ceteri et editi *παρ' ἡμῶν δὲ μέν.*

P.506. γογγύζουσιν εὐθὺς φάσκοντες· οὐκοῦν δύο [a] ἀγένητα λέγετε, αὐτοὶ δὲ λέγοντες τὸ ἡ ἀγένητος αὐτοῦ σοφία· οὐχ ὁρῶσι κατ' αὐτῶν φθάνουσαν ἣν αἰτιῶνται ματαίαν μέμψιν; καὶ γὰρ [b] κἀκείνη πάλιν αὐτῶν ἡ διάνοια πῶς οὐ πάνυ μωρά, λέγειν τὴν ἀγένητον συνυπάρχουσαν τῷ θεῷ σοφίαν αὐτὸν εἶναι τὸν θεόν; τὸ γὰρ συνυπάρχον οὐχ ἑαυτῷ, τινὶ δὲ συνυπάρχει, ὡς περὶ τοῦ κυρίου λέγουσιν οἱ εὐαγγελισταί, ὅτι συνῆν τοῖς μαθηταῖς· οὐ γὰρ ἑαυτῷ ἀλλὰ τοῖς μαθηταῖς συνῆν· [c] εἰ μὴ ἄρα σύνθετον εἴποιεν τὸν θεόν, ἔχοντα συμπεπλεγμένην ἢ συμπληρωτικὴν τῆς οὐσίας ἑαυτοῦ σοφίαν, [d] ἀγένητον οὖσαν καὶ αὐτήν, ἥντινα καὶ δημιουργὸν αὐτοὶ ἀντεισάγουσι τοῦ κόσμου, ἵνα καὶ τοῦ δημιουργεῖν τὸν υἱὸν ἀφέλωνται. πάντα γὰρ βιάζονται λέγειν, ἵνα μὴ περὶ τοῦ κυρίου φρονήσωσιν ἐν ἀληθείᾳ.

39. Ποῦ γὰρ ὅλως εὗρον παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ λεγόμενον, ἢ παρὰ τίνος ἤκουσαν, ὡς ὄντος ἄλλου λόγου καὶ ἄλλης σοφίας παρὰ τοῦτον τὸν υἱόν, ἵνα καὶ τοιαῦτα ἑαυτοῖς ἀναπλάσσωνται; γέγραπται μὲν γάρ· οὐχ οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ ἢ πέλυξ [e] κόπτων πέτραν[1]; καὶ ἐν ταῖς παροιμίαις· διδάξω δὲ ὑμᾶς ἐμοὺς λόγους[2]· ἀλλὰ ταῦτα ἐντολαὶ καὶ προστάγματά εἰσιν, ἃ διὰ τοῦ ἰδίου καὶ μόνου ἀληθινοῦ λόγου τοῖς ἁγίοις λελάληκεν ὁ θεός, περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ ψάλλων· ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου, ὅπως ἂν φυλάξω τοὺς λόγους σου[3]. τὰ γοῦν τοιαῦτα σημαίνων ἄλλα παρ' ἑαυτὸν εἶναι ὁ σωτὴρ καὶ δι' ἑαυτοῦ [f] εἴρηκε· τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν[4]. οὐ γὰρ δὴ οἱ τοιοῦτοι λόγοι γεννήματα ἢ υἱοί εἰσιν, οὐδὲ τοσοῦτοι δημιουργοὶ λόγοι, οὐδὲ τοσαῦται
P.507. εἰκόνες [g] τοῦ ἑνὸς θεοῦ, οὐδὲ τοσοῦτοί εἰσιν οἱ γενόμενοι ἄνθρωποι ὑπὲρ ἡμῶν, οὐδὲ ὡς ἐκ πολλῶν τοιούτων εἷς ἐστιν ὁ γενόμενος κατὰ τὸν Ἰωάννην σάρξ· ἀλλ' ὡς μόνος ὢν τοῦ θεοῦ λόγος εὐαγγελίσθη παρὰ τοῦ Ἰωάννου· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο[5]. διὸ καὶ περὶ [h] αὐτοῦ μόνου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ περὶ τῆς πρὸς τὸν πατέρα ἑνότητος αὐτοῦ γέγραπται καὶ δείκνυται τὰ μαρτύρια, τοῦ μὲν πατρὸς σημαίνοντος ἕνα εἶναι τὸν υἱόν, τῶν δὲ ἁγίων [i] μαθόντων τοῦτο καὶ λεγόντων ἕνα τὸν λόγον εἶναι καὶ τοῦτον εἶναι μονογενῆ, τά τε ἔργα τὰ δι'

1) Ierem. 23, 29. 2) Prov. 1, 23. 3) Psal. 119 [118. LXX.], 101. 4) Ioan. 6, 63. 5) Ioan. 1, 14. 3.

a. Seguer. Basil. et Anglic. ἀγένητα et mox ἡ ἀγένητος. Editi vero et alii ἀγέννητα et ἀγέννητος. Ibid. Seguerian. et Reg. τὸ addunt, quod in aliis et editis deest.

b. Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. 4. et 5. καὶ γὰρ κἀκείνη. Editi et alii καὶ γὰρ ἐκείνη. Mox Seguer. et Reg. λέγειν τὴν ἀγένητον. Basil. Anglic. et Felckm. 2. λέγειν καὶ ἀγένητον. Gobler. Felckm. 1. et 5. λέγειν τὴν ἀγέννητον. Editi et alii λέγειν μονογένητον.

tinuo his obmurmurant verbis: Igitur duo *non-facta dicitis; cum P. 506. autem ipsi aiunt non-factam eius esse sapientiam, non vident contra seipsos vanam hanc factitare accusationem? Enimvero an non etiam valde stulta est haec illorum sententia, nempe non-factam illam sapientiam simulque cum Deo existentem ipsum esse Deum? Nam quod simul existit, non secum, sed cum aliquo simul existit, ut de Domino narrant Evangelistae, eum nempe simul cum discipulis fuisse. Nec enim secum, sed cum discipulis simul erat. Nisi forte Deum velint dicere compositum, eumque permixtam habere sapientiam vel quae sit suae naturae complementum, quae ipsa quoque non-facta sit, quam et inducunt mundi creatricem, ut Filium rerum creatione spolient. Nihil enim non movent, ut nè de Domino secundum veritatem sentiant.

39. Quo enim in loco divinae Scripturae repererunt, vel a quonam audierunt, aliud verbum aliamve esse sapientiam praeter huncce Filium, ut ista sibi confingant? Scriptum quidem est: *Numquid non verba mea sunt quasi ignis et quasi securis incidens petram?* et in Proverbiis: *Docebo vos verba mea.* Verum haec praecepta et mandata sunt, quae per proprium ac solum verum Verbum Deus Sanctis edixit, de quibus sic loquitur Psalmista: *Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.* Quae quidem verba alia a se esse ipse Salvator his dictis docuit: *Verba, quae ego locutus sum vobis.* Nec enim huiusmodi verba fetus sunt aut filii, neque tot sunt creantia verba, neque tot Dei imagines, neque tot sunt pro nobis homines P. 507. facti, neque quasi ex multis talibus unum est, quod secundum Ioannem caro factum est, sed de eo ut de solo Dei Verbo a Ioanne dictum est: *Verbum caro factum est* et *omnia per ipsum facta sunt.* Itaque de solo hoc Domino nostro Iesu Christo et de eius cum Patre unitate et scripta sunt et exhibentur testimonia. Ipse enim Pater unum esse Filium declarat, quod idem didicere viri sancti, qui unum Verbum esse ipsumque esse unigenitum affirmant; id ipsum quoque probant opera

* *Vel, si aliis magis arridet,* ingenita *et mox* ingenitam *ac deinceps.*

c. Felckm. 4. *εἰ μὲν ἄρα.*

d. Seguerian. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἀγένητον.* Editi et alii *ἀγέννητον.* Mox Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *αὐτοί.* Editio Commel. *αὐτήν.* Ibid. Gobler. et Felckm. 1. *συνεισάγουσι.*

e. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At alii et edit. Commel. omittunt *ἢ πέλυξ κόπτων πέτραν.* Ibid. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. *διδάξω δὲ ὑμᾶς.* In aliis et editis deest *δέ.*

f. Seguer. Reg. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. *ἔλεγε.* Editi et alii *εἴρηκε.*

g. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *τοῦ ἑνὸς θεοῦ.* Alii et editi *τοῦ θεοῦ.*

h. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 4. At ceteri et editi *περὶ τούτου μόνου.*

i. Sic Seguer. Reg. Basil. Anglic. Gobl. Felckm. 1. 4. et 5. Alii autem et editi *μαθητῶν.* Mox Seguer. *τάτε ἔργα τὰ δι' αὐτοῦ.* Alii et editi *τάτε ἔργα δι' αὐτοῦ.*

P. 507. αὐτοῦ δείκνυται, πάντα γὰρ τά τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα δι' αὐτοῦ γέγονε καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν[1]). περὶ δὲ [a] ἑτέρου ἢ ἄλλου τινὸς οὐ φαντάζονται, καὶ ἀναπλάσσονται ἑαυτοῖς λόγους ἢ σοφίας, ὧν οὔτε ὄνομα οὔτε ἔργον σημαίνεται ἀπὸ τῆς γραφῆς ἢ παρὰ μόνων τούτων ὀνομάζεται. τούτων γάρ ἐστιν [b] ἐξεύρεμα καὶ χριστομάχος ὑπόνοια, καὶ τῷ μὲν ὀνόματι τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας καταχρῶνται, ἕτερα δὲ ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες [c] ἀρνοῦνται τὸν ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ λόγον καὶ τὴν ὄντως καὶ μόνην σοφίαν [d] τοῦ πατρὸς καὶ Μανιχαίους λοιπὸν ζηλοῦσιν οἱ ἄθλιοι. κἀκεῖνοι γὰρ τὰ μὲν ἔργα τοῦ θεοῦ βλέποντες ἀρνοῦνται αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα καὶ ἀληθινὸν θεόν, ἕτερον δὲ [e] ἑαυτοῖς ἀναπλάσσουσιν, οὗ μήτε ἔργον μήτε τινὰ μαρτυρίαν ἀπὸ τῶν θείων λογίων δεικνύειν δύνανται.

40. Οὐκοῦν εἰ μήτε [f] ἐν τοῖς θείοις λογίοις εὑρίσκεται ἄλλη σοφία παρὰ τοῦτον τὸν υἱόν, μήτε παρὰ τῶν πατέρων ἠκούσαμέν τι τοιοῦτον, [g] ὡμολόγηται δὲ καὶ γέγραπται παρὰ τούτων ἀγενήτως ἡ σοφία συνυπάρχουσα τῷ πατρί, ἰδία [h] αὐτοῦ οὖσα καὶ κόσμου δημιουργός· αὐτὸς ἂν εἴη ὁ υἱὸς ὁ καὶ κατ' αὐτοὺς ἀϊδίως συνυπάρχων τῷ πατρί. αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ δημιουργός, ὡς γέγραπται· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας[2]). καί γὰρ καὶ αὐτὸς Ἀστέριος, ὥςπερ ἐπιλαθόμενος ὧν πρότερον ἔγραψεν, ὕστερον κατὰ τὸν Καϊάφαν ἄκων καὶ αὐτὸς πρὸς Ἕλληνας ἐνιστάμενος οὐκέτι μὲν πολλὰς σοφίας οὐδὲ τὴν κάμπην ὀνομάζει, μίαν δὲ λοιπὸν [i] ὁμολογεῖ, γράφων οὕτως· εἷς μὲν [k] ὁ θεὸς λόγος, πολλὰ δὲ τὰ λογικά, καὶ μία μὲν τῆς σοφίας οὐσία τε καὶ φύσις, πολλὰ δὲ τὰ σοφὰ καὶ καλά. καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν λέγει· τίνες ἂν εἶεν οὓς παῖδας θεοῦ προσαγο-
P. 508. ρεύειν ἀξιοῦσιν; [l] οὐ γὰρ δὴ λόγους τε καὶ τούτους ὑπάρχειν φήσουσιν, οὐδὲ σοφίας εἶναι πλείονας ἐροῦσιν. οὐ γὰρ δυνατόν, ἑνὸς ὄντος τοῦ λόγου καὶ μιᾶς ἀποδειχθείσης τῆς σοφίας τῷ πλήθει τῶν παίδων τοῦ λόγου τὴν οὐσίαν [m] ἐπινέμειν καὶ τῆς σοφίας χαρίζεσθαι τὴν ἐπωνυμίαν. θαυμαστὸν τοίνυν οὐδέν, εἰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν οἱ Ἀρειανοὶ μάχονται, ὅπουγε καὶ τοῖς ἑαυτῶν [n] προς-

1) Ioan. 1, 3. 2) Psal. 104 [103. LXX.], 24.

a. Sic Segner. Anglic. Gobl. et Felckm. 1. Editi vero et alii ἑτέρων. Ibid. Felckm. 4. et Segner. ἢ ἄλλου τινὸς φαντάζονται καὶ ἀναπλάττουσιν. Idem ibidem et Reg. ac Felckm. 5. λόγους, ubi alii et editio Commel. λόγου. Item ibidem Segner. Reg. Gobler. et Felckm. 1. 4. et 5. ὧν οὔτε. Alii et editi ὧν omittunt.

b. Sic Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. At alii et editi ἐξεύρημα.

c. Felckm. 5. καὶ ἀρνοῦνται.

d. Segner. et Felckm. 4. τοῦ πατρός. Editi et alii τοῦ θεοῦ. Ibidem λοιπόν habent omnes mss., quod in editione Commel. deest.

e. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. ἑαυτοῖς. Ceteri et editi αὐτοῖς. Mox Segnerian. Goblerian. Felckm. 1. 4. 5. et Reg. τῶν θείων λογίων. Alii et editio Commel. τῶν λογίων.

f. Anglic. et Felckm. 4. ἐν ταῖς θείαις λογίοις. Gobler. et Felckm. 1. ἐν τοῖς

per ipsum facta. Siquidem res prorsus omnes sive quae videntur sive quae non videntur per ipsum factae sunt, et sine illo factum est nihil. Nihil autem de altero aut de aliquo alio cogitant, nec alia sibi fingunt verba aliasve sapientias, quarum nec nomen nec opus ullum indicat Scriptura, sed illi tantum memorant. Hoc enim eorum commentum est et mentis Christo inimicae fetus. Scilicet Verbi et Sapientiae nomine abutuntur, aliaque verba aliasve comminiscuntur sapientias, ut verum Dei Verbum veramque ac unam Patris sapientiam negent; quo utique facto Manichaeos miseri imitantur. Illi enim Dei cernentes opera eum, qui solus et verus est Deus, negant aliumque sibi ipsi fingunt, cuius nec opus nec testimonium aliquod ex divinis Scripturis queunt proferre. P. 507.

40. Igitur si in sacris litteris nulla alia praeter ipsum Filium reperitur sapientia, si nihil huiuscemodi a Patribus audivimus, si contra ipsi Patres confessi sunt ac scriptum reliquerunt, sapientiam simul cum Patre existere, nec factam esse, sed propriam eius esse, et mundi effectricem; sane nihil aliud esse potest nisi Filius, qui et ut iidem ipsi sentiunt ab aeternitate simul cum Patre existit. Siquidem ipse est opifex, uti scriptum est: *Omnia in sapientia fecisti.* Namque ipse quoque Asterius, veluti eorum oblitus, quae prius scripserat, contra Gentiles postea disputans, non secus ac Caiphas, invitus non iam multas sapientias nec erucam commemorat, sed unam esse sapientiam his verbis scribit: „Unus quidem Deus Verbum sive Ratio est, sed „res multae ratione sunt praeditae, una item sapientiae substantia et „natura est, sed res multae sapientes et bonae sunt.“ Et paucis interiectis haec addit: „Quinam fuerint, quos Dei filios appellari dignos „arbitrantur? Nec enim verba quoque illos esse, nec multas conten- P. 508.
„dent existere sapientias. Nam fieri nequit, ut cum unum sit Verbum, „unamque ostensum sit esse Sapientiam, filiorum multitudini attri„buatur natura Verbi, nomenque Sapientiae concedatur.“ Nihil ergo mirum videri debet, si Ariani cum veritate pugnent, quandoquidem

λόγοις. Reg. et Basil. ἐν θείοις λόγοις. Alii et editi ἐν τοῖς λογίοις. Mox Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. παρ' αὐτὸν τὸν υἱόν. Editi et alii παρὰ τοῦτον τὸν υἱόν.

g. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ὁμολογεῖται. Editi et alii ὡμολόγηται. Mox Reg. et Felckman. 5. ἀγεννήτως. Ceteri cum editione Commel. ἀγενήτως.

h. Seguerian. Reg. et Felckm. 5. ἰδία αὐτοῦ. Alii et editi ἰδία αὐτῷ.

i. Sic Seguer. Reg. Gobler. Felckm. 1. et 4. At ceteri et editio Commel. ὁμολογεῖν, male.

k. Seguer. εἷς μὲν θεός. Ibidem Reg. et Felckm. 5. πολλὰ δὲ τὰ λόγια. Item ibid. Seguer. καὶ μία μὲν ἡ τῆς σοφίας. Felckm. 4. ibid. οὐσία καὶ φύσις.

l. Sic Seguer. Reg. Gobler. et Felckm. 1. At editio Commel. εἰ γὰρ δὴ λόγοις. Paulo post Felckm. 2. et editi οὐδὲ γὰρ δυνατόν. Alii mss. οὐ γὰρ δυνατόν.

m. Seguer. et Reg. ἐπινέμειν. Editi et alii ἐπινέμουν; mendose.

n. Felckmanni 5. προκόπτοντες. Mox Felckm. 4. πολλὰς μὲν λέγοντες πολλὰς εἶναι.

P. 508. κόπτοντες ἀλλήλοις συμπίπτουσι, ποτὲ μὲν λέγοντες πολλὰς εἶναι σοφίας, ποτὲ δὲ μίαν ἀποφαινόμενοι, καὶ ποτὲ μὲν τῇ κάμπῃ [a] συνάπτουσι τὴν σοφίαν, ποτὲ δὲ συνυπάρχειν τῷ πατρὶ καὶ ἰδίαν αὐτοῦ λέγουσιν, καὶ ἄλλοτε μὲν ἀγένητον μόνον τὸν πατέρα, ἄλλοτε δὲ καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν [b] ἀγένητον, καὶ μάχονται μὲν ἡμῖν λέγουσιν ἀεὶ εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, αὐτοὶ δὲ λέγοντες [c] ἀγενήτως συνυπάρχειν τῷ θεῷ τὴν σοφίαν ἐπιλανθάνονται τῶν ἰδίων. οὕτως πρὸς πάντα σκοτοδινιῶσι, τὴν μὲν ἀληθινὴν σοφίαν ἀρνούμενοι καὶ τὴν μὴ οὖσαν ἐξευρίσκοντες, ὡς [d] οἱ Μανιχαῖοι πλάττοντες ἑαυτοῖς ἕτερον καὶ τὸν ὄντα θεὸν ἀρνούμενοι.

41. Ἀλλ' ἀκουέτωσαν μὲν αἱ ἄλλαι αἱρέσεις καὶ Μανιχαῖοι, [e] ὅτι εἷς ἐστιν ὁ τοῦ μὲν Χριστοῦ πατήρ, τῆς δὲ κτίσεως δεσπότης καὶ ποιητὴς διὰ τοῦ ἰδίου λόγου. ἀκουέτωσαν δὲ ἰδίᾳ καὶ Ἀρειομανῖται, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ μόνος ἴδιος καὶ γνήσιος ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὢν υἱὸς καὶ ἀχώριστον ἔχων [f] πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ τὴν ἑνότητα τῆς θεότητος, ὡς πολλάκις εἴπομεν, μαθόντες παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος. ἐπεὶ εἰ μὴ οὕτως ἔχει, διατί δι' αὐτοῦ κτίζει ὁ πατὴρ καὶ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται οἷς ἐὰν θέλῃ καὶ φωτίζει τούτους; ἢ διατί καὶ ἐν [g] τῇ τελειώσει τοῦ βαπτίσματος συγκατονομάζεται τῷ πατρὶ ὁ υἱός; εἰ μὲν γὰρ αὐτάρκης οὐκ ἔστιν ὁ πατήρ, ἀσεβὴς ἡ φωνή· εἰ δὲ αὐτάρκης, τοῦτο γὰρ θέμις εἰπεῖν, τίς ἡ χρεία τοῦ υἱοῦ ἢ εἰς τὴν δημιουργίαν ἢ εἰς τὸ ἅγιον λουτρόν; ποία γὰρ κοινωνία τῷ κτίσματι [h] πρὸς τὸν κτίστην; ἢ διατί τὸ πεποιημένον συναριθμεῖται τῷ ποιήσαντι εἰς τὴν τῶν πάντων τελείωσιν; ἢ διατί καθ' ὑμᾶς ἡ πίστις [i] εἰς ἕνα κτίστην καὶ εἰς ἓν κτίσμα παραδίδοται; εἰ μὲν γὰρ ἵνα συναφθῶμεν τῇ θεότητι, τίς χρεία τοῦ κτίσματος; εἰ δὲ ἵνα ἑνωθῶμεν τῷ υἱῷ

P. 509. κτίσματι ὄντι, περιττὴ καθ' ὑμᾶς ἡ ἐν τῷ βαπτίσματι τοῦ υἱοῦ ὀνομασία. ὁ γὰρ αὐτὸν υἱοποιήσας θεὸς ἱκανός ἐστι καὶ ἡμᾶς υἱοποιῆσαι. ἄλλωςτε εἰ κτίσμα ἐστὶν ὁ υἱός, μιᾶς οὔσης [k] τῆς φύσεως τῶν λογικῶν κτισμάτων, οὐδεμία παρὰ κτίσματος κτίσμασι βοήθεια

a. Seguer. et Felckm. 4. *συγκρίνουσι*. Alii et editi *συνάπτουσι*. Mox Seguer. Reg. Felckm. 4. et 5. *καὶ ἄλλοτε*. In aliis et editis deest *καί*. Ibidem Reg. et Felckmanni 5. *ἀγέννητον*. Alii et editi *ἀγένητον*. Item ibid. Seguer. Felckm. 1. et 5. omittunt *καί* ante *μόνον*, iidemque et Gobler. ac Felckm. 1. habent *μόνον τὸν πατέρα*. Ceteri et editi *καὶ μόνον πατέρα*. Mss. omnes ibid. *ἄλλοτε δὲ καὶ* etc. Editio Commel. *ἄλλοτε καὶ*.

b. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. *δύναμιν ἀγένητον*. Reg. Felckm. 4. et 5. *δύναμιν ἀγέννητον*. Alii et edit. Commel. *δύναμιν αὐτοῦ γενητήν*. Ibid. Felckm. 4. *καὶ μάχονται ἡμῖν*. Item ibid. Seguer. Goblerian. Felckm. 1. 4. et 5. *εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον*. Reg. *εἶναι τοῦ θεοῦ λόγον*. Editi et alii *εἶναι τὸν θεοῦ λόγον*.

c. Anglic. *ἀγενήτῳ*. Reg. et Felckm. 5. *ἀγεννήτως*. Alii et editi *ἀγενήτως*.

d. Sic Seguer. Reg. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. 4. et 5. At *οἱ* abest ab aliis et editione Commel.

e. Sic Seguer. Reg. Anglic. Goblerian. Felckm. 1. 4. et 5. Alii vero et editio

secum ipsi invicem confligunt. Modo enim complures esse sapientias P.508. asseverant, modo unam declarant esse, modo cum eruca collocant sapientiam, modo eam simul cum Patre existere propriamque eius esse fatentur, modo solum Patrem docent non-factum esse, modo eiusdem sapientiam ac virtutem non-factam quoque esse concedunt. Nobis Dei Verbum semper esse affirmantibus repugnant illi quidem, sed iidem tamen propriae sententiae obliti Sapientiam simul cum Deo existere nec factam esse consentiunt. Ita illi in omnibus laborant vertigine, veraque reiecta Sapientia aliam, quae nulla est, excogitant, non secus ac Manichaei, qui Deum, qui vere est, negantes alium sibi ipsi fingunt.

41. Verum audiant cum Manichaei tum alii haeretici, unum esse Christi Patrem, qui rerum creatarum dominus est et effector per proprium Verbum. Audiant vero speciatim Ariani, unum esse Dei Verbum, ipsumque solum, proprium et genuinum ex eiusdem natura ortum Filium esse, atque individuam divinitatis cum suo Patre unitatem habere, uti saepe diximus, idque ab ipso didicimus Salvatore. Alioquin si non ita sit, quare per ipsum creat Pater, seque in ipso quibus voluerit patefacit, illosque illuminat? Vel quare in Baptismo unà cum Patre nominatur Filius? Nam si respondeant, Patrem minime sufficere, impia est responsio. Si vero sufficere dicatur, quod utique fas est dicere, quid quaeso opus est Filio sive in rerum creatione sive in sancto lavacro? Ecqua enim rei creatae cum Creatore communitas? Aut quare id, quod factum est, cum ipso effectore coniungitur in omnium initiatione? Vel cur tandem fides secundum vos in nomine unius Creatoris uniusque rei creatae traditur? Si enim id ita fit, ut cum divinitate coniungamur, quid re creata opus est? Si vero, ut cum Filio, qui res est creata, ineamus societatem, inutiliter secundum vos P.509. Filii nomen adhibetur in Baptismo; siquidem Deus, qui Filium illum effecit, nos quoque similiter filios potest efficere. Quamquam si filius res creata est, cum rerum creatarum, quae ratione sunt praeditae,

Commel. ὅτι εἷς ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ μόνος etc. intermediis omissis.

f. Seguerian. ἔχων πρὸς τὸν πατέρα. Ceteri et editi ἔχων τὴν πρὸς τὸν πατέρα.

g. Sic Seguer. Reg. et Felckm. 4. In aliis et editis ἐν deest. Ibid. Felckm. 4. et 5. τῷ πατρὶ καὶ ὁ υἱός.

h. Sic Seguer. Reg. Gobl. Felckm. 1. et 4. At editi et alii πρὸς κτίστην. Ibid. Segu. Basil. Reg. et Felckm. 4. ἢ διατί. At ἢ abest ab aliis et editione Commel. Mox Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. εἰς τὴν πάντων.

i. Felckm. 2. et editi εἰς κτίστην. Ceteri mss. εἰς ἕνα κτίστην. Ibid. Seguerian. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 4. καὶ εἰς ἓν κτίσμα. Editi καὶ ἓν κτίσμα. Mox Seguer. Reg. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 5. συναφθῶμεν. Ceteri et editio Commel. συναφθῶσι. Ibid. Seguer. et Felckm. 4. τίς χρεία. Alii et editi τίς ἡ χρεία.

k. Seguer. οὔσης τῆς φύσεως. Gobler. Felckmanni 1. et 4. οὔσης τῆς κτίσεως. Editi et alii οὔσης φύσεως. Mox Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. γίνεται. Anglic. γένηται. Ceteri et editi γενήσεται.

P. 509. γενήσεται, διὰ τὸ πάντας δεῖσθαι τῆς [a] παρὰ τοῦ θεοῦ χάριτος. ὀλίγα μὲν οὖν προλαβόντες εἴπομεν ὡς ἀκολούθως δι᾽ αὐτοῦ γέγονε τὰ πάντα· ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος [b] ἡ ἀκολουθία πεποίηκεν ἡμᾶς μνημονεῦσαι, ἀναγκαῖον, ὥς γε νοῶ καὶ πεπίστευκα, λέγειν, οὐχ ὡς μὴ αὐτάρκους ὄντος τοῦ πατρὸς συνονομάζεται καὶ ὁ υἱός, οὐδὲ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ λόγος ἐστὶ τοῦ θεοῦ καὶ ἰδία σοφία, ἀπαύγασμά τε ὢν [c] αὐτοῦ ἀεί ἐστι μετὰ τοῦ πατρός, διὰ τοῦτο ἀδύνατον παρέχοντος τοῦ πατρὸς μὴ ἐν τῷ υἱῷ δίδοσθαι τὴν χάριν· ἐν τῷ πατρὶ γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς ὡς τὸ ἀπαύγασμα ἐν τῷ φωτί. οὐ γὰρ ὡς ἐνδεὴς ὁ θεός, [d] ἀλλ᾽ ὡς πατὴρ τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ τεθεμελίωκε τὴν γῆν [1]), καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ λόγῳ τὰ πάντα πεποίηκε, τό τε ἅγιον λουτρὸν ἐν τῷ υἱῷ βεβαιοῖ. ἔνθα γὰρ ὁ πατήρ, ἐκεῖ καὶ ὁ υἱός ἐστιν, ὡς ἔνθα τὸ φῶς, ἐκεῖ καὶ τὸ ἀπαύγασμα. καὶ ὥςπερ ἃ ὁ πατὴρ ἐργάζεται, διὰ τοῦ υἱοῦ ἐργάζεται, καὶ λέγει αὐτὸς ὁ κύριος· ἃ βλέπω τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα κἀγὼ ποιῶ [2])· οὕτως [e] καὶ τοῦ βαπτίσματος διδομένου ὃν βαπτίξει ὁ πατήρ, τοῦτον ὁ υἱὸς βαπτίζει, καὶ ὃν ὁ υἱὸς βαπτίζει, οὗτος ἐν πνεύματι ἁγίῳ τελειοῦται. πάλιν τε ὥςπερ τοῦ ἡλίου φαίνοντος [f] λέγοι ἄν τις καὶ τὸ ἀπαύγασμα φωτίζειν, ἓν γάρ ἐστι τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔστι διελεῖν οὐδὲ ἀποσχίσαι· οὕτως ἔνθα πάλιν ὁ πατήρ ἐστιν ἢ ὀνομάζεται, ἐκεῖ πάντως καὶ ὁ υἱὸς ὑπάρχει· ὀνομάζεται δὲ ἐν τῷ βαπτίσματι ὁ πατήρ, ἀνάγκη καὶ τὸν υἱὸν συγκατονομάζεσθαι.

42. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ἁγίοις ἐπαγγελλόμενος οὕτως ἔλεγεν· ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ καὶ μονὴν παρ᾽ αὐτῷ [g] ποιήσομεν [3]), καὶ πάλιν· ἵν᾽ ὡς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, κἀκεῖνοι ἓν ὦσιν ἐν ἡμῖν [4]), καὶ ἡ διδομένη δὲ χάρις μία ἐστὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐν υἱῷ διδομένη, ὡς ὁ Παῦλος [h] διὰ πάσης ἐπιστολῆς γράφει· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ [5]). δεῖ γὰρ τὸ φῶς εἶναι μετὰ τῆς αὐγῆς, καὶ τὸ ἀπαύγασμα [i] συνορᾶσθαι μετὰ τοῦ ἰδίου φωτός. ὅθεν Ἰουδαῖοι μετὰ τούτων ἀρνούμενοι τὸν υἱὸν οὐκ ἔχουσιν οὐδὲ τὸν πατέρα· [k] καταλείψαντες γὰρ τὴν πηγὴν
P. 510. τῆς σοφίας, ὡς ὀνειδίζων αὐτοὺς εἶπεν ὁ Βαρούχ [6]), ἀπέβαλον ἀφ᾽ ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐκ ταύτης σοφίαν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν

1) Prov. 3, 19. 2) Ioan. 5, 19. 3) Ioan. 14, 23. 4) Ioan. 17, 21. 5) Rom. 1, 7. et 1. Cor. 1, 3. et Eph. 1, 2 etc. 6) Bar. 3, 12.

a. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. παρὰ τοῦ θεοῦ. Alii et editi παρὰ θεοῦ.

b. Felckm. 2. et editi ἡ ἀλήθεια. Ceteri omnes mss. ἡ ἀκολουθία. Mox Felckmanni 2. et editio Commel. ὥς γε νοῦν; mendose. Alii et editi ὥς γε νοῶ.

c. Gobler. et Felckm. 1. ὢν ἐξ αὐτοῦ. Basil. idid. ἀεί ἐστι μετὰ τοῦ πατρός, φαμὲν ἐν υἱῷ δίδοσθαι. Ibid. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐν τῷ υἱῷ. Alii et editi ἐν υἱῷ.

d. Felckmanni 4. ἀλλ᾽ ὥςπερ ὁ πατήρ.

una sit natura, nullum auxilium rebus creatis ferre poterit res creata, P. 509. quippe cum omnes gratia Dei indigeant. Paucis quidem antea explicavimus, quam congruenter omnia per ipsum facta fuerint; quando vero nostra Oratione incidimus in Baptismi mentionem, necesse est respondere, ut ego quidem sentio et credo, non idcirco Filium cum Patre nominari, quasi ipse non sufficeret Pater, neque id temere et fortuito fieri, sed quia Dei Verbum est propriaque eius sapientia, semperque est cum Patre, tanquam eius splendor, hinc fieri nequit ut Patre praebente non detur in Filio gratia. Namque in Patre est Filius, ut splendor in luce. Nec enim Deus quasi indigens, sed ut Pater sua ipsius sapientia terram fundavit, et omnia Verbo, quod ex se est, fecit, sanctumque lavacrum in Filio confirmat. Ubi enim Pater est, illic est et Filius, quemadmodum ubi lux est, ibi quoque est splendor. Ac sicut ea, quae Pater efficit, per Filium efficit, quod quidem ipse Dominus his verbis testatur: Quae video Patrem facientem, haec et ego facio; ita cum confertur Baptismus, quem Pater baptizat, hunc Filius baptizat, et quem Filius baptizat, idem in Spiritu sancto initiatur. Praeterea, quemadmodum lucente sole recte dici potest splendor illuminare, cum una et eadem sit lux, quae nec dividi nec discindi possit; ita ubi Pater est vel nominatur, ibi omnino est item Filius. Quocirca cum Pater in Baptismo nominetur, in eo etiam Filium necesse est nominari.

42. Ea propter cum ipse bona Sanctis promitteret, sic ait: *Veniemus ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus,* et rursus: *Ut sicut ego et tu unum sumus, sic et illi unum sint in nobis.* Una similiter est gratia, quae a Patre in Filio datur, ut in omnibus epistolis scribit Paulus: *Gratia vobis et pax a Deo patre nostro et Domino Iesu Christo.* Necessum enim est lucem unà cum splendore esse, et splendorem cum propria luce videri. Qua de causa Iudaei, qui Filium cum istis negant, nec ipsi etiam Patrem habent. Nam cum fontem sapientiae, ut illis exprobrat Baruch, dereliquerint, sapientiam P. 510. quoque ex fonte ipso promanantem, quae est Dominus noster Iesus

Paulo post mss. *ἐν τῷ υἱῷ βεβαιοῖ.* Editio Commel. *ἐν* omittit.

P. 566. φύσιν ἔχουσι, καὶ [f]οὗτος γὰρ κἀκεῖνοι κτίσματά εἰσιν. ἄθλιοι, καὶ πλεῖον ὅσον ἐβλάβησαν κατὰ Χριστοῦ φρονήσαντες. ἐξέπεσαν γὰρ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν μὲν Ἰουδαίων προδοσίαν ὑπερέβησαν ἀρνούμενοι τὸν Χριστόν, τοῖς δὲ Ἕλλησι συγκυλίονται [g]κτίσματι καὶ διαφόροις θεοῖς λατρεύοντες οἱ θεοστυγεῖς. εἷς γὰρ θεός ἐστι καὶ οὐ πολλοί, καὶ εἷς ὁ τούτου λόγος καὶ οὐ πολλοί· θεὸς γάρ ἐστιν ὁ λόγος[1]), καὶ μόνος αὐτὸς ἔχει τὸ πατρικὸν εἶδος, ὅπερ ὢν αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐδυςώπει τοὺς Ἰουδαίους λέγων· ὁ πέμψας με πατὴρ ἐκεῖνος μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ, οὔτε φωνὴν αὐτοῦ πώποτε ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος [h]αὐτοῦ ἑωράκατε, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ὑμῖν μένοντα, ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε[2])· τὸν δὲ λόγον συνῆψε τῷ εἴδει καλῶς, ἵνα δείξῃ ὅτι ὁ τοῦ θεοῦ λόγος αὐτὸς καὶ εἰκὼν καὶ χαρακτὴρ [i]καὶ εἶδός ἐστι τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ, καὶ ὅτι οἱ τὸν λαλοῦντα μὴ δεξάμενοι Ἰουδαῖοι οὐκ ἐδέξαντο τὸν λόγον, [k]ὅςπερ ἐστὶ τὸ εἶδος τοῦ θεοῦ. τοῦτο καὶ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ ἑωρακὼς ηὐλογήθη καὶ ἀντὶ Ἰακὼβ Ἰσραὴλ ἐκλήθη παρ' αὐτοῦ, ὡς ἡ θεία γραφὴ μαρτυρεῖ λέγουσα· ἀνέτειλε

1) Ioan. 1, 1. 2) Ioan. 5, 37. 38.

a. Reg. 1. Segu. Gobler. et Felckm. 1. Ἀρειανοί. Editi et alii Ἀρειομανῖται, sed Basil. et Reg. 2. acuunt penultimam, ut etiam solent aliis in locis Reg. 1. et Seguer. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. λογιζόμεναι καὶ φρονοῦντες.

b. Reg. 1. et Seguer. ὥςπερ καὶ οὗτοι. Alii et editi ὥςπερ οὗτοι.

c. Regius 2. et Felckm. 5. ἀγέννητα. Segu. Angl. Gobler. Felckm. 1. et 5. ἀγένητα. Alii et editio Commel. ἀγέννητα.

d. Reg. 1. et Seguer. ἔχοντας τὰς φύσεις, τὸν μὲν γενητήν, τὸν δὲ ἀγένητον. Alii et editi ἔχοντας φύσεις, τὸν μὲν γενητόν, τὸν δὲ ἀγένητον. Reg. 2. ἀγέννητον.

e. Sic Reg. 1. et Seguer. At ceteri mss. ἑνὶ γενητῷ καὶ ἑνὶ ἀγενήτῳ. Editi ἑνὶ γενητῷ καὶ ἀγενήτῳ. Mox Seguer.

sententia, complures profecto deos agnoscunt; huc enim devenit eorum P.565. impietas, qui ab uno Deo desciscunt. Cur ergo Ariani ita sentientes seipsos cum Gentilibus non annumerant, cum ipsi perinde ac Gentiles rei creatae potius serviant, quam Deo omnium creatori? Verum ut credulos et simplices possint circumvenire, nomen quidem Gentilis fugiunt, sed tamen similem occulte tuentur sententiam. Siquidem acutum illud dictum, quod usurpare solent: Non confitemur duo non-facta, nonnisi ad simplicium animos in errorem inducendos excogitavere. Nam cum dicunt: Non confitemur duo non-facta, duos utique confitentur deos, qui diversas habeant naturas, hic factam, ille non-factam. Quod si Gentiles uni non-facto et multis factis serviunt, illi autem non-facto et uni facto, non eos idcirco a Gentilibus credendum est dissidere. Enimvero hic, quem factum dicunt, unus est ex multis, et multi, quos Gentiles venerantur, eandem ac iste unus habent naturam, P.566. cum et iste et illi similiter sint creati. Miseri sane illi, eoque magis quod tam perverse de Christo sentiendo non leve sibi ipsi damnum intulerint, utpote qui a veritate desciverint, et Christum negantes ipsam Iudaeorum proditionem sua superarint impietate, ita ut Deo invisi iam cum Gentilibus volutentur, rei creatae diisque diversis servientes. Unus enim est Deus, non multi, unum item eius est Verbum, non multa; nam Deus est Verbum, quod et solum paternam speciem habet. Hinc cum talis esset Salvator, Iudaeos his verbis coarguebat: *Qui misit me Pater, ille testimonium perhibuit de me; neque vocem eius unquam audistis, neque speciem eius vidistis, et Verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Bene ille Verbum cum specie coniunxit, ut ostenderet Dei Verbum imaginem, figuram et speciem sui Patris esse, Iudaeosque Verbum ipsum, quod Dei species est, non recepisse, cum eum, qui illis loquebatur, recipere noluerunt. Hunc ipsum cum vidisset Iacob Patriarcha, benedictus est, et pro Iacob Israël ab eo est appellatus, quemadmodum divina Scriptura his verbis memorat: *Sol autem ipsi*

ὅ,τε γὰρ ὁ παρ' αὐτῶν. Ibidem idem et Reg. 1. *λεγόμενος γενητὸς, εἷς ἐκ πολλῶν*. Basil. et Felckm. 1. omittunt *εἷς*. Alii et editi *λεγόμενος εἷς γενητὸς, ἐκ πολλῶν*. Item ibid. Gobler. Felckm. 1. et Reg. 2. *καὶ οἱ πολλοὶ πάλιν*.

f. Uterque Reg. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *οὗτος*. At alii et editi *οὕτως*. Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *πλεῖον*. Alii editique *πλέον*. Ibidem Reg. 1. et Seguer. *φρονήσαντες*. Ceteri et editi *φρονοῦντες*.

g. Reg. 1. et Seguer. *κτίσματι*. Alii et editi *κτίσμασι*. Mox Reg. 1. et Seguer. *εἷς γὰρ θεός ἐστι* iidemque ibidem et Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 5. *καὶ εἷς ὁ τούτου λόγος*. Alii vero et edit. Comm. *εἷς γάρ ἐστι καὶ οὐ πολλοὶ, καὶ θεός ἐστιν ὁ λόγος μόνος γὰρ οὗτος ἔχει*. At Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *θεὸς γάρ ἐστιν ὁ λόγος, καὶ μόνος αὐτὸς ἔχει*.

h. *αὐτοῦ* deest in Reg. 1. et Seguer.

i. Reg. 1. et Seguer. omittunt *καὶ εἶδός ἐστι* iidemque et Reg. 2. Gobler. Felckm. 1. *τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ*. Editi et alii *τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*.

k. Reg. uterque et Seguerian. *ὅσπερ*

p.566. δὲ ὁ ἥλιος αὐτῷ ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ[1]. τοῦτο δὲ ἦν
ὁ λέγων· ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα[2]), καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ
καὶ ὁ πατὴρ ἐν [a]ἐμοί ἐστι[3]), κἀγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[3])· οὕτω
γὰρ εἷς ἐστιν ὁ Θεός, καὶ μία ἡ εἰς τὸν πατέρα καὶ υἱὸν πίστις·
καὶ γὰρ τοῦ λόγου ὄντος Θεοῦ πάλιν κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν κύριος
[b]εἷς ἐστι[4]), τοῦ γὰρ ἑνὸς ἴδιος καὶ ἀδιαίρετός ἐστιν ὁ υἱὸς κατὰ
τὴν ἰδιότητα καὶ οἰκειότητα τῆς οὐσίας.

17. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ οὕτως ἐντραπέντες οἱ Ἀρειανοί φασιν· οὐχ
ὡς ὑμεῖς λέγετε, ἀλλ᾽ ὡς ἡμεῖς θέλομεν· ἀνατρεπόντων [c]γὰρ ὑμῶν
τὰς προτέρας ἡμῶν ἐπινοίας, ἐφεύρομεν καινοτέραν καὶ λέγομεν·
οὕτως ἐστὶν ὁ υἱὸς καὶ ὁ πατὴρ ἕν, καὶ οὕτως ἐστὶν ὁ πατὴρ ἐν
τῷ υἱῷ καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ [d]γενοί-
μεθα. τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ γέγραπται,
ὅπερ περὶ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἠξίου λέγων· πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐ-
τοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου [e]ᾧ δέδωκάς μοι, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς καὶ
p.567. ἡμεῖς[5]), καὶ πάλιν μετ᾽ ὀλίγα· οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον,
ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ, ἵνα
πάντες ἓν [f]ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν σοί, ἵνα καὶ
αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν, ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστει-
λας. [g]κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν
ἓν καθὼς καὶ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν, ἐγὼ ἐν αὐτοῖς καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα
ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, [h]καὶ ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι σύ με
ἀπέστειλας[6]). εἶτα ὥσπερ εὑρόντες πρόφασιν ἐπιλέγουσιν οἱ δό-
λιοι ταῦτα· εἰ ὥσπερ ἡμεῖς ἐν τῷ πατρὶ γινόμεθα ἕν, οὕτω καὶ
αὐτὸς [i]καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐστιν, καὶ οὕτως ἐν τῷ πατρί ἐστι καὶ αὐ-
τός, πῶς ὑμεῖς ἐκ τοῦ λέγειν αὐτόν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν,
καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, ἴδιον καὶ ὅμοιον τῆς
τοῦ πατρὸς οὐσίας αὐτὸν φάσκετε; ἀνάγκη γὰρ ἢ καὶ ἡμᾶς ἰδίους

1) Genes. 32, 32 [31. LXX.]. 2) Ioan. 14, 9. 10. 3) Ioan. 10, 30. 4) Deuter. 6, 4. 5) Ioan. 17, 11. 6) Ioan. 17, 20—23.

Editi et alii ὅπερ. Mox Reg. 1. et Segu. τοῦτο καί etc. Editi aliique τοῦτον καί etc.

a. Reg. 1. et Seguer. ἐμοί ἐστι. In aliis et editis ἐστι deest. Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. εἷς ἐστιν ὁ Θεός. Editi et alii εἷς Θεός ἐστι. Ibidem Reg. 1. et Seguer. καὶ εἰς υἱὸν πίστις.

b. Reg. 1. et Seguer. Gobler. et Felckm. 1. κύριος εἷς ἐστι. Ceteri et editi κύριός ἐστι.

c. Sic uterque Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At in aliis et editis deest γάρ. Mox Seguer. ἐφεύρομεν καινότερον. Reg. 2. καινοτέραν. Editi et alii καινό-τερα.

d. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. γενοίμεθα. Reg. 2. γενώμεθα. Ceteri et editi γινόμεθα. Paulo post Reg. 1. et Seguer. ὅπερ περὶ ἡμῶν ὁ Χριστός. Editi ὃ περὶ ἡμῶν ὁ κύριος.

e. Sic Reg. 1. et 2. Seguerian. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 2. ut et in Oxoniensi editione novi Testamenti [(cur. I. Fell) Ox. 1675.] habent multi mss. ubi ms. Cantabrig. et versio Gothica ὃ habent. Editi vero et alii οὓς δέδωκας etc. Ibid. Reg. 1. Seguer. Basil. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. καθὼς καὶ ἡμεῖς. Alii et editio Commel. καθὼς ἡμεῖς. Post ἡμεῖς editi et aliquot mss. addunt ἕν. At abest

exortus est, quando transivit **Speciem Dei.* Haec porro ille erat P. 566.
qui dicebat: *Qui vidit me, vidit Patrem*, et *Ego in Patre et Pater in me est*, et *Ego et Pater unum sumus*. Ita enim Deus unus est, unaque est fides in Patrem et Filium. Quocirca cum Verbum sit Deus, rursus sequitur ut Dominus Deus noster Dominus unus sit, quippe qui secundum naturae proprietatem proprius et individuus sit unius Filius.

17. Verum nec his frangitur Arianorum impudentia, sed sic illi respondent: „Non uti vos dicitis, sed ut nos volumus. Nam etsi ea, „quae a nobis primo fuerant excogitata, evertistis; attamen recentius „aliquid invenimus, quod huiusmodi est. Ita scilicet Pater et Filius „unum sunt, et ita Pater est in Filio et Filius in Patre, quemadmodum „nos quoque in illo existimus. Hoc enim in Ioannis Evangelio scri„ptum est, ubi Christus haec pro nobis postulare non est gravatus: „*Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quod dedisti mihi, ut sint* „*unum, sicut et nos*. Et rursus paulo post: *Non pro eis autem* P. 567.
„*rogo tantum, sed et pro eis, qui credunt per verbum eorum in me,* „*ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi* „*in nobis unum sint; ut mundus credat, quia tu me misisti, et ego* „*gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos* „*unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint perfecti in unum, et* „*ut cognoscat mundus, quia tu me misisti.*“ Quibus illi innixi verbis sic subdole assumunt: „Si quemadmodum nos in Patre unum efficimur, „ita et ille et Pater unum sunt, hocque modo ipse est in Patre; cur „vos ex his eius verbis: *Ego et Pater unum sumus*, et *Ego in* „*Patre et Pater in me est*, eum proprium et similem naturae Patris

* Sic vertimus, non vero *Species Dei*. Nam nomen loci est quem pertransivit Iacob oriente sole. In Vulgata legitur *Phanuel*, et in Hebraeo פְּנוּאֵל et versu 30. [LXX.] פְּנִיאֵל, id est Facies sive Species Dei.

a Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. nec legit Nannius, nec exstat in Ioannis Evangelio. Item ibidem Reg. 1. et Segu. καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα. In aliis et editis deest πάλιν.

f. Regius 1. ἓν ὦσιν, ἵνα ὁ κόσμος omissis intermediis. Seguer. item Gobler. Felckm. 1. nec non Scriptura ἵνα ὁ κόσμος. Ceteri et editi ἵνα καὶ ὁ κόσμος. Item ibidem Anglic. post ἐν ἡμῖν omittit ἓν quod etiam abest a ms. Cantabrig.

g. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. κἀγὼ τὴν δόξαν. At alii et editio Commel. καὶ τὴν δόξαν. Sed haec verba et sequentia usque ad ἀπέστειλας desunt in Basil. Paulo post Reg. uterque, Seguer. Anglic. Gobler. Felckm. 1. et 5. καθὼς καὶ ἡμεῖς. Ceteri et editio Commel. καθὼς ἡμεῖς. Ibidem Reg. 1. 2. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. post ἓν omittunt ἐσμεν quod in aliis et editis habetur.

h. καί deest in utroque Reg. Seguer. et ms. Cantabrig. Paulo post Gobler. et Felckm. 1. ἵνα ὥσπερ εὑρόντες. Ibidem Reg. 1. et Seguer. ἐπιλέγουσιν οἱ δόλιοι ut et legit Nannius. Ceteri et editi ἐπιλέγουσιν οἱ ἄθλιοι.

i. Reg. 1. et Seguer. καὶ αὐτὸς καὶ ὁ πατήρ ἐστιν ἕν, καὶ οὕτως ἐν τῷ πατρί atque ita legit Nannius. Alii et editi καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἕν ἐστι, καὶ οὕτως ἓν ἐν τῷ πατρί.

P.567. εἶναι τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, ἢ κἀκεῖνον ἀλλότριον εἶναι, ὥςπερ καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἀλλότριοι. ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι ληροῦντες φλυαροῦσιν, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἕτερον [a]ἐν τῇ τοιαύτῃ αὐτῶν κακονοίᾳ βλέπω, ἢ ἀλόγιστον τόλμαν καὶ διαβολικὴν ἀπόνοιαν, λεγόντων καὶ αὐτῶν κατ' ἐκεῖνον· εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμεθα, ἐσόμεθα ὅμοιοι τῷ ὑψίστῳ[1]), τὰ γὰρ κατὰ χάριν διδόμενα τοῖς ἀνθρώποις, ταῦτα θέλουσιν ἴσα τῆς τοῦ διδόντος εἶναι θεότητος. ἀκούοντες γοῦν υἱοὺς [b]χρηματίζοντας τοὺς ἀνθρώπους ἐνόμισαν καὶ ἑαυτοὺς ἴσους εἶναι τοῦ ἀληθινοῦ καὶ φύσει υἱοῦ, καὶ νῦν πάλιν ἀκούοντες τοῦ σωτῆρος· ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς καὶ ἡμεῖς, πλανῶσιν ἑαυτοὺς καὶ θρασυνόμενοι νομίζουσιν οὕτως ἔσεσθαι [c]ἑαυτούς, ὡς ἔστιν ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, οὐχ ὁρῶντες τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης οἰήσεως γενόμενον τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου πτῶμα.

18. Εἰ μὲν οὖν, ὡς πολλάκις εἴπομεν, ὁ αὐτός ἐστιν ἡμῖν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ οὐδὲν ἡμῶν διαφέρει [d]ἢ χρόνῳ· ἔστω ἡμῖν ὅμοιος, καὶ τὴν αὐτὴν ἐχέτω χώραν παρὰ τῷ πατρί, ἣν καὶ ἡμεῖς ἔχομεν, καὶ μήτε μονογενὴς μήτε μόνος λόγος [e]ἢ σοφία τοῦ πατρὸς λεγέσθω, ἀλλὰ κοινὸν ἔστω κατὰ πάντων ἡμῶν τῶν ὁμοίων τὸ αὐτὸ ὄνομα. δίκαιον γάρ, ὧν [f]ἐστι φύσις μία, τούτων εἶναι καὶ τὸ ὄνομα κοινόν, κἂν τοῖς χρόνοις ἀλλήλων διαφέρωσιν. ἄνθρωπος γὰρ ὁ Ἀδάμ, ἄνθρωπος [g]δὲ καὶ ὁ Παῦλος, ἄνθρωπος δὲ καὶ ὁ νῦν γεννώμενος, καὶ οὐχ ὁ χρόνος ἀλλοιοῖ τὴν φύσιν τοῦ γένους. εἰ τοίνυν καὶ ὁ λόγος χρόνῳ μόνον ἡμῶν διαφέρει, ἔδει καὶ ἡμᾶς
P.568. ὡς ἐκεῖνον εἶναι. ἀλλ' οὔτε ἡμεῖς λόγος ἢ σοφία, οὔτε ἐκεῖνος [h]κτίσμα ἢ ποίημα τυγχάνει ὤν· ἐπεὶ διατί οἱ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς γεγόναμεν, καὶ μόνος ἐστὶν αὐτὸς λόγος; ἀλλὰ γὰρ εἰ καὶ ἐκείνους [i]λέγειν τοιαῦτα πρέπει, ἀλλ' ἡμῖν ἀπρεπὲς ἐνθυμεῖσθαι τὰς ἐκείνων βλασφημίας. [k]καὶ εἰ καὶ οὐδὲ περιεργάζεσθαί τι τῶν ῥητῶν ἐχρῆν πρὸς τὴν οὕτω φανερὰν καὶ εὐσεβῆ διάνοιαν καὶ τὴν ἐν ἡμῖν ὀρθὴν πίστιν· ὅμως ἵνα καὶ ἐντεῦθεν δειχθῶσιν ἀσεβεῖς, φέρε συντόμως, ὡς παρὰ τῶν πατέρων μεμαθήκαμεν, ἐκ τοῦ ῥητοῦ τὴν ἑτεροδοξίαν ἐκείνων ἐλέγξωμεν. ἔθος τῇ θείᾳ [l]γραφῇ τὰ κατὰ φύ-

1) Esai. 14, 13. 14.

a. Sic uterque Reg. et Seguer. At alii et editi ἐν τοιαύτῃ. Mox Reg. 1. et 2. Gobler. et Felckm. 1. ἢ ἀλόγιστον τόλμαν. Ceteri et editio Commel. ἢ ἀλόγιστον πόλεμον. Ibid. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. λεγόντων καὶ αὐτῶν. Alii et editi λεγόντων αὐτῶν. Item ibidem Reg. 1. et Seguer. omittunt εἰς τὸν οὐρανόν.

b. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. χρηματίζοντας. Editi χρηματίζειν.

c. Reg. 1. et Seguer. ἑαυτούς. Alii et editi αὐτούς.

d. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἢ χρόνῳ. Ceteri et editi ἢ μόνῳ χρόνῳ.

e. Felckm. 5. μήτε σοφία.

f. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἐστι φύσις. Editi et alii ἐστιν ἡ φύσις. Mox Reg. 1. et Seguer. κἂν τοῖς

„esse concluditis? Siquidem necesse est, vel nos etiam naturae Patris P. 557.
„proprios esse, vel illum alienum esse, sicuti nos alieni sumus.“ En quae illi effutiunt. Ego vero nihil aliud in tanta illorum perversitate perspicio praeter inconsideratissimam temeritatem diabolicamque dementiam. Videntur enim perinde ac diabolus dicere: In caelum ascendemus, similes altissimo erimus; quippe qui ea, quae gratis donantur hominibus, donantis divinitati velint esse aequalia. Quia enim homines filios appellari audierunt, se etiam vero et naturali filio aequales esse arbitrati sunt, qui iidem his Salvatoris verbis auditis: *ut sint unum sicut et nos*, se iterum decipiunt, sicque seipsos futuros esse arroganter existimant, ut Filius in Patre et Pater in Filio est, nec attendunt huiusmodi cogitationem causam casus et ruinae sui patris diaboli fuisse.

18. Itaque, ut saepe diximus, si Dei Verbum idem ac nos est, nihilque a nobis differt nisi solo tempore; per me licet, esto nostri similis, eundemque locum apud Patrem occupet, quem nos obtinemus, nec unigenitus nec solum Verbum vel Patris Sapientia appelletur, sed idem quoque nobis omnibus ut pote similibus concedatur nomen. Par enim est horum commune esse nomen, quorum una est natura, etiamsi aetate inter se differant. Hinc homo est Adam, homo similiter Paulus, homo item qui modo gignitur, nec intervallis temporum immutari potest natura generis. Quocirca si etiam solo tempore a nobis differt Verbum, necesse omnino est nos similes eius esse. Verum neque P. 558.
nos Verbum aut Sapientia sumus, neque Verbum creatum est aut factum. Alioquin si omnes ex uno facti sumus, quare ipsum solum est Verbum? Sed si talia eos loqui decet, nos certe illorum impietates vel solum cogitare dedecet. Etsi vero nihil opus est verba illa curiosius expendere, cum tam aperte nihil nisi pium significent, rectaque sit nostra fides; ut tamen inde etiam impios illos esse appareat, age ex hoc ipso loco breviter, ut a Patribus edocti sumus, eorum haeresim refutare ne gravemur. Mos est divinae Scripturae res naturales

χρόνοις iidemque et Gobler. et Felckm. 1. *ἀλλήλων διαφέρωσιν*. Alii et editi *εἰ καὶ τοῖς χρόνοις ἀλλήλων διαφέρουσιν*.

g. *δὲ* hic et mox post *ἄνθρωπος* deest in Gobler. et Felckm. 1.

h. Reg. 1. et Segu. *κτίσμα ἢ ποίημα*. Editi et alii *κτίσμα καὶ ποίημα*. Ibidem uterque Reg. et Seguer. *ἐπεὶ διατί οἱ πάντες*. Felckm. 2. et editio Commel. *ἐπεὶ διατί οὐ πάντες*. Item ibid. Reg. 1. et Seguer. *ἐκ τοῦ ἑνός*. Alii et editi *διὰ τοῦ ἑνός*.

i. Uterque Reg. et Felckm. 5. *ἀκούειν*. Alii et editi *λέγειν*.

k. Sic Reg. 1. et Seguer. At Reg. 2. *καὶ εἰ οὐδέ*. Alii et editi *βλασφημίας. οὐδέ περιεργάζεσθαι* etc.

l. Sic Reg. 1. Segu. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi omittunt *θείᾳ*. Mox ante *εἰκόνας* in editione Commel. *εἰς* deest. Eadem editio cum mss. Reg. secundo, Gobler. et Felckm. 1. et 2. *λαμβάνει*. Reg. 1. vero Seguer. Basil. Anglic. et Felckm. 5. *λαμβάνειν*.

P. 568. σιν ὄντα πράγματα ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις εἰς εἰκόνας καὶ παραδείγματα λαμβάνειν. τοῦτο δὲ ποιεῖ, ἵν' ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἐκείνων τὰ ἐκ προαιρέσεως φαίνηται τῶν ἀνθρώπων κινήματα, καὶ οὕτως ἢ φαῦλος ἢ δίκαιος ὁ τούτων δείκνυται τρόπος. ἐπὶ μὲν [a] οὖν τῶν φαύλων ὡς ἐὰν παραγγέλλῃ· μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις[1]), ἢ καὶ ὅταν μεμφόμενος τοὺς οὕτω γενομένους λέγῃ· ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς[2]), καὶ πάλιν· ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν[3]), καὶ ὁ σωτὴρ δὲ τὸν [b] μὲν Ἡρώδην δεικνὺς ὁποῖός ἐστιν ἔλεγεν· εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ[4]), τοῖς δὲ μαθηταῖς παρήγγελλεν· ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί[5])· ἔλεγε δὲ τοῦτο, οὐχ ἵνα τῇ φύσει [c] γενώμεθα κτήνη ἢ γενώμεθα ὄφεις καὶ περιστεραί, οὐ γὰρ οὕτως ἡμᾶς αὐτὸς πεποίηκεν, διὸ οὐδὲ τοῦτο οἶδεν ἡ φύσις, ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς τῶν μὲν τὰς ἀλόγους ὁρμὰς φεύγωμεν, τοῦ δὲ τὸ φρόνιμον [d] ἵνα γινώσκοντες μὴ ἀπατώμεθα παρ' αὐτοῦ, καὶ τῆς περιστερᾶς τὸ πρᾷον ἀναλάβωμεν.

19. Ἐπὶ δὲ τῶν θείων πάλιν εἰκόνας [e] τοῖς ἀνθρώποις λαμβάνων φησὶν ὁ σωτήρ· γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς οἰκτίρμων ἐστί[6]), καί· ἔσεσθε ὑμεῖς τέλειοι, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν[7]). ἔλεγε δὲ καὶ τοῦτο, οὐχ ἵνα γινώμεθα πάλιν ὡς ὁ πατήρ (γενέσθαι γὰρ ἡμᾶς ὡς ὁ πατὴρ ἀδύνατον κτίσμα ὄντας καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος [f] εἰς τὸ εἶναι γενομένους), ἀλλ' ὥςπερ οὐχ ἵνα μὴ γενώμεθα κτήνη παρήγγειλε· μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος, ἵνα δὲ μὴ τὸ ἄλογον ἐκείνων μιμησώμεθα, οὕτως οὐχ ἵνα γενώμεθα ὡς ὁ θεὸς ἔλεγε· γίνεσθε οἰκτίρμονες ὡς ὁ πατήρ, ἀλλ' ἵνα πρὸς τὰς εὐεργεσίας ἐκείνου βλέποντες ἃ ποι-
P. 569. οῦμεν καλὰ μὴ δι' ἀνθρώπους, ἀλλὰ [g] δι' αὐτὸν ποιῶμεν, ὥςτε παρ' αὐτοῦ καὶ μὴ παρ' ἀνθρώπων τὸν μισθὸν ἔχειν. ὡς γὰρ ἑνὸς ὄντος υἱοῦ φύσει καὶ ἀληθινοῦ καὶ μονογενοῦς, γινόμεθα καὶ ἡμεῖς υἱοί, οὐχ ὡς ἐκεῖνος φύσει καὶ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ κατὰ χάριν τοῦ καλέσαντος, καὶ ἄνθρωποι τυγχάνοντες ἀπὸ γῆς θεοὶ χρηματίζομεν, οὐχ ὡς ὁ ἀληθινὸς [h] θεὸς ἢ ὁ τούτου λόγος, ἀλλ' ὡς ἠθέλησεν ὁ

1) Psal. 32 [31. LXX.], 9. 2) Psal. 49 [48. LXX.], 13. 3) Ierem. 5, 8. 4) Luc. 13, 32. 5) Matth. 10, 16. 6) Luc. 6, 36. 7) Matth. 5, 48.

a. Sic Reg. 1. et Seguer. In aliis autem et editis deest οὖν.

b. Gobler. et Felckm. 1. μέν omittunt. Mox Reg. 1. et Segu. τοῖς δὲ μαθηταῖς παρήγγελλεν. Gobler. et Felckm. 1. τοῖς δὲ μαθηταῖς ἔλεγεν.

c. Sic Reg. 1. et Seguer. At Gobler. et Felckm. 1. γινόμεθα κτήνη ἢ ὄφεις. Sic item Anglic., sed recte habet γενώμεθα. Alii et editi γινώμεθα ὄφεις καὶ περιστεραί.

d. Seguer. τοῦ δὲ τὸ φρόνιμον ἀναγινώσκοντες.

e. Reg. 1. et Felckm. 5. τοὺς ἀνθρώπους. Paulo post Reg. 1. et Seguerian.

hominibus in similitudinem et exemplum proponere, ut nimirum ex P.568. illis motus hominum, qui ex voluntate oriuntur, fiant manifesti, atque hoc pacto eorum mores vel malos vel bonos esse ostendatur. Hinc malos mores perstringit cum ait: *Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus*, vel cum eos, qui tales iam sunt effecti, his obiurgat verbis: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est cum iumentis intellectu destitutis et similis factus est illis*, et rursus: *Equi salaces facti sunt.* Salvator quoque qualis esset Herodes hisce verbis indicavit: *Dicite vulpi illi.* Haec item ad discipulos aiebat: *Ecce mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae*; quibus utique verbis non nos hortabatur, ut pecora, serpentes vel columbae natura efficeremur, cum ipse nos tales non fecerit, ac proinde id natura fieri non queat; sed ut ferinos illorum devitaremus impetus, et cognita serpentis prudentia nos ab ipso non sineremus decipi, ac denique ut columbae mansuetudinem amplecteremur.

19. Ex rebus similiter divinis exempla hominibus proponit Salvator. *Estote*, inquit, *misericordes, sicut Pater vester caelestis misericors est*, et: *Eritis vos perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est.* Haec autem dicebat, non ut nos tales efficeremur, qualis est Pater; nam id fieri nequit, cum et creati et ex nihilo facti simus. Verum quemadmodum cum ait: *Nolite fieri sicut equus*, non nos cavere iussit, ne iumenta efficeremur, sed ne eorum imitaremur feritatem; ita non ut Dei similes efficeremur dixit: *Estote misericordes sicut Pater*, sed ut ad eius beneficia attendentes quae agimus bona non propter homines sed propter ipsum agamus, atque ita ab ipso P.569. non ab hominibus mercedem consequamur. Ut enim tametsi unus ipse est natura Filius verus et unigenitus, nos tamen filii quoque efficimur, non ut ille quidem re et natura, sed vocantis duntaxat gratiâ, ut item quamvis homines terreni simus, dii nihilominus appellamur, non quidem sicut verus Deus eiusque Verbum, sed ut Deo id donanti

πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων. Gobler. et Felckm. 1. ibidem *οἰκτίρμων ἐστιν ἔλεγε δὲ τοῦτο* omissis intermediis. Iidem ibidem et uterque Reg. et Seguer. *οὐχ' ἵνα γενώμεθα.* Editi *γινώμεθα.*

f. Reg. 1. et Seguer. omittunt *εἰς τὸ εἶναι.* Iidem ibid. et Gobler. et Felckm. 1. *ἀλλ' ἵν' ὥςπερ.* Alii et editi *ἀλλ' ὥςπερ.* Mox Seguer. et Reg. 2. *μὴ γίνεσθαι.* Ibid. Reg. 2. Gobler. et Felckm. 1. *ἵνα μὴ τό.* Anglic. *ἀλλ' ἵνα μὴ τό.* Ceteri et editi *ἵνα δὲ μὴ τό.* Paulo post Reg. 1. et Seguer. *γενώμεθα ὡς ὁ θεός.* Alii et editi *γινώμεθα ὡς ὁ θεός.*

g. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *δι' αὐτὸν ἐκεῖνον.* In aliis et editis deest *ἐκεῖνον.* Ibid. Seguer. *ποιοῦμεν.* Paulo post Reg 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ὄντος υἱοῦ.* Alii et editi *ὄντος τοῦ υἱοῦ.* Mox editio Commel. *γινώμεθα καὶ ἡμεῖς.* Mss. vero *γινόμεθα* etc.

h. Sic uterque Regius, Seguer. Gobler. et Felckm. 1. In aliis autem et editis deest *θεός.*

P. 569. τοῦτο χαρισάμενος θεός· οὕτω καὶ ὡς ὁ θεὸς οἰκτίρμονες [a]γινόμεθα, οὐκ ἐξισούμενοι τῷ θεῷ οὐδὲ φύσει καὶ ἀληθινοὶ εὐεργέται γινόμενοι (οὐ γὰρ ἡμῶν εὕρεμα τὸ εὐεργετεῖν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ), ἵνα δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ κατὰ χάριν εἰς ἡμᾶς γενόμενα ταῦτα καὶ ἡμεῖς μεταδιδῶμεν εἰς ἑτέρους, μὴ διακρινόμενοι, ἁπλῶς δὲ εἰς πάντας ἐκτείνοντες τὴν εὐποιΐαν· κατὰ τοῦτο γὰρ μόνον δυνάμεθά πως αὐτοῦ μιμηταὶ [b]γενέσθαι, καὶ οὐκ ἄλλως, ὅτι τὰ παρ' αὐτοῦ διακονοῦμεν ἀλλήλοις. ὥςπερ δὲ ταῦτα καλῶς καὶ ὀρθῶς διανοούμεθα, οὕτως καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην ἀνάγνωσμα τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν. οὐ γὰρ ὡς ἔστιν ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, οὕτως ἵνα καὶ ἡμεῖς [c]γενώμεθά φησι· πόθεν, ὅπου γε ὁ μὲν λόγος καὶ σοφία τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἡμεῖς δὲ ἐκ γῆς ἐπλάσθημεν, καὶ ὁ μὲν φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ λόγος καὶ θεὸς ἀληθινός ἐστιν (οὕτω γὰρ [d]καὶ ὁ Ἰωάννης φησίν· οἴδαμεν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν θεόν· καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος[1])), ἡμεῖς δὲ θέσει καὶ χάριτι υἱοποιούμεθα δι' αὐτοῦ, μετέχοντες τοῦ πνεύματος αὐτοῦ; ὅσοι γάρ, φησίν, ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ[2]). διὸ καὶ αὐτὸς μέν ἐστιν ἡ ἀλήθεια, λέγων· ἐγώ εἰμι [e]ἡ ἀλήθεια[3]), ὅτε καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ προςομιλῶν ἔλεγεν· ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν[4]), ἡμεῖς δὲ κατὰ μίμησιν γινόμεθα ἐνάρετοι καὶ υἱοί.

20. Οὐκοῦν οὐχ ἵνα ὡς αὐτὸς [f]γινώμεθα ἔλεγεν· ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς καὶ ἡμεῖς, ἀλλ' ἵνα ὥςπερ ἐκεῖνος λόγος ὢν ἐστιν ἐν τῷ ἰδίῳ πατρί, οὕτως ἵνα καὶ ἡμεῖς τύπον τινὰ λαβόντες καὶ εἰς ἐκεῖνον βλέποντες γενώμεθα ἓν πρὸς ἀλλήλους τῇ ὁμοψυχίᾳ καὶ τῇ τοῦ πνεύματος ἑνότητι, μὴ [g]διαφωνῶμέν τε ὡς οἱ Κορίνθιοι, τὸ αὐτὸ δὲ φρονῶμεν ὡς οἱ ἐν ταῖς πράξεσι πεντακιςχίλιοι, οἵ τινες
P. 570. ὡς εἷς ἐτύγχανον ὄντες. ὡς γὰρ υἱοί, [h]οὐχ ὡς ὁ υἱός, καὶ θεοί, οὐχ ὡς αὐτός, καὶ οἰκτίρμονες ὡς ὁ πατήρ, οὐχ ὡς ὁ πατήρ. ἀλλ' ὥςπερ εἴρηται, οὕτως γινόμενοι ἕν, καθὼς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός,

1) 1. Ioan. 5, 20. 2) Ioan. 1, 12. 3) Ioan. 14, 6. 4) Ioan. 17, 17.

a. Reg. 1. et Seguer. ἐγινόμεθα. Felckmanni 5. γενώμεθα. Ceteri et editi γινόμεθα. Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. εὕρεμα τὸ ευεργετεῖν etc. ut in contextu habetur. At alii et editio Commelin. εὕρημα τὸ εὐεργετεῖν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ εἰς ἡμᾶς κατὰ χάριν γινόμενον· ἵνα δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ταῦτα καὶ ἡμεῖς μεταδιδῶμεν etc. Ibid. Reg. 1. et Seguer. habent γινόμενα et καὶ εἰς ἑτέρους; alii et editi γενόμενα qui et καί omittunt.

b. Reg. 1. et Seguer. γίνεσθαι. Editi et alii γενέσθαι.

c. Goblerian. et Felckm. 1. οὕτως καὶ ἡμεῖς γενόμεθά φησι. Ibidem iidem et Reg. 1. ac Seguer. ὅπου γε ὁ μὲν λόγος. Reg. 2. ὅπου ὁ μὲν λόγος. Ceteri et editi

visum est; ita etiam, sicut Deus, misericordes efficimur, non quidem ipsi Deo exaequati vel naturâ et revera benefici facti, cum non nostrum sed Dei sit benefacere, sed ut ea, quae Deus gratis nobis tribuit, aliis absque delectu impertiamur, in omnesque prorsus beneficentiam extendamus. Siquidem ea tantum ratione, non alia, possumus eius esse quodammodo imitatores, cum ipsius dona nobis invicem subministramus. Ut igitur ista hoc modo recte et bene intelliguntur, sic locus ex Ioanne allatus aliud nihil significat. Nec enim ait, ut Filius est in Patre, ita nos in illo esse. Qui enim id fieri queat, cum ille sit Verbum et sapientia Dei, nos autem ex terra formati simus, cum inquam ille naturâ et substantiâ sit Verbum et Deus verus, uti scribit Ioannes: *Scimus quoniam Filius Dei venit et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et sumus in vero, in Filio eius Iesu Christo; hic est verus Deus et vera vita,* nos autem nonnisi adoptione et gratia eiusdem Spiritus facti participes filii per ipsum efficiamur? *Quotquot* enim, inquit, *receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomen eius.* Hinc ille quidem est veritas, ut testatur ipse: *Ego sum veritas,* qui idem Patrem alloquens ait: *Pater, sanctifica eos in veritate: Verbum tuum veritas est*; nos vero sola tantum imitatione cum praediti virtute tum filii efficimur. P. 569.

20. Non ergo ut sui similes efficeremur ait: *Ut unum sint sicut et nos*, sed ut quemadmodum ille tanquam Verbum est in proprio Patre, ita et nos secundum aliquam similitudinem in ipsumque intuentes unum inter nos animorum concordia et consensu efficiamur, nec dissideamus ab invicem ut Corinthii, sed idem omnino sentiamus, ut in Actibus de quinque illis millibus legitur, qui omnes veluti unus erant. Hinc dicitur ut filii, non ut Filius, et dii, non ut ipse, miseri- P. 570.
cordes ut Pater, non vero ut Pater. Verum ita unum, quemadmodum dictum est, sicut Pater et Filius effecti non eo modo erimus, quo

ὅπου ὁ μὲν ὁ λόγος.

d. Reg. 1. et Seguer. *οὕτω γὰρ ὁ Ἰωάννης.* Alii et editi *οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἰωάννης.* Paulo post Reg. 2. Basil. et Anglican. *καὶ δέδωκεν ἡμῖν.* Ibidem in Regio 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. post *ἀληθινόν* deest *θεόν* ut et quae mox sequuntur verba *οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος.*

e. Sic uterque Reg. et Seguer. In aliis et editis *ἡ* deest. Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *προςομιλῶν.* Alii et editi *συνομιλῶν.*

f. Reg. 1. et Seguer. *γινώμεθα* et mox *καθὼς καὶ ἡμεῖς.* At alii et editi *γενώμεθα* et *καθὼς ἡμεῖς.*

g. Anglic. et Felckm. 2. et 5. *διαφωνοῦμεν,* iidemque ibidem et Reg. 1. et Seguer. *ὡς Κορίνθιοι.*

h. Reg. 2. Gobler. et Felckm. 1. *οὐχ ὡς υἱός.* Ibidem Gobler. et Felckm. 1. *οὐχ ὡς ὁ αὐτός.*

P.570. οὐχ οὕτως ἐσόμεθα, ὡς ἔστι φύσει ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ἀλλ' ὡς ἔχομεν φύσεως καὶ δυνατὸν ἡμῖν ἐστιν ἐκεῖθεν τυπωθῆναι καὶ μαθεῖν πῶς ὀφείλομεν ἓν [a]γενέσθαι, ὥςπερ καὶ τὸ οἰκτείρειν ἐμάθομεν. τὰ γὰρ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια πέφυκε τὴν ἕνωσιν ἔχειν· ἐπειδὴ καὶ πᾶσα σὰρξ κατὰ γένος συνάγεται. ἡμῶν μὲν οὖν ἀνόμοιός ἐστιν ὁ λόγος, τοῦ δὲ πατρὸς ὅμοιος· διὰ τοῦτο [b]ἐκεῖνος μέν ἐστι φύσει καὶ ἀληθείᾳ ἓν μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ πατρός, ἡμεῖς δὲ ἀλλήλων ὄντες ὁμογενεῖς (ἐκ γὰρ ἑνὸς οἱ πάντες γεγόναμεν, καὶ μία πάντων [c]ἀνθρώπων ἡ φύσις) ἓν πρὸς ἀλλήλους τῇ διαθέσει γινόμεθα, ἔχοντες ὑπογραμμὸν τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα φυσικὴν ἑνότητα. καθάπερ γὰρ τὴν πρᾳότητα [d]ἐξ ἑαυτοῦ ἐδίδασκε λέγων· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ[1]), οὐχ ἵνα ἐξισωθῶμεν αὐτῷ, ἀδύνατον γάρ, ἀλλ' ἵνα βλέποντες εἰς ἐκεῖνον [e]διαμείνωμεν πρᾶοι διὰ παντός· οὕτω καὶ ἐνταῦθα θέλων ἡμᾶς ἀληθῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀδιάλυτον τὴν διάθεσιν ἔχειν πρὸς ἀλλήλους ἐξ ἑαυτοῦ λαμβάνει τὸ παράδειγμα καί φησιν· ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς καὶ ἡμεῖς, ἀδιαίρετος δέ [f]ἐστιν ἡ ἐν ἡμῖν ἑνότης· οὕτως ἵνα καὶ αὐτοὶ μαθόντες ἐξ ἡμῶν τὴν ἀδιαίρετον φύσιν οὕτω καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους συμφωνίαν διαφυλάττωσιν. ἀσφαλεστέρα δὲ ἡ μίμησις ἐκ τῶν κατὰ φύσιν λαμβάνεται τοῖς ἀνθρώποις, [g]ὥςπερ εἴρηται. ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα μὲν μένει καὶ οὔποτε μεταβάλλεται, ὁ δὲ τῶν ἀνθρώπων τρόπος εὐμετάβλητος τυγχάνει, δύναται πρὸς τὸ ἀμετάβλητον [h]τῇ φύσει βλέπων τὰ μὲν φαῦλα φεύγειν, ἐν δὲ τοῖς βελτίστοις ἑαυτὸν ἀνατυποῦν. [i]καὶ γὰρ οὕτως καὶ τὸ λεγόμενον· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν, ὀρθὴν πάλιν ἔχει τὴν διάνοιαν.

21. Εἰ γοῦν δυνατὸν ἦν γενέσθαι [k]ἡμᾶς ὡς ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ἔδει λέγειν· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν σοὶ ἓν ὦσιν, ὥςπερ ἐστὶν ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί· νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ εἴρηκε, λέγων δὲ τὸ ἐν ἡμῖν ἔδειξε τὴν διάστασιν καὶ τὴν διαφοράν, ὅτι αὐτὸς μὲν μόνος ἐν μόνῳ τῷ πατρί ἐστιν ὡς μόνος λόγος καὶ σοφία, ἡμεῖς δὲ ἐν υἱῷ καὶ δι' αὐτοῦ τῷ πατρί. [l]τοῦτο δὲ λέγων οὐδὲν ἕτερον ἐσή-

1) Matth. 11, 29.

a. Felckm. 2. et editi ἔσεσθαι. Ceteri mss. γενέσθαι.

b. Reg. 1. et Seguer. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἔστω φύσει. Gobler. et Felckm. 1. κἀκεῖνος μέν ἐστι φύσει. Alii et editio Commel. ut in contextu.

c. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. πάντων λογικῶν ἡ φύσις. Basil. πάντων ἡ φύσις. Ceteri et editi πάντων ἀνθρώπων ἡ φύσις.

d. Reg. 1. Seguer. Basil. et Anglic. ἐξ ἑαυτοῦ. Alii et editi ἐξ αὐτοῦ. Mox Reg. 2. Basil. et Anglic. ὅτι πρᾳύς εἰμι, iidemque et Felckm. 5. infra πρᾳεῖς διὰ παντός.

e. Reg. 1. et Seguer. διαμείνωμεν iidemque mox ἡμᾶς ἀληθῆ. At alii et editi διαμένομεν et ἡμᾶς καὶ ἀληθῆ.

f. ἐστιν deest in Gobler. et Felckm. 1. Ibid. Reg. 1. et Seguer. ἡ ἐν ἡμῖν ἡ ἑνότης. Paulo post iidem οὕτως τὴν πρὸς

Pater est naturâ in Filio et Filius in Patre, sed quantum per naturam P. 570. et vires nobis licet aliquam inde exprimere similitudinem, discereque quanam ratione unum esse debeamus, quemadmodum misericordes esse didicimus. Res enim similes cum similibus unitate quadam copulantur. Hinc universa caro genere coniungitur. At Verbum nostri est dissimile, Patris vero simile, proindeque natura et revera unum est cum suo Patre. Nos autem, qui eiusdem sumus generis, cum ex uno omnes facti fuerimus, unaque sit omnium hominum natura, unum inter nos caritate efficimur, qua in re Filii et Patris unitas nobis est exemplari. Ut enim, cum mansuetudinem doceret, se ipse in exemplum his verbis proposuit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde,* non quidem ut ei exaequaremur, cum id fieri nequeat, sed ut in illum intuentes semper mansueti permaneremus; ita quoque, cum hic vellet veram, firmam et indissolubilem caritatem inter nos esse, se ipse in exemplum proponit et ait: „*ut unum sint sicut et nos,* utque in nobis „individua est unitas, sic et illi individuam naturam ex nobis edi„scentes concordiam inter se servent." Tutior autem est illarum rerum imitatio, quae ad ipsam naturam pertinent, uti dictum est. Nam cum illae perseverent et nunquam mutentur, mores autem hominum facile sint mutabiles, sane possumus ad rem natura immutabilem confuentes perversa fugere atque in bonis sectandis nos ipsos optime conformare. Sic enim horum verborum: *Ut et ipsi in nobis unum sint,* recta omnino est sententia.

21. Si igitur fieri posset, ut nos eo modo in Patre essemus, quo ipse est Filius, dicendum fuisset: „Ut et illi in te unum sint, „quemadmodum Filius est in Patre." Atqui hoc nequaquam dixit, sed cum ait *in nobis,* discrimen et differentiam rei indicavit, ipsum nempe in solo Patre ut solum Verbum et Sapientiam esse, nos vero in Filio et per ipsum in Patre esse. Quibus utique dictis nihil aliud voluit

ἀλλήλους. Ceteri et editi οὕτω καὶ τήν etc. Seguer. ibid. διαφυλάττουσιν.

g. Reg. 1. Seguer. Gobler. Felckm. 1. ὥσπερ εἴρηται. At alii et editi καθάπερ εἴρηται. Ibid. Reg. 1. et Seguer. ταῦτα μὲν μένει καί. Goblerian. et Felckm. 1. ταῦτα μένει μὲν καί. In aliis et editis μέν deest. Mox mss. τρόπος εὐμετάβλητος. Edit. autem Commel. τρόπος ἀμετάβλητος.

b. Reg. 1. et Seguer. τῇ φύσει. Ceteri et editi τῆς φύσεως.

i. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. καὶ γὰρ οὕτως. Alii et editi καὶ γὰρ καὶ οὕτως. Mox uterque Reg. et Seguer. αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. Ceteri et editi αὐτοὶ ἓν ἐν ἡμῖν ὦσιν.

k. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et ita legit Nannius. At alii et editio Comm. γενέσθαι ἡμᾶς ὡς ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ, νῦν δὲ τοῦτο etc. omissis quae interposita sunt.

l. Uterque Regius τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕτερον λέγων ἐσήμανεν. Segu. ἐσήμαινεν.

P. 571. μαθεν, ἢ ὅτι τῇ ἡμῶν ἑνότητι γένοιντο καὶ αὐτοὶ ἓν πρὸς ἀλλήλους οὕτως ὡς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν φύσει καὶ ἀληθείᾳ· ἄλλως δὲ οὐκ ἂν γένοιντο ἕν, εἰ μὴ ἐν ἡμῖν μάθωσι τὴν ἑνότητα· καὶ ὅτι τὸ ἐν ἡμῖν ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν, ἀκοῦσαι Παύλου λέγοντός ἐστι· ταῦτα δὲ μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλώ, ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ἃ γέγραπται φυσιοῦσθαι[1]). τὸ ἄρα ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν ἐν τῷ πατρί, ὡς ἔστιν ὁ υἱὸς ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ παράδειγμα καὶ εἰκὼν ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν· ἐξ ἡμῶν μαθέτωσαν. ὡς γὰρ ὁ Παῦλος τοῖς Κορινθίοις, οὕτως ἡ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πατρὸς ἑνότης τοῖς πᾶσιν ὑπογραμμὸς καὶ μάθησίς ἐστι, καθ' ἣν δύνανται [a] μανθάνειν, βλέποντες εἰς τὴν κατὰ φύσιν ἑνότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, πῶς καὶ αὐτοὶ ὀφείλουσιν ἓν πρὸς ἀλλήλους γίνεσθαι τῷ φρονήματι. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἑτέρως ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ ῥητοῦ, δύναται [b] πάλιν τὸ ἐν ἡμῖν ἴσον εἶναι τῷ λέγειν· τῇ δυνάμει τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἵνα ἓν γένωνται τὸ αὐτὸ λέγοντες[2]), ἄνευ γὰρ θεοῦ τοῦτο γενέσθαι [c] ἀδύνατον· καὶ τοῦτο πάλιν ἐστὶν εὑρεῖν ἐν τοῖς θείοις λόγοις, ὡς τὸ ἐν τῷ θεῷ ποιήσομεν δύναμιν[3]), καὶ ἐν τῷ θεῷ ὑπερβήσομαι τεῖχος[4]), καὶ ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν[5]). οὐκοῦν δῆλον ὅτι ἐν ὀνόματι πατρὸς καὶ υἱοῦ δυνάμεθα τὸ ἓν γενόμενοι βέβαιον ἔχειν τῆς ἀγάπης τὸν σύνδεσμον. πάλιν γὰρ τὴν αὐτὴν [d] διάνοιαν ἐπεκτείνων φησὶν ὁ κύριος· κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν [e] καθὼς ἡμεῖς ἕν[6]). καλῶς καὶ ἐνταῦθα οὐκ εἶπεν· ἵνα ὦσιν ἐν σοὶ ὡς κἀγώ εἰμι, ἀλλὰ καθὼς ἡμεῖς εἶπεν· ὁ δὲ λέγων καθὼς οὐ ταυτότητα δείκνυσιν, ἀλλ' εἰκόνα καὶ παράδειγμα τοῦ λεγομένου.

22. Ὁ μὲν οὖν λόγος τὴν ὄντως καὶ ἀληθῶς ταυτότητα τῆς φύσεως τῷ πατρὶ ἔχει, ἡμῖν δὲ [f] ἄρα τὸ μιμεῖσθαι πρόςεστιν, ὥςπερ εἴρηται· καὶ γὰρ εὐθὺς ἐπήγαγε λέγων· ἐγὼ ἐν αὐτοῖς καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν[7]). ἐνταῦθα [g] λοιπὸν μεῖζόν τι καὶ τελειότερον περὶ ἡμῶν ὁ κύριος αἰτεῖ· δῆλον γὰρ ὡς ἐν ἡμῖν γέγονεν ὁ λόγος, τὸ γὰρ ἡμέτερον ἐνεδύσατο σῶμα. [h] καὶ σὺ δὲ ἐν ἐμοί, πάτερ· σοῦ γάρ εἰμι λόγος, καὶ ἐπειδὴ σὺ μὲν ἐν ἐμοί,

1) 1. Cor. 4, 6. 2) 1. Cor. 1, 10. 3) Psal. 60 [59. LXX.], 14. 4) Psal. 18 [17. LXX.], 30. 5) Psal. 44 [43. LXX.], 6. 6) Ioan. 17, 22. 7) Ioan. 17, 23.

Reg. 1. et Seguer. ibid. γίνοιντο καὶ αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους. Deest item ἓν in Gobleriano et Felckm. 1. ut et mox post ἡμεῖς itemque post γένοιντο. Reg. 1. et Seguer. omittunt quidem ἓν post γένοιντο et ἡμεῖς sed habent post ἀληθείᾳ.

a. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. μανθάνειν iidemque paulo post γίνεσθαι. Ceteri et editi μαθεῖν et γενέσθαι.

b. Reg. 1. et Seguer. δύναται τὸ, ἐν ἡμῖν, πάλιν ἴσον εἶναι τῇ δυνάμει τῷ λέγειν τοῦ πατρός etc.

c. Reg. 1. et Seguerian. οὐ δύναται. Gobler. et Felckm. 1. οὐ δυνατόν· καὶ τοῦτο πάλιν ἐστὶν ἰδεῖν ἐν τοῖς. Ibid. Reg. 1. et Seguer. λογίοις. Ceteri et editi λόγοις. Item ibid. Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. ὡς τὸ, ἐν τῷ etc. Alii et

significare quam huiusmodi sententiam: „Ita illi nostra unitate unum „sint inter se, ut nos naturâ et revera unum sumus; non possunt „autem unum inter se esse, nisi in nobis discant unitatem.“ Hanc porro nostram expositionem Paulus his verbis confirmat: *Haec autem transfiguravi in me et Apollo, ut in nobis discatis non supra quod scriptum est inflari.* Illa ergo dictione *in nobis* minime significatur, nos esse in Patre quemadmodum in ipso est Filius, sed exemplum et specimen proponitur, idemque est ac si diceretur: Ex nobis discant. Ut enim Paulus Corinthiis, sic Patris et Filii unitas norma est omnibus et regula, iuxta quam naturalem Patris et Filii unitatem contemplantes possunt discere, quonam et ipsi modo unum inter se esse animorum consensu debeant. Quod si etiam aliter hunc Scripturae locum defendere oporteat, hae voces *in nobis* idem valent ac si diceretur: virtute Patris et Filii ut unum fiant idipsum dicentes. Id enim sine Deo fieri nullo modo potest. Hanc autem interpretationem possumus aliis Scripturae locis comprobare, istis exempli causa: *In Deo faciemus virtutem*, et *In Deo transgrediar murum*, et *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Clarum est igitur, nos in nomine Patris et Filii unum effectos firmum caritatis vinculum habere posse. Hinc Dominus eandem dilatans sententiam ait: *Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus.* Apposite hic quoque non dixit: ut sint in te sicuti ego sum, sed *sicut nos sumus*, quâ quidem particulâ *sicut* aperte ostendit, non identitatem, ut ita loquar, significari, sed imaginem et exemplar proponi. P. 571

22. Itaque Verbum quidem vere eandem naturam habet ac Pater; nobis autem id duntaxat licet imitari, sicuti dictum est; unde continuo subiunxit: *Ego in eis et tu in me, ut sint perfecti in unum.* Quibus verbis maius et perfectius aliquid pro nobis poscit. Constat enim Verbum in nobis factum esse, quippe cum nostrum induerit corpus. „*Et tu in me*, Pater; siquidem tuum ego sum Verbum, et proinde cum „tu in me sis, quia tuum sum Verbum, cum item sim in illis propter

editi *τό* omittunt. Anglic. ibid. *ποιήσωμεν.* Basiliens. et Felckm. 5. *ποιήσομαι.* Mss. ibid. *καὶ ἐν τῷ θεῷ.* In editis *καί* deest.

d. Goblerian. et Felckm. 1. *τὴν αὐτὴν αἰτίαν.* Ibid. Reg. 1. et Seguer. *ἐπεκτείνων.* Ceteri et editi *ἐκτείνων.*

e. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *καθὼς ἡμεῖς.* Ceteri et editi *καθὼς καὶ ἡμεῖς.*

f. Uterque Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et 5. *εἰ ἄρα.*

g. *λοιπόν* abest a Felckm. 5. Mox Reg. 1. et Seguer. *καὶ θειότερον* pro *τελειότερον* iidemque et Gobler. et Felckm. 1. addunt *περὶ ἡμῶν*, quod in aliis et editione Commel. deest.

h. *καί* deest in Gobler. et Felckm. 1. Ibidem Regius 1. *ἐν ἐμοί. περὶ σοῦ γάρ εἰμι λόγος.* Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *καὶ διὰ σέ* etc. Alii et editi *καί* omittunt.

P. 571. ὅτι σοῦ λόγος εἰμί, ἐγὼ δὲ ἐν αὐτοῖς διὰ τὸ σῶμα, καὶ διὰ σὲ τετελείωται ἐν ἐμοὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία, ἐρωτῶ ἵνα καὶ αὐτοὶ γένωνται ἓν κατὰ τὸ ἐν ἐμοὶ σῶμα καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ τελείωσιν, [a] ἵνα καὶ αὐτοὶ γένωνται τέλειοι, ἔχοντες πρὸς τοῦτο τὴν
P. 572. ἑνότητα καὶ εἰς αὐτὸ ἓν γενόμενοι, ἵνα ὡς ἂν πάντες φορεσθέντες παρ' ἐμοῦ πάντες ὦσιν ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον καταντήσωσιν[1]). οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ αὐτοῦ [b] μεταλαμβάνοντες ἓν γινόμεθα σῶμα, τὸν ἕνα κύριον ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς. ταύτην ἔχοντος τοῦ ῥητοῦ τὴν διάνοιαν, μᾶλλον ἐλέγχεται ἡ ἀλλοδοξία τῶν χριστομάχων. πάλιν γὰρ ἐπαναλαμβάνων φημί· εἰ μὲν ἁπλῶς καὶ ἀπολελυμένως εἴρηκεν· ἵνα ὦσιν ἐν σοὶ ἕν, [c] ἢ ἵνα αὐτοὶ κἀγὼ ἐν σοὶ ἓν ὦμεν, εἶχον κἂν ἀναίσχυντον πρόφασιν οἱ θεομάχοι· νῦν δὲ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν σοί, ἵνα πάντες ἓν ὦσι, λέγων δὲ πάλιν καθὼς πόῤῥωθεν δείκνυσι τοὺς γινομένους, ὡς αὐτός ἐστιν ἐν τῷ πατρί (πόῤῥωθεν δέ [d] ἐστιν οὐ τόπῳ ἀλλὰ τῇ φύσει, οὐδὲν γὰρ τόπῳ μακρὰν τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ μόνῃ τῇ φύσει πάντα μακράν ἐστιν αὐτοῦ), καί, καθὰ προεῖπον, οὐ ταυτότητα οὐδὲ ἰσότητα δείκνυσιν ὁ λέγων τὸ καθὼς ἐπίῤῥημα, ἀλλὰ παράδειγμα τοῦ λεγομένου [e] κατά τι θεωρούμενον.

23. Καὶ τοῦτο πάλιν παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρός ἐστι μαθεῖν λέγοντος· καθὼς γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς[2]). οὔτε δὲ Ἰωνᾶς ἦν ὥςπερ ὁ σωτήρ, οὔτε Ἰωνᾶς εἰς τὸν ᾅδην κατῆλθεν, οὔτε τὸ κῆτος ἦν ὁ ᾅδης, ἀλλ' οὐδὲ καταποθεὶς ὁ Ἰωνᾶς ἀνήγαγε [f] τοὺς προκαταποθέντας ὑπὸ τοῦ κήτους, ἀλλὰ μόνος προσταχθέντος τοῦ κήτους ἐξῆλθεν. οὐκοῦν οὐδεμία ταυτότης οὐδὲ ἰσότης ἐν τῇ καθὼς λέξει σημαίνεται, ἀλλὰ ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο· ὁμοιότητα [g] δέ πως δείκνυσι τοῦ Ἰωνᾶ διὰ τὸ

1) Ephes. 4, 13. 2) Matth. 12, 40.

a. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἵνα καὶ αὐτοί. Alii et editi ἵνα αὐτοί. Mox Reg. 1. et Seguer. εἰς αὐτό. Ceteri et editi εἰς αὐτόν. Ibidem Reg. 1. et Seguer. ὡς ἂν πάντες φορεσθέντες παρ' ἐμοῦ. Editi ὡς πάντες φορεθέντες παρ' ἐμοί.' Gobler. et Felckm. 1. habent item ἂν et παρ' ἐμοῦ.

b. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. μεταλαμβάνοντες, ἓν etc. Alii vero et editi λαμβάνομεν καὶ ἓν etc.

c. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ἓν ἢ ἵνα. Ceteri et editio Commelin. ἢ omittunt. Mox Gobler. et Felckm. 1. εἶχον ἄν. Ceteri et editio Commel. εἶχον κἄν. Porro quod sequitur ἀναίσχυντον πρόφασιν significat causam, quae sit pudoris expers, sive quae absque pudore possit proferri, non autem quae sit impudens.

d. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi omittunt ἐστιν. Mox uterque Reg. Angl. Basil. Gobler. et Felckm. 1. μακρὰν τοῦ θεοῦ. Ceteri et editi μακρὰν ἀπὸ τοῦ θεοῦ.

e. Reg. 1. et Seguer. καθότι.

f. Reg. 1. et Seguer. τοὺς προκαταποθέντας. Ceteri et editi τοὺς καταποθέντας. Mox uterque Reg. et Seguer. προςταχθέντος τοῦ κήτους. In aliis et editis τοῦ deest.

g. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felck-

„corpus, cumque propter te in me hominum salus perfecta fuerit, rogo P. 571.
„ut et ipsi unum fiant, corporis scilicet quod in me est eiusque per-
„fectionis communione, quo et ipsi unitatem cum eo habentes unumque
„in ipso effecti perfecti reddantur, ut omnes a me veluti gestati unum P. 572.
„sint corpus et unus spiritus, occurantque in virum perfectum." Omnes enim ipsius facti participes unum efficimur corpus, qui nempe unum Dominum in nobis ipsis habemus. Cum igitur ea sit vera huiusce loci Scripturae interpretatio, magis profecto inde redarguitur haeretica Christi hostium sententia. Nam ut quae fuse a nobis sunt dicta, breviter repetam, si simpliciter et absolute dixisset: Ut sint in te unum, vel Ut ipsi et ego in te unum simus, aliquam saltem ex huiusmodi verbis causam habuissent, quam et absque pudore potuissent proferre. Verum non ita locutus est, sed haec sunt eius verba: *sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut omnes unum sint.* Qua particula *sicut* procul illos abesse significat a modo quo ipse est in Patre, procul inquam non loco, sed naturâ. Siquidem nihil loco procul est a Deo, sed solâ naturâ procul ab ipso sunt res universae. Quocirca, ut supra docui, particula *sicut* non identitatem vel aequalitatem significat, sed nota est alicuius similitudinis cum re, de qua agitur.

23. Quin etiam idem discere possumus ex his Salvatoris verbis: *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terrae.* Neque enim Ionas talis fuit qualis Salvator, neque Ionas in infernum descendit, neque cetus fuit infernus; praeterea neque absorptus Ionas eos, quos cetus absorpserat, reduxit, sed solus ex ceto Deo iubente egressus est. Non ergo identitatem aut aequalitatem, sed aliud et aliud particula *sicut* significat, similitudinemque duntaxat aliquam ob illud triduum denotat. Nec igitur ex hac Domini voce *sicut* intelligendum est, nos ita esse posse,

manni 1. At alij et editi *πως* omittunt. Paulo post Reg. 1. et Seguer. *οὔτε ὡς ὁ υἱὸς γινόμεθα ἐν τῷ πατρί.* In editis et aliis ὁ et τῷ desunt. Ibidem in Basil. et Anglic. post *καθώς* haec addita sunt: *ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος τριάς. ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ ὁμοούσιοί ἐσμεν κατὰ πάντα, ἀλλὰ διαιρούμεθα καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ ἐνεργείᾳ καὶ βουλήσει καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων.* Id est *Sancta et consubstantialis Trinitas. Nos vero tametsi sumus in omnibus consubstantiales, attamen dividimur loco, tempore, efficientia, voluntate, omnibusque aliis. Idem etiam de Angelis dicendum.* Sed haec ex margine in textum irrepsisse perspicuum est. Hinc in margine Felckm. 2. et 5. atque etiam Basil. haec ibidem exstat integrior observatio: *ὅτι φυσικὴ ἕνωσις τέλειος ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος μόνη ἐστίν. οὐ μόνον γὰρ μία φύσις ἡ τοιαύτη οὐσία ἡ ἁγία τριὰς, ἀλλὰ καὶ μία βούλησις καὶ δύναμις καὶ ἐνέργεια καὶ θέλημα· διὰ τοῦτο καὶ εἷς θεὸς κυρίως ἁγία* (Felckm. 5. *κύριος καὶ ἁγία*) *καὶ ὁμοούσιος τριάς. ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ ὁμοούσιοί ἐσμεν, ἀλλὰ κατὰ πάντα τὰ ἄλλα διαιρούμεθα καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ καὶ βουλήσει καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ ἀγγέλων.* Id est *Naturalis unio perfecta sola est in sancta Trinitate. Nec enim tantum una natura est eiusmodi substantia sancta Trinitas, sed etiam una est voluntas, virtus, efficientia et arbitrium, unde unus Deus proprie est sancta et consubstantialis Trini-*

R.572. τριήμερον. οὕτως ἄρα καὶ ἡμεῖς, λέγοντος τοῦ κυρίου καθώς, οὔτε
ὡς ὁ υἱὸς γινόμεθα ἐν τῷ πατρί, οὔτε ὡς ὁ πατήρ ἐστιν ἐν τῷ
υἱῷ, οὕτως γινόμεθα. [a]ἡμεῖς μὲν γὰρ καθὼς ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς
οὕτως γινόμεθα ἓν τῷ φρονήματι καὶ τῇ τοῦ πνεύματος συμφω-
νίᾳ, ὁ δὲ σωτὴρ καθὼς Ἰωνᾶς [b]ἔσται ἐν τῇ γῇ· ὥςπερ δὲ οὐκ
ἔστιν Ἰωνᾶς ὁ σωτήρ, οὐδὲ ὡς ἐκεῖνος κατεπόθη οὕτως καὶ ὁ κύ-
P.573. ριος κατῆλθεν εἰς τὸν ᾅδην, ἀλλὰ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐστίν· [c]οὕτως
ἐὰν καὶ ἡμεῖς γενώμεθα ἓν καθὼς ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, οὐκ ἐσό-
μεθα ὥςπερ ὁ υἱὸς οὐδὲ ἴσοι αὐτῷ, ἄλλο γὰρ καὶ ἄλλο ἐσμέν.
διὰ τοῦτο γὰρ ἐφ᾿ ἡμῶν τὸ καθὼς πρόκειται, ἐπεὶ [d]τὰ μὴ κατὰ
φύσιν ὄντα πρὸς ἄλλο τι βλέποντα γίνεται ὥςπερ ἐκεῖνα. ὅθεν
αὐτὸς μὲν ὁ υἱὸς ἁπλῶς καὶ χωρὶς συμπλοκῆς τινός [e]ἐστιν ἐν τῷ
πατρί, φύσει γὰρ ὑπάρχει τοῦτ᾿ αὐτῷ· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἔχοντες τὸ
κατὰ φύσιν δεόμεθα εἰκόνος καὶ [f]παραδείγματος, ἵνα περὶ ἡμῶν
εἴπῃ· καθὼς σὺ ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν σοί[1])· ὅταν δέ, φησίν, [g]οὗτοι
τελειωθῶσιν οὕτως, τότε γινώσκει ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέστειλας,
εἰ γὰρ μὴ ἤμην ἐλθὼν καὶ φορέσας τὸ τούτων σῶμα, οὐδεὶς ἂν
αὐτῶν ἐτελειώθη, ἀλλ᾿ ἔμενον οἱ πάντες φθαρτοί. ἐνέργησον τοί-
νυν ἐν αὐτοῖς, πάτερ· καὶ ὥςπερ δέδωκάς μοι τοῦτο φορέσαι, δὸς
[h]αὐτοῖς τὸ πνεῦμά σου, ἵνα καὶ οὗτοι ἐν τούτῳ ἓν γένωνται καὶ
τελειωθῶσιν ἐν ἐμοί. ἡ γὰρ τούτων τελείωσις δείκνυσιν ἐπιδη-
μίαν γεγενῆσθαι τοῦ σοῦ λόγου, καὶ ὁ κόσμος δὲ βλέπων τούτους
τελείους καὶ [i]θεοφορουμένους πιστεύσει πάντως ὅτι σύ με ἀπέ-
στειλας καὶ ἐπεδήμησα. πόθεν γὰρ τούτοις ἡ τελείωσις, εἰ μὴ ἐγὼ
ὁ σὸς λόγος τὸ σῶμα τούτων λαβὼν ἐγενόμην ἄνθρωπος καὶ ἐτε-
λείωσα τὸ ἔργον, ὃ δέδωκάς μοι, [k]πάτερ; τετελείωται δὲ τὸ ἔρ-
γον, ὅτι λυτρωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας οἱ ἄνθρωποι οὐκέτι μέ-
νουσι [l]νεκροί, ἀλλὰ καὶ θεοποιηθέντες ἔχουσιν ἐν ἡμῖν βλέποντες
ἐν ἀλλήλοις τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης.

1) Ioan. 17, 21.

tas. Nos autem tametsi sumus consubstantiales, attamen in aliis omnibus dividimur loco, tempore, virtute, efficientia, voluntate, aliisque omnibus: quod idem de Angelis dicendum.

a. Sic Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At in codice Regio 1. haec desunt verba *ἡμεῖς γὰρ καθὼς ὁ πατὴρ καὶ υἱὸς οὕτως γινόμεθα*. Ceteri et editi *μέν* tantum omittunt. Ibidem codex Regius 2. *ἓν τῷ φρονήματι*, recte. Alii et editi *ἐν τῷ φρονήματι*.

b. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckmi 1. Editi vero et alii *ἐγένετο ἐν τῇ γῇ· ὡς δὲ οὐκ ἔστιν Ἰωνᾶς ὁ σωτήρ*. Gobler. et Felckm. 1. habent ibidem *ὁ Ἰωνᾶς*. Mox Reg. 1. et 2. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. *οὕτως ὁ κύριος*. Alii et editi *οὕτως καὶ ὁ κύριος*.

c. Sic Reg. 1. et Seguer. At Reg. 2. Goblerian. et Felckm. 1. *οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐάν*. Alii et editio Commel. *οὕτως ἡμεῖς ἐάν*. Mox Reg. 2. et Basil. *ὥςπερ υἱός*.

d. Reg. 1. et Seguerian. *ἐπεὶ μὴ κατὰ φύσιν* et paulo post *ὥςπερ ἐκεῖνο*. Alii et editi *ἐπεὶ τὰ μὴ κατὰ φύσιν* et *ὥςπερ ἐκεῖνα*.

ut est Filius in Patre et Pater in Filio. Nos enim sicut Pater et Filius unum efficimur sententiarum et animorum concordia, Salvator vero sicut Ionas erit in terra. Sed ut Ionas Salvator non fuit, sic nec Salvator, quemadmodum absorptus est Ionas, ita ad inferos descendit; sed res omnino diversa est. Sic etiam tametsi nos unum efficimur sicut Filius est in Patre, tamen non tales futuri sumus, qualis est Filius, neque pares illi erimus; aliud quippe et aliud sumus. Quocirca particulâ *sicut* hic, ubi de nobis sermo habetur, usus est, quia res natura diversae, cum ad aliquid aliud referuntur, fiunt sicut illud. Quamobrem ipse quidem Filius absolute nullaque addita coniunctione in Patre esse dicitur, quia hoc illi ex natura est; nos autem, qui id ex natura non habemus, imagine et exemplo indigemus, ut de nobis dicat: *Sicut tu in me et ego in te.* „Cum autem, inquit, illi „ita perfecti fuerint, tunc cognoscet mundus quia tu me misisti. Nisi „enim venissem et eorum corpus gestassem, nullus sane illorum per-„fectus fuisset, sed omnes corrupti permansissent. Operare ergo in „illis, Pater, et sicut mihi hoc corpus gestandum dedisti, tuum illis „impertire Spiritum, ut in illo unum fiant et in me perfecti evadant. „Nam illorum perfectio argumento est Verbum tuum advenisse, ita ut „mundus eos perfectos Deoque plenos videns omnino crediturus sit, „me a te missum esse et advenisse. Unde enim illis perfectio acce-„dere posset, nisi ego tuum Verbum ipsorum corpore assumto homo „essem factus et opus, quod mihi dedisti, Pater, perfecissem? Opus „autem perfectum est, quia homines a peccato redemti iam amplius „mortui non manent, sed divini effecti in nos intuentes vinculum „mutuae inter se caritatis in nobis habent."

P. 572. P. 573.

sunt, vel potius vivens est Patris consilium, in quo omnia illa facta P. 612. sunt, in quo et sanctus David Psalmo septuagesimo secundo gratias P. 613. his verbis agebat: *Tenuisti manum dexteram meam, et in consilio tuo deduxisti me.* Qui igitur fieri potest, ut Verbum, quod consilium et voluntas Patris est, ipsum quoque voluntate et arbitrio sit productum, uti res aliae singulae? nisi forte, ut iam dixi, rursus insanientes contendant ipsum per seipsum vel per aliquid aliud esse factum. Quidnam ergo tandem illud est, per quod factum est? Aliud illi confingant verbum, et Valentini commenta amplexati Christum alium nominent. Nihil enim eiusmodi habent Scripturae. Verum si alium ipsi excogitaverint, certe ille quoque per aliquem fieri dicendus erit, atque adeo nobis ita ratiocinantibus quidque ex illorum sententia sequatur excutientibus multiformis esse deprehenditur impiorum haeresis, quae et deorum inducit multitudinem et in summam incidit insaniam, qua Filium et creatum et ex nihilo esse pugnantes hanc suam impietatem aliis verbis contegunt, cum voluntatis et arbitrii praetendunt nomina, quae quidem, cum de factis et creatis rebus sermo est, recte adhibentur. An non ergo impium est, ea, quae rerum factarum propria sunt, ipsi adscribere creatori? An non nefas dictu est, voluntatem ante Verbum in Patre esse? Si enim voluntas in Patre praecedit, non ergo verum dicit Filius cum ait: *Ego in Patre*; aut si ipse quoque in Patre est, certe secundus in illo esse existimabitur, nec eum convenit dicere: *Ego in Patre,* cum voluntas, in qua omnia facta sunt et in qua ipse secundum vos fuit productus, prior eo sit. Nam etiamsi gloria differat, nihilominus unus est ex his, quae voluntate efficiuntur. Porro, ut antea diximus, si ita se res habet, quare igitur ille dominus est, res autem aliae in servorum numero habentur? Nimirum Dominus ille est, quia Patris dominationi est unitus, res autem creatae in servorum sunt numero, quia extra Patris unitatem existunt et factae sunt cum aliquando non essent.

65. Certe cum Filium volunt voluntate factum esse, quidni etiam prudentia factum esse asseverent? Nam idem esse arbitror volunta-

Anglic. *εἶναι ἐν τῷ πατρί.* Alii et editi *εἶναι ἐν θεῷ πατρί.*

h. Felckm. 2. et editi *ἢ εἰ μὴ αὐτός.* Alii mss. *ἢ εἰ καὶ αὐτός.* Mox Reg. 1. et Seguer. *λογισθήσεται.* Ceteri et editi *νομισθήσεται.*

i. Sic Reg. 1. et Seguerian. At alii et editi *ἐν ᾗ πάντα.* Paulo post Reg. 1. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *τῶν ἐκ βουλήσεως γινομένων*, ubi alii et editi *γενομένων.*

k. Sic Reg. 1. et Seguerian. In Anglic. habetur item *πάντων,* ut et Nannius legerat. Gobl. et Felckm. 1. *τὰ δὲ δοῦλα τυγχάνει; οὗτος, ὅτι.* Ceteri autem et editi sic habent: *τὰ δὲ δοῦλα τυγχάνει; πάντως δὲ κύριος οὗτος* etc.

l. Reg. 1. et Seguer. *γέγονεν.* Editi et alii *ἐπιγέγονεν.*

m. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *φρόνημα.* Iidem mox *τοῦτο πάντως καὶ φρονεῖ.* Alii et editi *τοῦτο καὶ φρονεῖ.*

P.613. εἶναι. ὃ γὰρ βουλεύεταί τις, τοῦτο πάντως καὶ φρονεῖ, καὶ ὃ φρονεῖ, τοῦτο καὶ βουλεύεται. αὐτὸς [a]γοῦν ὁ σωτὴρ ὡς ἀδελφὰ
P.614. ταυτὰ τῇ ἀναλογίᾳ συνῆψεν ἅμα λέγων· ἐμὴ βουλὴ καὶ ἀσφάλεια, ἐμὴ φρόνησις, ἐμὴ δὲ ἰσχύς[1]). ὡς γὰρ ἰσχὺς καὶ ἀσφάλεια ταυτόν ἐστιν, ἡ αὐτὴ γὰρ δύναμίς ἐστιν, οὕτω ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν τὴν φρόνησιν καὶ τὴν [b]βουλὴν εἶναι, ἅπερ ἐστὶν ὁ κύριος. ἀλλ' οἱ ἀσεβεῖς οὐ θέλουσι μὲν λόγον καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱόν, περὶ δὲ τὸν θεὸν φρόνησιν καὶ βουλὴν καὶ σοφίαν ὡς ἕξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν ἀνθρωπίνως γίνεσθαι μυθολογοῦσι, καὶ πάντα κινοῦσι, καὶ τὴν Οὐαλεντίνου ἔννοιαν καὶ θέλησιν προβάλλονται, ἵνα μόνον διαστήσωσι τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρός, καὶ μὴ εἴπωσιν ἴδιον αὐτὸν τοῦ πατρὸς εἶναι λόγον, ἀλλὰ κτίσμα. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀκουέτωσαν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ἤκουσεν[2])· ἡ ἀσέβεια Οὐαλεντίνου σὺν ὑμῖν εἴη εἰς ἀπώλειαν, ἕκαστος δὲ [c]Σολαμῶνι μᾶλλον πειθέσθω, λέγοντι αὐτὸν εἶναι σοφίαν καὶ φρόνησιν τὸν λόγον. φησὶ γάρ· ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ [d]ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς [e]ἐν φρονήσει[3]). ὡς δὲ ὧδε ἐν φρονήσει, οὕτως ἐν ψαλμοῖς· τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν[4]). [f]ὡς δὲ τῷ λόγῳ οἱ οὐρανοί, οὕτως πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε[5]), καὶ ὡς ὁ ἀπόστολος γράφει Θεσσαλονικεῦσι· τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐστιν[6]). ὁ ἄρα τοῦ θεοῦ υἱὸς αὐτός ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἡ σοφία, αὐτὸς ἡ φρόνησις καὶ ἡ ζῶσα βουλή, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ θέλημα τοῦ πατρός ἐστιν, αὐτὸς ἀλήθεια καὶ φῶς καὶ δύναμις τοῦ πατρός ἐστιν. εἰ δὲ ἡ βούλησις τοῦ θεοῦ ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἡ φρόνησις, ὁ δὲ υἱός ἐστιν ἡ σοφία, [g]ὁ ἄρα λέγων βουλήσει τὸν υἱὸν ἴσον λέγει τὴν σοφίαν ἐν σοφίᾳ γεγονέναι καὶ τὸν υἱὸν ἐν υἱῷ πεποιῆσθαι καὶ διὰ τοῦ λόγου τὸν λόγον ἐκτίσθαι. τοῦτο δὲ καὶ τῷ θεῷ μάχεται καὶ ταῖς [h]παρ' αὐτοῦ γραφαῖς ἐναντιοῦται· καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος οὐ βουλήσεως, ἀλλὰ αὐτῆς [i]τῆς πατρικῆς οὐσίας ἴδιον ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα τὸν υἱὸν κηρύττει, λέγων· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ[7]). εἰ δέ, [k]ὡς προειρήκαμεν, ἐκ βουλήσεως οὐκ ἔστιν ἡ πατρικὴ οὐσία καὶ ὑπόστασις, εὔδηλον ὡς οὔτε τὸ ἴδιον

1) Prov. 8, 14. 2) Actor. 8, 20. 3) Prov. 3, 19. 4) Psal. 33 [32. LXX.], 6. 5) Psal. 135 [134. LXX.], 6. 6) 1. Thessal. 5, 18. 7) Hebr. 1, 3.

a. Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. γοῦν et mox ταῦτα τῇ ἀναλογίᾳ συνῆψεν. Alii et editi οὖν et ταῦτα συνῆψεν.

b. Reg. 1. et Seguer. hic et paulo post βουλήν. Ceteri et editi βούλησιν.

c. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felck[illegible] edit. Comm. Σαλομῶνι.

d. Goblerian. et Felckm. 1. τῇ σοφίᾳ ᾠκοδόμησεν ἤγουν ἐθεμελίωσε τὴν γῆν.

e. Sic Reg. 1. Seguer. Anglican. atque ita legit Nannius. Gobler. et Felckm. 1. φρονήσει. καὶ Δαβίδ, τῷ λόγῳ. Alii et editio Comm. φρονήσει. οὕτως ἐν ψαλμοῖς, τῷ λόγῳ.

f. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm.

tem et prudentiam. De quo enim quis consultat, hoc idem prudentiâ P. 613.
perpendit, vicissimque quod quis prudentiâ perpendit, de hoc eodem
consultat et deliberat. Hinc illa Salvator mutuâ inter se ratione ve-
luti germana simul his verbis copulavit: *Meum est consilium et secu-* P. 614.
ritas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Nam ut fortitudo et securitas idem est, cum eadem sit virtus et potentia, ita idem et prudentia et consilium, quae ipse Dominus est. At nolunt impii Filium Verbum et vivens consilium esse, sed prudentiam, consilium et sapientiam velut habitum quendam Deo humano more modo adesse modo abesse fingunt, omnemque lapidem movent, ac Valentini praetendunt cogitationem et voluntatem, ea tantum mente, ut Filium separent a Patre, nec proprium illum Patris Verbum, sed rem creatam esse fateantur. Haec itaque illos audire convenit similia his, quae olim ad Simonem Magum dicta sunt: Impietas Valentini vobiscum sit in interitum. Quisque autem Salomoni potius credat Verbum sapientiam et prudentiam esse dicenti, cuius haec nimirum sunt verba: *Dominus sapientia fundavit terram, et caelos in prudentia paravit.* Ut vero hic caelos in prudentia, ita in Psalmis Verbo Domini firmatos esse dicitur. Ut porro Verbo caeli firmati sunt, sic quaecunque voluit fecit, et ut Apostolus ad Thessalonicenses scribit: *Voluntas Dei in Christo Iesu est.* Igitur Dei Filius ipse est Verbum et sapientia, ipse prudentia et vivens est consilium, atque in eo voluntas Patris est. Ipse veritas, lux et virtus est Patris. Quod si voluntas Dei est sapientia et prudentia, si item Filius ipsa sit sapientia, igitur qui contendit Filium voluntate factum esse, idem omnino est ac si diceret, Sapientiam in sapientia factam esse, et Filium in filio esse effectum, ac Verbum per verbum creatum esse; quae utique Deo divinisque eius Scripturis maxime repugnant. Enimvero Apostolus Filium non voluntatis, sed proprium paternae naturae splendorem et figuram esse his verbis praedicat: *Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius.* Si ergo, ut supra diximus, paterna natura et substantia ex voluntate non est, liquet neque id, quod paternae substantiae proprium

1. At ceteri et editi *ἐστερεώθησαν· οὕτω πάντα ὅσα.* Ibidem post *ἠθέλησεν* Reg. 1. et Seguer. omittunt *ὁ κύριος* quod in aliis et editis legitur.

g. Sic Reg. 1. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckmanni 1. atque ita legit Nannius. Alii et editio Commel. *ὅρα μὴ ὁ λέγων.*

h. Reg. 1. Seguer. Basil. Anglic. *παρ' αὐτοῦ.* Ceteri et editi *παρ' αὐτῷ.* Mox Reg. 1. et Seguer. *καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος.* Alii et editi *καί* posterius omittunt.

i. Sic Reg. 1. et Seguerian. At alii et editi *τῆς οὐσίας τῆς πατρικῆς.* Mox Reg. 1. et Seguer. *τὸν υἱὸν κηρύττει.* Ceteri et editi *τὸν κύριον κηρύττει.*

k. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi *ὡς προεῖπον.* Ibid. Reg. 1. et Seguer. *ἐκ βουλήσεως οὐκ ἔστιν.* Basil. Gobler. Felckm. 1. et Reg. 2. *οὐκ ἐκ βουλήσεώς ἐστιν.* Alii et editi *οὐ βουλήσεώς ἐστι.* Mox Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. *ὡς οὔτε.* Reg. 2. Basil. Anglic. Felckm. 1. et 5. *ὡς οὐδέ.* Ceteri et editi *ὅτι οὐδέ.*

P.615. *εἶναι· ὅμοιον γὰρ ὡς εἰ ἐλέγετο· ἠδύνατο καὶ μὴ εἶναι ἀγαθὸς ὁ πατήρ. ἀλλ᾽ ὥςπερ ἀγαθὸς ἀεὶ καὶ τῇ φύσει, οὕτως ἀεὶ γεννητικὸς τῇ φύσει ὁ πατήρ· τὸ δὲ λέγειν· ὁ πατὴρ θέλει τὸν υἱὸν καὶ ὁ λόγος θέλει τὸν πατέρα, οὐ βούλησιν προηγουμένην δείκνυσιν, ἀλλὰ φύσεως γνησιότητα καὶ οὐσίας ἰδιότητα καὶ ὁμοίωσιν γνωρίζει. [a]ὡς γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπαυγάσματος ἄν τις εἴποι καὶ τοῦ φωτός, ὅτι τὸ ἀπαύγασμα οὐκ ἔχει μὲν βούλησιν προηγουμένην ἐν τῷ φωτί, ἔστι δὲ φύσει αὐτοῦ γέννημα, θελόμενον παρὰ τοῦ φω-*
P.616. *τὸς [b]τοῦ καὶ γεννήσαντος αὐτὸ οὐκ ἐν σκέψει βουλήσεως, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὀρθῶς ἄν τις εἴποι, ὅτι ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν υἱόν, καὶ ὁ υἱὸς ἀγαπᾷ καὶ θέλει τὸν πατέρα.*

67. *Οὐκοῦν μὴ λεγέσθω θελήματος δημιούργημα ὁ υἱός, μηδὲ [c]τὰ Οὐαλεντίνου ἐπεισαγέσθω τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ βουλὴ ζῶσα καὶ ἀληθῶς φύσει γέννημα ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ μὲν πατὴρ εἴρηκεν· ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν*[1]*, ὁ δὲ υἱὸς ἀκολούθως· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί*[2]*. εἰ δὲ [d]ὁ λόγος ἐν καρδίᾳ, ποῦ ἡ βούλησις; καὶ εἰ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, ποῦ ἡ θέλησις; καὶ εἰ ἡ βούλησις αὐτός, πῶς ἐν βουλήσει ἡ βουλή; ἄτοπον γάρ· ἵνα μὴ καὶ ἐν λόγῳ ὁ λόγος καὶ ὁ υἱὸς ἐν υἱῷ καὶ ἡ σοφία ἐν σοφίᾳ [e]γίνηται, καθάπερ πολλάκις εἴρηται. πάντα γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, καὶ οὐδὲν ἐν τῷ πατρὶ πρὸ τοῦ λόγου. ἀλλ᾽ ἐν τῷ λόγῳ καὶ ἡ βούλησις, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὰ τοῦ βουλήματος εἰς ἔργον τελειοῦται, ὡς [f]ἔδειξαν αἱ θεῖαι γραφαί. ἐβουλόμην δὲ τοὺς ἀσεβεῖς οὕτως εἰς ἀλογίαν πεπτωκότας καὶ περὶ βουλήσεως σκεπτομένους νῦν ἐρωτῆσαι μηκέτι τὰς τικτούσας [g]αὐτῶν γυναῖκας, ἃς οὗτοι πρότερον ἠρώτων λέγοντες· εἰ εἶχες υἱὸν πρὶν γεννήσεις; ἀλλὰ τοὺς πατέρας καὶ εἰπεῖν αὐτοῖς· πότερον βουλευόμενοι γίνεσθε πατέρες ἢ κατὰ φύσιν καὶ τῆς ὑμῶν βουλήσεως; ἢ τῆς φύσεως καὶ οὐσίας ὑμῶν ἐστιν ὅμοια τὰ τέκνα; ἵνα κἂν παρὰ τῶν γονέων ἐντραπῶσι, παρ᾽ ὧν τὸ λῆμμα τῆς γενέσεως ἀπήτησαν καὶ παρ᾽ ὧν ἤλπισαν ἔχειν τὴν γνῶσιν. ἀποκριθήσονται γὰρ αὐτοῖς, ὅτι [h]ἃ γεννῶμεν οὐ τοῦ θελήματος ἀλλ᾽ ἡμῶν ἐστιν ὅμοια, οὐδὲ [illegible]α φανὸν εἰς τὴν [illegible] γονεῖς, ἀλλὰ τῆς φύσεω[illegible] προβουλευσάμενοι γινόμεθα [illegible]ιον ἐστι τὸ γεννᾷν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τῶν*

1) Psal. 45 [44. LXX.], 2. 2) Ioan. 14, 10.

a. Reg. 1. et Segner. *ὡς γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ.* Alii et editi *ὥςπερ ἐπὶ τοῦ.*
b. Reg. 1. et Seguerian. *τοῦ καὶ γεννήσαντος.* Alii et editi *καί* omittunt. Paulo post uterque Reg. et Seguerian. *ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ.* Ceteri et editi *ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ.* Ibid. Reg. 1. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *εἴποι ὅτι.* Alii et editi *εἴποι τοῦτο, ὅτι.*
c. Reg. 1. et Seguer. *τά.* Alii et editi

est ac si diceretur, Patrem potuisse non esse bonum. Verum quem- P.615. admodum et semper et naturâ bonus est Pater, ita semper naturâ est generans. Hic autem loquendi modus: Pater vult Filium et Verbum vult Patrem, non antecedentem denotat voluntatem, sed naturae germanitatem essentiaeque proprietatem ac similitudinem designat. Ut enim de splendore et luce dici potest: Splendor non habet voluntatem in luce antecedentem, sed est naturalis eius fetus, quem vult lux, a qua gignitur, non voluntatis deliberatione, sed natura et veritate; ita P.616. de Patre et Filio recte dici possit: Pater amat et vult Filium, et Filius amat et vult Patrem.

67. Ne igitur voluntatis opus appelletur Filius, nec Valentini error in Ecclesiam inducatur, sed vivens ille consilium verusque et naturalis Patris fetus esse dicatur, ut lucis splendor. Sic enim Pater ipse est locutus: *Eructavit cor meum Verbum bonum*; cui Filius his verbis concinit: *Ego in Patre et Pater in me est.* Itaque si Verbum est in corde, ubi est voluntas? Similiter si Filius est in Patre, ubi est arbitrium? Deinde si ipse est voluntas, quomodo consilium sive voluntas in voluntate est? Valde enim hoc absurdum est; ne scilicet Verbum in verbo, Filius in filio, et Sapientia in sapientia fieri existimetur, uti saepius dictum est. Namque Filius omnia ipse est, quae Patris sunt, nihilque ante Verbum est in Patre, sed in Verbo etiam est voluntas, et per ipsum ea, quae voluntatis sunt, opere perficiuntur, ut ex divina Scriptura didicimus. Vellem vero, ut impii, qui eo devenerunt amentiae et de voluntate disputant, vellem inquam, ut non iam interrogarent mulieres, quas ita prius percunctabantur: Habuistine filium priusquam genuisses? Verum patres potius hoc modo interrogent: „An deliberando patres efficimini, an vero secun„dum naturam vestrae etiam voluntatis? An liberi similes sunt ve„strae naturae et substantiae?“ Haec igitur inquirant a parentibus, ut ab his ipsis confutentur, a quibus quae elicienda esset ex sua de nascendi modo quaestione conclusio tam impense flagitarunt, speraruntque rem ex ipsis plane cognituros. Haec scilicet illi sunt respon-

τό. Mox Basil. ἀλλὰ καὶ βουλή.

d. Sic Regius 1. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. At in aliis et editis ὁ deest.

e. Sic Regius 1. et Seguerian. At editi γένηται.

f. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. .. Ceteri autem et editi ἐδίδαξαν. Ibid. Reg. 1. et Seguerian. ἐβουλόμην δὲ τούς. Reg. 2 ἐβουλόμην οὖν τούς. Alii et editi ἐβουλόμην τούς.

g. Reg. 1. et Seguer. ἑαυτῶν γυναῖκας ἃς αὐτοί. Ibidem πότερον abest a Gobler. et Felckm. 1. pro quo Anglic. πρότερον. Item ibid. Reg. 1. et Seguer. βουλευόμενοι et mox καὶ τῆς ὑμῶν. Alii editique βουλόμενοι iidemque καί omittunt.

h. Reg. 1. et Seguer. addunt ὅτι quod in aliis et editis deest. Ibidem Felckm. 2. et editio Commel. τοῦ θελήματος ἡμῶν ἐστιν ὅμοια.

P.616. [a]τεκόντων ἐσμὲν εἰκόνες. ἢ τοίνυν καταγινωσκέτωσαν ἑαυτῶν καὶ πανέσθωσαν πυνθανόμενοι γυναικῶν περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἢ μανθανέτωσαν [b]παρ' αὐτῶν, ὅτι οὐ βουλήσει γεννᾶται ὁ υἱός, ἀλλὰ φύσει καὶ ἀληθείᾳ. πρέπων δὲ καὶ ἁρμόζων τούτοις ὁ ἐξ ἀνθρώπων ἔλεγχος, ἐπειδὴ καὶ ἀνθρώπινα περὶ τῆς θεότητος διαλογίζονται οἱ κακόφρονες. τί τοίνυν [c]ἔτι μαίνονται οἱ χριστομάχοι; καὶ τοῦτο γὰρ αὐτῶν ὥςπερ οὖν καὶ τὰ ἄλλα προβλήματα δέδεικται καὶ ἠλέγχθη φαντασία καὶ [d]μυθοπλαστία μόνον ὄντα, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλουσι, κἂν ὀψέποτε θεωρήσαντες εἰς ὅσον ἀφρο-
P.617. σύνης πεπτώκασι κρημνόν, ἀναδῦναι καὶ [e]φυγεῖν ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος νουθετούμενοι παρ' ἡμῶν. φιλάνθρωπος γὰρ ἡ ἀλήθεια κράζουσα διαπαντός· [f]εἰ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε διὰ τὴν τοῦ σώματος περιβολήν, κἂν τοῖς ἔργοις πιστεύσατε, ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), [g]καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[2]), καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[3]). ἀλλ' ὁ μὲν κύριος συνήθως φιλανθρωπεύεται, καὶ θέλει πάντας ἀνορθοῦσθαι τοὺς κατεῤῥαγμένους, [h]ὡς ἡ αἴνεσις λέγει τοῦ Δαβίδ[4]), οἱ δὲ ἀσεβεῖς οὐ θέλοντες ἀκούειν κυριακῆς φωνῆς οὐδὲ φέροντες ὁρᾶν τὸν [i]κύριον ὑπὸ πάντων ὁμολογούμενον θεὸν καὶ θεοῦ υἱὸν περιέρχονται, οἱ ἄθλιοι, [k]ὡς οἱ κάνθαροι, μετὰ τοῦ πατρὸς ἑαυτῶν τοῦ διαβόλου προφάσεις εἰς ἀσέβειαν ζητοῦντες. ποίας οὖν ἄρα μετὰ ταῦτα [l]πάλιν ἢ πόθεν εὑρεῖν δυνήσονται, εἰ μὴ ἄρα [m]παρὰ μὲν Ἰουδαίων καὶ τοῦ Καϊάφα δανείσωνται τὰς δυςφημίας, παρ' Ἑλλήνων δὲ λάβωσι τὴν ἀθεότητα; αἱ γὰρ θεῖαι γραφαὶ τούτοις ἐκλείσθησαν, καὶ πανταχόθεν ἐξ αὐτῶν ἠλέγχθησαν ἄφρονες καὶ χριστομάχοι.

[a]ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΑΝΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

1. Ἐκ θεοῦ θεός ἐστιν ὁ λόγος, καὶ θεὸς γὰρ ἦν ὁ λόγος[5]). καὶ πάλιν· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς ὁ ὢν ἐπὶ πάν-

1) Ioan. 10, 38. 2) Ioan. 10, 30. 3) Ioan. 14, 9. 4) Psal. 146 [145. LXX.], 8. 5) Ioan. 1, 1.

a. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editio Commel. τέκνων. Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. πανέσθωσαν. Alii et editi παυσάσθωσαν.
b. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. At alii et editi καὶ παρ' αὐτῶν.
c. ἔτι et mox καί absunt a Reg. 1. et Seguer.
d. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. At alii et editi μυθοπλασία.
e. Reg. 1. et Seguer. φυγεῖν. Ceteri et editi φεύγειν.
f. Reg. 1. et Seguer. εἰ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε et mox κἂν τοῖς ἔργοις. Gobl. et Felckmanni 1. item πιστεύετε. Alii et editi ἐὰν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε et omittunt κἂν.
g. Reg. 1. et Seguer. κἀγώ.
h. Gobl. et Felckm. 1. ὡς αἰνεῖ Δαβίδ.

suri: „Ea, quae gignimus, non voluntatis sunt, sed nostri sunt similia, P. 616.
„neque prius deliberando patres efficimur, sed gignere proprium est „naturae, quandoquidem nos quoque ipsi parentum sumus imagines.“ Vel ergo seipsos condemnent, et mulieres de Filio Dei desinant interrogare; vel certe ab ipsis discant, non voluntate sed naturâ et revera filium gigni. Aequum enim est eos argumentis ex hominum natura petitis refelli, qui humana de divinitate improbe cogitant. Quid igitur adhuc insaniunt Christi hostes? Nam hanc illorum rationem ut et alias omnes ostendimus ac convicimus nihil nisi fabulas et mera commenta esse. Sero igitur saltem animadvertant, in quantam insipientiae voraginem sese praecipitaverint, ac nostris monitionibus excitati tandem P. 617.
inde festinent emergere seque ex diaboli laqueis expedire. Siquidem benigna est veritas, quae assidue clamat: Si mihi ob corporis amictum non creditis, *operibus saltem credite, ut cognoscatis, quia ego in Patre et Pater in me est*, et *ego et Pater unum sumus*, et *qui vidit me, vidit Patrem.* Verum Dominus quidem pro more suo clementer agit et omnes elisos erigit, ut aït David, at impii dominicam vocem nolentes audire nec ferentes Dominum Deum et Dei Filium palam ab omnibus agnosci veluti scarabaei cum suo patre diabolo miseri circumeunt, ut nova impietatis confirmandae reperiant argumenta. Quid igitur ultra vel unde invenire possint, nisi a Iudaeis et Caïpha impia mutuentur maledicta et cum Gentilibus verum Deum negent? Siquidem clausae illis sunt divinae Scripturae, ex quibus videlicet et stulti et Christi hostes esse omni ex parte sunt convicti.

EIUSDEM CONTRA ARIANOS
ORATIO QUARTA.

1. Ex Deo Deus est Verbum, namque *Deus erat Verbum.* Et rursus: *Quorum patres, et ex quibus Christus, qui est super omnia*

i. Reg. 1. et Seguer. *κύριον*. Alii et editi *Χριστόν*.

k. Sic Reg. 1. et Seguer. At in Gobler. et Felckm. 1. deest *ὡς*, in aliis autem et editis *οἱ*. Ibidem Reg. 1. et Seguer. *πατρὸς ἑαυτῶν*. Ceteri et editi *πατρὸς αὐτῶν*.

l. *πάλιν* abest a Reg. 1. et Seguer.

m. Sic Gobler. et Felckm. 1. At Reg. 1. *παρὰ μὲν Ἰουδαίων τοῦ Καϊάφα*. Seguer. *παρὰ μὲν τῶν Ἰουδαίων τῶν τοῦ*. Alii et editio Commel. *παρὰ Ἰουδαίων καὶ τοῦ*. Ibid. Seguer. *δανείσωνται*. Alii et editi *δανείσονται*.

n. Seguer. hunc habet titulum: *τοῦ αὐτοῦ λόγος έ*. Regius quem primum Oratione superiore appellabamus *τοῦ αὐτοῦ* tantum, sed idem in Indice addit *λόγος τέταρτος*. Haec autem Oratio in altero Regio deest. Gobler. et Felckm. 1. *κατὰ Ἀρειανῶν λόγος έ*. Basil. *κατὰ Ἀρειανῶν λόγος ἕκτος*. Vide Admonitionem pag. 403. [pag. 141. hui. ed.] num. 2. Anglic. *κατὰ Ἀρειανῶν λόγος* nullo addito numero.

p. 617. των Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν[1]). [a]καὶ ἐπειδὴ ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστι καὶ τοῦ Θεοῦ λόγος, σοφία, υἱὸς καὶ δύναμίς ἐστιν· ὁ Χριστός, διὰ τοῦτο εἷς Θεὸς ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς καταγγέλλεται. τοῦ ἑνὸς γὰρ Θεοῦ υἱὸς ὢν ὁ λόγος εἰς αὐτόν, οὗ καὶ ἔστιν, ἀναφέρεται, ὥςτε δύο μὲν εἶναι πατέρα καὶ υἱόν, μονάδα δὲ θεότητος ἀδιαίρετον καὶ ἄσχιστον. λεχθείη δ' ἂν [b]καὶ οὕτως μία ἀρχὴ θεότητος καὶ οὐ δύο ἀρχαί, ὅθεν κυρίως καὶ μοναρχία ἐστίν. ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς ἐστι φύσει υἱὸς ὁ λόγος, οὐχ ὡς ἀρχὴ ἑτέρα καθ' ἑαυτὸν ὑφεστὼς οὐδ' ἔξωθεν ταύτης γεγονώς, ἵνα μὴ τῇ ἑτερότητι δυαρχία καὶ πολυαρχία γένηται, ἀλλὰ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἴδιος [c]υἱός, ἰδία σοφία, ἴδιος λόγος ἐξ αὐτῆς ὑπάρχων. κατὰ γὰρ τὸν Ἰωάννην ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν[2]), Θεὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀρχή· καὶ ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς ἐστι, διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. ὥςπερ δὲ μία ἀρχὴ καὶ κατὰ τοῦτο εἷς Θεός, οὕτως ἡ τῷ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὖσα οὐσία καὶ ὑπόστασις μία ἐστὶν ἡ λέγουσα· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν[3]), καὶ οὐ δύο, ἵνα
p. 618. μὴ δύο ἀρχαί, ἐκ δὲ τῆς μιᾶς φύσει καὶ ἀληθῶς υἱός, ὁ λόγος, ἡ σοφία, ἡ δύναμις ἰδία ὑπάρχουσα αὐτῆς καὶ ἐξ αὐτῆς ἀχώριστος. ὥςπερ δὲ οὐκ ἄλλη, ἵνα μὴ δύο ἀρχαί, οὕτως ὁ ἐκ τῆς μιᾶς λόγος οὐ [d]διαλελυμένος ἢ ἁπλῶς φωνὴ σημαντική, ἀλλὰ οὐσιώδης λόγος καὶ οὐσιώδης σοφία, ἥτις ἐστὶν ὁ υἱὸς ἀληθῶς. εἰ γὰρ δὴ μὴ οὐσιώδης εἴη, ἔσται ὁ Θεὸς λαλῶν εἰς ἀέρα καὶ σῶμα οὐδὲν πλέον ἔχων τῶν ἀνθρώπων. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ ὁ λόγος αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν. [e]ὥςπερ γὰρ μία οὐσία ἡ ἀρχή, οὕτως εἷς οὐσιώδης καὶ ὑφεστὼς ὁ ταύτης λόγος καὶ ἡ σοφία. ὡς γὰρ ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστι καὶ ἐκ σοφοῦ σοφία καὶ ἐκ λογικοῦ λόγος καὶ ἐκ πατρὸς υἱός, οὕτως ἐξ ὑποστάσεως [f]ὑπόστατος καὶ ἐξ οὐσίας οὐσιώδης καὶ ἐνούσιος καὶ ἐξ ὄντος ὤν.

2. Ἐπεὶ εἰ μὴ οὐσιώδης σοφία καὶ ἐνούσιος λόγος καὶ ὢν υἱός, ἀλλὰ ἁπλῶς σοφία καὶ λόγος καὶ υἱὸς ἐν τῷ πατρί, εἴη ἂν αὐτὸς ὁ πατὴρ σύνθετος ἐκ σοφίας καὶ λόγου. εἰ δὲ τοῦτο, ἀκολουθήσει τὰ προειρημένα ἄτοπα, ἔσται δὲ καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ πατήρ, καὶ ὁ υἱὸς αὐτὸς ἑαυτὸν γεννῶν καὶ γεννώμενος ὑφ' ἑαυτοῦ, ἢ ὄνομα μόνον ἐστὶ λόγος καὶ σοφία καὶ υἱός, οὐχ ὑφέστηκε δὲ καθ' οὗ λέγεται ταῦτα, μᾶλλον δὲ ὅς ἐστι ταῦτα. εἰ οὖν οὐχ ὑφέστηκεν, ἀργὰ ἂν εἴη καὶ κενὰ τὰ ὀνόματα, ἐκτὸς εἰ μὴ ἄν τις

1) Rom. 9, 5. 2) Ioan. 1, 1. 3) Exod. 3, 14.

a. Gobler. et Felckm. 1. καί omittunt. b. καί abest ab Anglic. c. Sic mss. At editio Commelin. υἱὸς ἴδιος υἱός, ἰδία etc.

Deus benedictus in saecula, amen. Quia porro ex Deo Deus est et P.617.
Dei Verbum, Sapientia, Filius et Virtus est Christus, idcirco unus Deus in divinis Scripturis annunciatur. Cum enim Verbum unius Dei sit filius, ad illum cuius est refertur, ita ut duo quidem sint Pater et Filius, unitas vero divinitatis individua sit nulloque modo separabilis; ac proinde dicendum est, unum esse divinitatis principium, non duo principia; unde proprie et monarchia est. Ex ipso autem principio Verbum filius naturâ existit, non ut aliud principium per seipsum subsistens, neque aliunde quam ex ipso uno principio natus, ne dyarchiam et polyarchiam id est duo vel plura principia diversitas inducat, sed unius principii proprius est Filius, propria sapientia, propriumque Verbum ex eo existens. Nam, ut docet Ioannes, in isto principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum. Deus enim principium est. Unde quia ex hoc principio est, idcirco etiam *Deus erat Verbum.* Porro quemadmodum unum est principium et proinde unus Deus, ita quae verissime est essentia et substantia, una est quae dicit: *Ego sum qui sum,* non autem duae, ne scilicet duo sint principia. Ex una P.618.
autem illa substantia existit naturâ et vere filius, Verbum, sapientia, propriaque eius virtus, nec ab ea separabilis. Ut vero non alia est essentia seu substantia, ne duo sint principia, sic Verbum, quod ex una existit, nihil fluxum nec vox tantum significans est, sed essentiale Verbum et essentialis est sapientia, quae vere Filius est. Nam nisi essentiale Verbum esset, sequeretur Deum verba sua per aërem effundere, corpusque ut homines habere. Quoniam vero homo non est, nec item eius Verbum quicquam hominum infirmitati simile habet. Ut enim principium una est essentia, ita unum est essentiale et subsistens eius Verbum et sapientia. Nam ut ex Deo Deus est, ex sapiente sapientia, ex rationali mente Ratio seu Verbum, et ex Patre Filius, ita ex substantia substantialis est, ex essentia essentialis, ac denique vere est, ut qui sit ab eo, qui est.

2. Alioquin nisi essentialis esset sapientia Verbumque essentiale et Filius qui vere sit, sed simpliciter sapientia, Verbum et Filius in Patre, sane ipse Pater ex sapientia et Verbo esset compositus. Quod quidem si verum est, supra allata absurda sequentur necessario, ipse autem suimet pater et filius futurus est, ipse seipsum est geniturus, et a seipso gignetur, vel certe merum nomen erit Verbum, Sapientia et Filius, ille autem, de quo haec dicuntur vel potius qui haec omnia est, nihil erit subsistens. Si itaque nihil est subsistens, vana igitur

d. Sic Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi διαλελυμένως.
e. Anglic. εἴπερ.
f. Reg. et Seguer. ὑποστατὸς ultima gravi.

P. 618. εἴποι αὐτοσοφίαν εἶναι καὶ αὐτολόγον τὸν θεόν. ἀλλ' εἰ τοῦτο, εἴη ἂν αὐτὸς ἑαυτοῦ πατὴρ καὶ υἱός, πατὴρ μέν, [a] ὅτε σοφός, υἱὸς δέ, ὅτε σοφία. ἀλλὰ μὴ ὡς ποιότης τις ταῦτα ἐν τῷ θεῷ· ἄπαγε, ἀπρεπὲς τοῦτο, εὑρεθήσεται γὰρ σύνθετος ὁ θεὸς ἐξ οὐσίας καὶ ποιότητος, πᾶσα γὰρ ποιότης ἐν οὐσίᾳ ἐστί. κατὰ τοῦτο δὲ ἡ θεία μονὰς ἀδιαίρετος οὖσα σύνθετος φανήσεται, τεμνομένη εἰς οὐσίαν καὶ συμβεβηκός. πευστέον οὖν τῶν προπετῶν· ὁ υἱὸς σοφία καὶ λόγος ἐκηρύχθη τοῦ θεοῦ· πῶς τοίνυν ἐστίν; εἰ μὲν ὡς ποιότης, ἐδείχθη τὸ ἄτοπον, εἰ δὲ αὐτοσοφία ὁ θεός, καὶ τὸ ἐκ τούτου ἄτοπον εἴρηται παρὰ Σαβελλίῳ. οὐκοῦν ὡς γέννημα κυρίως ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς κατὰ τὸ τοῦ φωτὸς παράδειγμα. ὡς γὰρ ἀπὸ πυρὸς φῶς, οὕτως ἐκ θεοῦ λόγος [b] καὶ σοφία ἐκ σοφοῦ καὶ ἐκ πατρὸς υἱός. ταύτῃ γὰρ καὶ ἡ μονὰς ἀδιαίρετος καὶ ὁλόκληρος μένει, καὶ ὁ ταύτης υἱὸς λόγος οὐκ ἀνούσιος οὐδὲ οὐχ
P. 619. ὑφεστώς, ἀλλ' οὐσιώδης ἀληθῶς. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, εἴη ἂν πάντα, ἃ λέγεται, κατ' ἐπίνοιαν καὶ ἁπλῶς λεγόμενα. εἰ δὲ φευκτέον τὸ ἐκ τῆς ἐπινοίας ἄτοπον, ἄρα ἀληθὴς λόγος οὐσιώδης ἐστίν. ὥςπερ γὰρ ἀληθῶς πατήρ, οὕτως ἀληθῶς σοφία. κατὰ τοῦτο οὖν δύο μέν, ὅτι μὴ κατὰ Σαβέλλιον ὁ αὐτὸς πατὴρ καὶ υἱός, ἀλλὰ ὁ πατὴρ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς υἱός, ἓν δέ, ὅτι υἱὸς τῆς οὐσίας τοῦ πατρός ἐστι φύσει, ἴδιος ὑπάρχων λόγος αὐτοῦ. τοῦτο ὁ κύριος ἔλεγεν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[1]). οὔτε γὰρ ὁ λόγος κεχώρισται τοῦ πατρός, οὔτε ὁ πατὴρ ἄλογος πώποτε ἦν ἢ ἔστι. καὶ ὁ λόγος οὖν θεός, καὶ ὁ πατὴρ οὐκ ἄλογος· διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[2]) εἴρηκε.

3. *Καὶ πάλιν* ὁ Χριστὸς λόγος τοῦ θεοῦ ἐστι. πότερον οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ ὑπέστη καὶ ὑποστὰς προςκεκόλληται τῷ πατρί, ἢ ὁ θεὸς αὐτὸν πεποίηκε καὶ [c] ὠνόμασεν ἑαυτοῦ λόγον; εἰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον, λέγω δὴ τὸ ἑαυτῷ [d] ὑπέστη καὶ θεός ἐστι, δύο ἂν εἶεν ἀρχαί, οὐκ ἔσται δὲ εἰκότως οὐδὲ τοῦ πατρὸς ἴδιος διὰ τὸ μὴ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἀλλ' ἑαυτοῦ εἶναι· εἰ δὲ ἔξωθεν πεποίηται, εἴη ἂν κτίσμα. λείπεται δὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λέγειν αὐτόν. εἰ δὲ τοῦτο, ἄλλο ἂν εἴη τὸ ἔκ τινος καὶ ἄλλο τὸ ἐξ οὗ ἐστι. κατὰ τοῦτο ἄρα δύο. εἰ δὲ μὴ δύο εἴη, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ λέγοιτο,

1) Ioan. 10, 30. 2) Ioan. 14, 10.

a. Reg. Seguer. Basil. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. ὅτε σόφος [sic], υἱὸς δὲ ὅτε σοφία. Alii et editi ὅτι σόφος [sic], δὲ ὅτι σοφία.

b. Sic mss. At editio Commel. καὶ σοφία ἐκ πατρὸς υἱός.

c. Reg. et Seguer. ὠνόμαχεν.

d. Reg. Gobler. et Felckm. 1. ὑπέστη.

et inutilia sunt illa nomina, nisi forte quis dicat, ipsum Deum sap tiam ipsam et Verbum ipsum esse. Quod si concedatur, vere suimet pater et filius erit, pater videlicet, cum sapiens dicitur, fi cum sapientia. Atqui ea in Deo non sunt ut qualitas. Apage ig id indignum Deo. Ex his enim efficitur, Deum ex essentia et q tate compositum esse. Siquidem omnis qualitas in essentia est proinde divina unitas, quae individua est, composita videbitur, ut in essentiam et accidens divisa. Sic itaque temerarios hosce hom interrogemus: Filius sapientia et Verbum Dei esse praedicatus quonam igitur modo id ipse est? Si ut qualitas, id absurdum iam ostendimus. Si vero ipse Deus sapientia ipsa est, certe (inde absurdi sequitur, dictum a Sabellio est. Quamobrem faten est, eum tanquam fetum proprie ex ipso Patre esse iuxta lucis ex plum. Ut enim ab igne lux oritur, ita Verbum ex Deo est, Sapi ex Sapiente et ex Patre Filius. Hac enim ratione unitas individu integra manet, eiusque filius Verbum non aliquid est essentia vac vel non subsistens, sed vere essentiale est. Alioquin nisi hae esse concedatur, sane quicquid ipse dicitur cogitatione et verbo te existet; quae sententia si est repudianda, igitur verum Verbum es tiale est. Namque ut vere Pater est, ita vere est Sapientia. U efficitur, ut duo sint Pater et Filius, non vero idem, ut contendit bellius; sed Pater pater est, et Filius filius. Unum autem sunt, Filius essentiae Patris naturâ filius est propriumque eius Verbum stit. Id Dominus ipse aiebat: *Ego et Pater unum sumus.* Nec e Verbum separatum a Patre est, nec unquam Pater sine Ratione Verbo fuit vel est. Verbum igitur Deus est, nec Pater sine Ve est; unde dixit: *Ego in Patre et Pater in me est.*

3. Praeterea Christus Verbum Dei est; num ergo ex se ipso stitit, deindeque existens cum Patre est copulatus, an vero Deus ip fecit et sui ipsius Verbum appellavit? Si primum concedatur, id si seipso exstitit et est Deus, duo igitur erunt principia, nec ille tris proprius erit, et merito quidem, ut pote qui non ipsius Pa sed sui ipsius sit. Quod si extrinsecus factus est, res creata c erit. Restat itaque, ut eum ex ipso Deo esse dicamus; quod si rum est, *aliud sane fuerit id, quod est ex aliquo, et aliud id, quo est, ac proinde fatendum est duo esse. Nam si duo non fuer

* Sic hic et mox Graecum secuti reddimus, non *alius*, ut solent loqui in scl Theologi. Vide supra pag. 553. [p. 467. hui. ed.] num. 4.

Seguer. Basil. et Anglic. *ὑφέστη*. Editi *ὑφέστηκε*. Paulo post Reg. Basil. et Anglic. *μὴ αὐτοῦ τοῦ πατρός*. In alii editione Commel. *τοῦ* deest.

P. 619. ἔσται [a]τὸ αὐτὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν καὶ γεννώμενον καὶ γεννῶν,
ὅπερ ἄτοπον ἐπὶ Σαβελλίου δέδεικται. εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ μέν ἐστιν,
οὐκ ἄλλο δέ, ἔσται καὶ γεννῶν καὶ μὴ γεννῶν, γεννῶν μέν, ὅτι ἐξ
αὐτοῦ προφέρει, μὴ γεννῶν δέ, ὅτι μὴ ἄλλο αὐτοῦ ἐστιν. εἰ δὲ
τοῦτο, εἴη ἂν κατ' ἐπίνοιαν λεγόμενος ὁ αὐτὸς πατὴρ καὶ υἱός.
εἰ δὲ ἀπρεπὲς οὕτως, εἴη ἂν δύο, πατὴρ καὶ υἱός, ἓν δέ, ὅτι ὁ
υἱὸς οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ [b]γεγέννηται. εἰ δὲ φεύγει τις
τὸ λέγειν γέννημα, μόνον δὲ λέγει ὑπάρχειν τὸν λόγον σὺν τῷ θεῷ,
φοβηθήτω ὁ τοιοῦτος μὴ φεύγων τὸ ὑπὸ τῆς γραφῆς λεγόμενον
ἐμπέσῃ εἰς ἀτοπίαν, διφυῆ τινα εἰςάγων τὸν θεόν. μὴ διδοὺς γὰρ
ἐκ τῆς μονάδος εἶναι τὸν λόγον, ἀλλ' ἁπλῶς κεκολλῆσθαι τῷ πα-
τρὶ λόγον, δυάδα οὐσίας εἰςάγει μηδετέραν τῆς ἑτέρας πατέρα
τυγχάνουσαν. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ δυνάμεως. φανερώτερον δ' ἂν
τις ἴδοι τοῦτο, εἰ ἐπὶ πατρὸς λάβοι· εἷς γὰρ πατὴρ καὶ οὐ δύο,
ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑνὸς ὁ υἱός. ὥςπερ οὖν οὐ δύο πατέρες ἀλλ' εἷς,
οὕτως οὐ δύο ἀρχαὶ ἀλλὰ μία, καὶ ἐκ τῆς μιᾶς οὐσιώδης ὁ υἱός.
P. 620. πρὸς Ἀρειανοὺς δὲ ἀνάπαλιν ἐρωτητέον· τοὺς μὲν γὰρ Σαβελλί-
ζοντας ἀπὸ τῆς περὶ υἱοῦ ἐννοίας ἐλεγκτέον, τοὺς δὲ Ἀρειανοὺς
ἀπὸ τῆς περὶ πατρός.

4. Λεκτέον οὖν· ὁ θεὸς σοφὸς καὶ οὐκ ἄλογός ἐστιν, ἢ τοὐναντίον ἄσοφος καὶ ἄλογος. εἰ μὲν οὖν τὸ δεύτερον, αὐτόθεν ἔχει τὴν ἀτοπίαν, εἰ δὲ τὸ πρῶτον, ἐρωτητέον· πῶς ἐστι σοφὸς καὶ οὐκ ἄλογος; πότερον ἔξωθεν ἐσχηκὼς τὸν λόγον καὶ τὴν σοφίαν ἢ ἐξ ἑαυτοῦ; εἰ μὲν οὖν ἔξωθεν, ἔσται τις ὁ [c]προδεδωκὼς αὐτῷ, καὶ πρὶν λαβεῖν ἄσοφος καὶ ἄλογος. εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ, [d]δῆλον ὅτι οὐκ ἐξ οὐκ ὄντων οὐδ' ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· ἀεὶ γὰρ ἦν, ἐπεὶ καὶ οὗ ἐστιν εἰκὼν ἀεὶ ὑπάρχει. ἐὰν δὲ λέγωσιν ὅτι σοφὸς μέν ἐστι καὶ οὐκ ἄλογος, ἰδίαν δὲ ἔχει ἐν ἑαυτῷ σοφίαν καὶ ἴδιον λόγον, οὐ τὸν Χριστὸν δέ, ἀλλ' ἐν ᾧ καὶ τὸν Χριστὸν ἐποίησε· λεκτέον ὅτι εἰ ὁ Χριστὸς ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ γέγονε, δῆλον ὅτι καὶ τὰ πάντα, καὶ αὐτὸς ἂν εἴη, περὶ οὗ λέγει Ἰωάννης· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο[1]), καὶ [e]ὁ ψαλμῳδὸς δέ· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας[2]), εὑρεθήσεται δὲ ὁ Χριστὸς ψευδόμενος· ἐγὼ ἐν τῷ πατρί[3]), ὄντος ἑτέρου ἐν τῷ πατρί, καί· ὁ λόγος δὲ σὰρξ ἐγένετο[4]) οὐκ ἀληθὲς κατ' αὐτούς· εἰ γὰρ ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐγένετο αὐτὸς ἐγένετο σάρξ,

1) Ioan. 1, 3. 2) Psal. 104 [103. LXX.], 24. 3) Ioan. 14, 10. 4) Ioan. 1, 14.

a. Reg. 1. et Segu. τὸ αὐτὸ αὐτοαίτιον.
b. Basil. γεγένηται.
c. Reg. προςδεδωκώς.
d. Reg. et Seguer. δηλονότι.
e. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi καὶ Δαβίδ· πάντα etc.

sed haec de eodem dicantur, idem igitur sui causa et effectus erit, P.619.
idem quod gignitur et gignit; quod quidem absurdum ex Sabellii errore manare ostensum est. Quod si ex ipso quidem est nec tamen aliud ab eo, sequitur ut idem sit et gignens et non gignens, gignens, quia ex se illud profert, non gignens, quia aliud ab eo non est. Quod postremum si admittatur, colligitur eundem cogitatione tantum Patrem et Filium dici. Sed si id absurdum est, igitur duo erunt Pater et Filius. Unum item iidem erunt, quia Filius non extrinsecus sed ex Deo genitus est. Si quis autem Verbum fetum sive genitum dicere reformidat, ipsumque cum Deo existere putet tantummodo dicendum, caveat ille ne nomine Scripturae usitato uti refugiens in absurdam incidat opinionem, qua Deum duplicis naturae inducat. Si enim non concedit, Verbum ex unitate esse, sed tantum cum Patre fuisse copulatum, duas certe admittit essentias, quarum neutra alterius parens est. Idem etiam de virtute sive potentia dicendum est. Id autem facilius poterit intelligi, si in Patre spectetur. Unus enim est Pater, non duo, sed ex uno est Filius. Ut ergo non sunt duo patres, sed unus, ita non duo principia sunt, sed unum, et ex uno essentialis existit Filius. Rursus vero Arianos interrogemus. Nam quod ad Sa- P.620.
bellii sectatores attinet, illi ex Filii notitia refellendi sunt, Ariani vero ex Patris notione.

4. Sic igitur disserendum est: Vel Deus est sapiens, nec sine Verbo sive Ratione, vel contra sine sapientia est et Verbo seu Ratione? Si secundum admittitur, id per se absurdum esse liquet, si primum conceditur, rursus sciscitandum est, quonam modo sit sapiens nec sine Verbo seu Ratione, extrinsecusne sapientiam et Verbum, an vero ex seipso habeat. Si extrinsecus habet, aliquis igitur prius illi dedit, ipseque antequam acciperet, sine sapientia et Verbo sive Ratione erat. Quod si ex seipso habet Verbum, palam igitur est, ipsum ex nihilo non esse, neque fuisse aliquando cum non esset. Siquidem semper fuit, quippe cum ille, cuius imago est, semper existat. At si responderint, Deum sapientem quidem esse nec sine Verbo sive Ratione, sed propriam in seipso habere sapientiam propriumque Verbum, non autem Christum, sed in quo ipsum etiam Christum fecerit; dicendum, quod si Christus in illo Verbo factus sit, sine dubio omnia quoque in eodem facta sunt, ipsumque illud est Verbum, de quo Ioannes dicit: *Omnia per ipsum facta sunt,* et Psalmista: *Omnia in sapientia fecisti.* Quin et ipse Christus mentitus esse reperietur, cum ait: *Ego in Patre,* quandoquidem alius est in Patre. Falsum item ex illorum sententia erit, quod dicitur: *Verbum caro factum est.* Namque si

P. 620. ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ πατρὶ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, [a]ἄρα ὁ Χριστὸς οὐ γέγονε σάρξ, ἀλλ' ἴσως ὠνομάσθη λόγος ὁ Χριστός. καὶ εἰ τοῦτο, πρῶτον μὲν ἄλλος ἂν εἴη παρὰ τὸ ὄνομα, ἔπειτα οὐ δι' αὐτοῦ ἐγένετο τὰ πάντα, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ, ἐν ᾧ καὶ ὁ Χριστός. εἰ δὲ φήσαιεν ὡς ποιότητα εἶναι ἐν τῷ πατρὶ τὴν σοφίαν ἢ αὐτοσοφίαν εἶναι, ἀκολουθήσει τὰ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἄτοπα εἰρημένα· ἔσται γὰρ σύνθετος καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ υἱὸς καὶ πατὴρ [b]γινόμενος. πλὴν ἐλεγκτέον καὶ δυσωπητέον αὐτούς, ὅτι ὁ ἐν τῷ θεῷ λόγος οὐκ ἂν εἴη κτίσμα οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. ὄντος δὲ ἅπαξ ἐν θεῷ λόγου, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ Χριστὸς ὁ λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), ὁ διὰ τοῦτο καὶ μονογενὴς ὤν, ἐπειδὴ οὐκ ἄλλος τις ἐξ αὐτοῦ ἐγεννήθη. εἷς [c]οὗτος υἱός, ὅς ἐστι λόγος, σοφία, δύναμις, οὐ γὰρ σύνθετος ἐκ τούτων ὁ θεός, ἀλλὰ γεννητικός. ὥςπερ γὰρ τὰ κτίσματα λόγῳ δημιουργεῖ, οὕτως κατὰ φύσιν τῆς ἰδίας οὐσίας ἔχει γέννημα τὸν λόγον, δι' οὗ καὶ δημιουργεῖ καὶ κτίζει καὶ οἰκονομεῖ τὰ πάντα· τῷ
P. 621. γὰρ λόγῳ καὶ τῇ σοφίᾳ τὰ πάντα γέγονε, καὶ τῇ διατάξει αὐτοῦ διαμένει τὰ σύμπαντα[2]). τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ υἱοῦ· εἰ ἄγονος, καὶ ἀνενέργητος ὁ θεός, γέννημα γὰρ αὐτοῦ [d]ὁ υἱός, δι' οὗ ἐργάζεται, εἰ δὲ μή, αἱ αὐταὶ ἐρωτήσεις καὶ τὰ αὐτὰ ἄτοπα τοῖς ἀναισχυντοῦσιν ἀκολουθήσει.

5. Ἐκ τοῦ δευτερονομίου· ὑμεῖς δὲ οἱ προςκείμενοι κυρίῳ τῷ θεῷ [e]ὑμῶν ζῆτε πάντες ἐν τῇ σήμερον[3]). ἐκ τούτου δυνατὸν εἰδέναι τὴν διαφοράν, καὶ γνῶναι ὅτι οὐκ ἔστι κτίσμα ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. [f]ὁ μὲν γὰρ υἱὸς λέγει· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[4]), καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), τὰ δὲ γενητὰ ὅτ' ἂν προκόπτῃ πρόςκειται τῷ κυρίῳ. ὁ μὲν γὰρ λόγος ὡς ἴδιος ἐν τῷ πατρί ἐστι, τὰ δὲ γενητὰ ἔξωθεν ὄντα πρόςκειται ὡς τῇ μὲν φύσει ἀλλότρια, τῇ δὲ προαιρέσει προςκείμενα. [g]καὶ γὰρ καὶ υἱὸς μὲν ὁ φύσει ἕν ἐστι μετὰ τοῦ γεννῶντος, ὁ δὲ ἔξωθεν υἱοποιούμενος προςκείσεται τῷ γένει. διὰ τοῦτο καὶ εὐθὺς ἐπιφέρει· ὅτι [h]ποῖον ἔθνος μέγα, ᾧ ἐστιν αὐτῷ θεὸς ἐγγίζων[5]); καὶ ἀλλαχοῦ· θεὸς ἐγγίζων ἐγώ[6])· τοῖς γὰρ γενητοῖς ἐγγίζει ὡς ξένοις αὐτοῦ

1) Ioan. 14, 10. 2) Psal. 119 [118. LXX.], 91. 3) Deuter. 4, 4. 4) Ioan. 10, 30. 5) Deuter. 4, 7. 6) Ierem. 23, 23.

a. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At Gobler. ἄρ' ὁ Χριστός.
b. Gobler. et Felckm. 1. γενόμενος.
c. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. οὗτος υἱός. Alii et editi ουτος ὁ υἱός.
d. Gobler. et Felckm. 1. ὁ θεός. Mox Reg. et Seguer. αὐταὶ αἱ ἐρωτήσεις.
e. Sic Seguer., Basil., Anglic. ut et habetur Deuteron 4, 4. At alii et editi ἡμῶν. Ibidem mss. omnes ζῆτε. Editi ζητεῖτε, male. Totam autem hunc locum perperam intellexit Nannius, cuius haec est versio in editione Commel. *Quod si illud non admittes, eaedem controversiae similes-*

illud Verbum caro factum est, in quo omnia facta sunt, nec Christus P. 620. est in Patre Verbum, per quod omnia facta sunt, igitur Christus non factus est caro, sed forte Christus Verbum appellatus est. Quod quidem si verum est, primo alius erit quam qui nomine significatur, deinde non per eum omnia facta erunt, sed in illo, in quo Christus quoque ipse factus est. Sin autem dixerint, sapientiam in Patre instar qualitatis esse, vel eum sapientiam ipsam esse, quae supra recensuimus absurda necessario consequentur, videlicet eum compositum esse, suique ipsius esse patrem et filium. Verum coarguendi illi sunt et confutandi. Siquidem Verbum, quod in Deo est, nec creatum nec ex nihilo potest esse. Si item Verbum in Deo est, ipse certe Christus fuerit, qui ait: *Ego in Patre et Pater in me est*; qui idem idcirco unigenitus est, quia nullus alius ex eo sit genitus. Unus hic est Filius, qui et Verbum, sapientia et virtus sive potentia est. Nec enim ex hic est compositus Deus, sed horum est genitor. Namque quemadmodum res creatas Verbo producit, ita secundum propriae essentiae naturam Verbum gignit, per quod omnia efficit, creat et administrat. Siquidem omnia Verbo et sapientia facta sunt, eiusque im- P. 621. perio universa perseverant. Idem autem de Filio dicendum; nimirum si nihil gignit Deus, nihil item agit sive efficit, nam eius fetus est Filius, per quem agit. Sin minus, ad easdem interrogationes eademque absurda impudentes hi homines revolventur.

5. Ex Deuteronomio: *Vos autem, qui adhaeretis domino Deo vestro, vivitis universi hodierna die.* Ex his verbis discrimen Filii et rerum creatarum licet perspicere, intelligereque Filium Dei creatum minime esse. Enim vero Filius dicit: *Ego et Pater unum sumus*; et: *Ego in Patre et Pater in me est*, res autem factae cum proficiunt, Domino adhaerent. Nempe Verbum tanquam proprium est in Patre, at res factae, ut pote quae extrinsecus existunt, adhaerent; nimirum naturâ alienae sunt, voluntate autem adhaerent. Etenim Filius, qui naturâ est, unum est cum genitore, qui vero extrinsecus adoptatur, generi adiungitur sive adhaeret. Hinc statim subdit: *Quae natio magna, cui Deus appropinquat?* Et alibi: *Deus appropinquans ego.* Nam

que importunitates impudentibus illis occurrent. Nos autem, qui Deo appositi addictique sumus, quaeramus eum in hoc ipso die. In aliis item editionibus non minus male emendatum est hoc modo: *Quod si illud etc. impudentibus istis occurrent, ex illo Deuteronomii:* Vos autem qui Deo appositi addictique estis, quaerite eum in hoc ipso die.

f. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi *μὲν* omittunt.

g. Regius *καὶ γὰρ υἱός*. Seguer. *καὶ γὰρ καὶ υἱός*. Ceteri et editi *καὶ γὰρ καὶ ὁ υἱός*. Mox Felckm. 2. et editio Commel. *ὃ δὲ ἔξωθεν*, mendose.

h. Sic manuscripti codices. At editi *ποιῶν*, perperam. Nannius item vertit *Qui fecit gentem magnam, cui appropinquat Deus.*

P. 621. οὖσι, τῷ δὲ υἱῷ ὡς [a] ἰδίῳ οὐκ ἐγγίζει, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἐστι, καὶ ὁ υἱὸς οὐ πρόςκειται, ἀλλὰ σύνεστι τῷ πατρί, ὅθεν [b] καὶ πάλιν λέγει Μωσῆς ἐν αὐτῷ τῷ δευτερονομίῳ· τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσεσθε καὶ αὐτῷ προςτεθήσεσθε[1])· τὸ δὲ προςτιθέμενον ἔξωθεν προςτίθεται.

6. Πρὸς δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ἀνθρωπίνην ἔννοιαν τῶν Ἀρειανῶν διὰ τὸ ὑπονοεῖν τὸν κύριον [c] ἐνδεᾶ, ὅταν λέγῃ· ἐδόθη μοι[2]) καὶ ἔλαβον[3]), καὶ ἐὰν λέγῃ ὁ Παῦλος· διὰ τοῦτο ὑπερύψωσεν αὐτόν[4]), καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ[5]), καὶ τὰ τοιαῦτα, λεκτέον ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν λόγος ὢν υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐφόρεσε σῶμα καὶ γέγονε [d] καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, ἵνα μεσίτης γενόμενος θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὰ μὲν θεοῦ ἡμῖν, τὰ δὲ ἡμῶν τῷ θεῷ διακονῇ. ὅταν οὖν λέγηται πεινᾶν καὶ δακρύειν καὶ κοπιᾶν καὶ Ἐλωῒ Ἐλωΐ[6]), ἀνθρώπινα ὄντα καὶ ἡμέτερα [e] πάθη δέχεται παρ' ἡμῶν καὶ τῷ πατρὶ ἀναφέρει, πρεσβεύων ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἐν αὐτῷ ἐξαφανισθῇ, ὅταν δὲ ὅτι ἐδόθη μοι ἐξουσία καὶ ἔλαβον καὶ διὰ τοῦτο ὑπερύψωσεν [f] αὐτὸν P. 622. ὁ θεός, τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς ἡμᾶς ἐστι χαρίσματα δι' αὐτοῦ διδόμενα. οὐ γὰρ ὁ λόγος ἐνδεὴς ἦν ἢ γέγονε πώποτε, οὐδὲ πάλιν οἱ ἄνθρωποι ἱκανοὶ ἦσαν ἑαυτοῖς διακονῆσαι ταῦτα, διὰ δὲ τοῦ λόγου δίδοται ἡμῖν· διὰ τοῦτο ὡς αὐτῷ διδόμενα ἡμῖν [g] μεταδίδοται, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐνηνθρώπησεν, ἵνα ὡς αὐτῷ διδόμενα εἰς ἡμᾶς διαβῇ. ἄνθρωπος γὰρ ψιλὸς οὐκ ἂν ἠξιώθη τούτων, λόγος δὲ πάλιν μόνος οὐκ ἂν ἐδεήθη τούτων. συνήφθη οὖν ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ τότε [h] ἐξουσίαν ἡμῖν μετέδωκε καὶ ὑπερύψωσεν. ἐν ἀνθρώπῳ γὰρ ὢν ὁ λόγος ὑπερύψωσε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐν ἀνθρώπῳ ὄντος τοῦ λόγου ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. ἐπεὶ οὖν τοῦ λόγου ὄντος ἐν σαρκὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος καὶ ἔλαβεν ἐξουσίαν, διὰ τοῦτο εἰς τὸν λόγον ἀναφέρεται ταῦτα, ἐπειδὴ δι' αὐτὸν ἐδόθη· διὰ γὰρ τὸν ἐν ἀνθρώπῳ λόγον ἐδόθη ταῦτα τὰ χαρίσματα, καὶ ὥςπερ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὕτως καὶ ὁ ἄνθρωπος τὰ διὰ τοῦ λόγου εἴληφε. πάντα γὰρ ὅσα ὁ ἄνθρωπος [i] εἴληφεν ὁ λόγος λέγεται εἰληφέναι, ἵνα δειχθῇ, ὅτι οὐκ ἄξιος ὢν ὁ ἄνθρωπος λαβεῖν ὅσον ἧκεν εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν ὅμως διὰ τὸν γενόμενον σάρκα λόγον εἴληφεν. ὅθεν ἐάν τι λέγηται δίδοσθαι τῷ κυρίῳ ἤ τι τοι-

1) Deuter. 13, 4. 2) Matth. 28, 18. 3) Ioan. 10, 18. 4) Philipp. 2, 9. 5) Ephes. 1, 20. 6) Marc. 15, 34.

a. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi οἰκείῳ.

b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At Gobler. et Felckm. primus καί φησιν ἐν δευτερονομίῳ. Editio Commel. καὶ ... ἐν δευτερονομίῳ.

c. Gobler. et Felckm. 1. ἐνδεῆ. Mox διὰ τοῦτο abest a Gobler. et Felckm. 1.

d. Sic Reg. Seguer. Basil. In aliis et editis καί deest.

e. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi τὰ πάθη.

rebus factis appropinquat, quippe cum illae sint ipsi externae, a
utpote proprio non appropinquat, sed in eo est, nec adhaeret]
sed una cum Patre est. Unde rursus Moyses in eodem Deutero
sic loquitur: *Vocem eius audietis et ipsi vos adiungemini.* Qu
tem adiungitur, extrinsecus adiungitur.

6. Iam quod pertinet ad levem et humanam Arianorum
tionem, qua nempe Dominum egenum fuisse ex his ipsius verb
spicantur: *Data est mihi, accepi*, ut et ex his Pauli locis: *I*
exaltavit illum, et *Sedit a dextris*, aliisque similibus, respond
est Dominum nostrum, qui idem Verbum et Filius Dei est,
gestasse, et filium quoque hominis factum fuisse, ut medius Dei
ter et homines effectus, quae Dei sunt, nobis subministraret,
nostri, Deo offerret. Quocirca cum esurire, flere, defatigari e
mare *Eloi Eloi* dicitur, quae quidem humanae nostrae sunt af
nes et miseriae, eas a nobis accipit ac Patri offert, et pro nob
tercedit, ut in ipso penitus deleantur. His autem Verbis: *Da*
mihi potestas, et *accepi*, et *idcirco exaltavit eum Deus*, mun
nos a Deo per illum collata significantur. Nec enim indigen
Verbum vel unquam factum est, nec rursus homines idonei era
ista sibi compararent; sed per Verbum nobis donata sunt, un
tanquam ipsi donata nobis impertiuntur. Siquidem eam ob rem
factus est, ut illa velut sibi data in nos transferrentur. Nec
purus homo dignus unquam fuisset, qui haec acciperet, nec ite
rum Verbum his posset indigere; coniunctum igitur nobis est Ve
tuncque nos potestatis participes reddidit et exaltavit. Verbum
dem in homine existens hominem exaltavit, et Verbo item in h
existente accepit homo. Quia ergo Verbo in carne existente ex
homo est potestatemque accepit, idcirco ista ad Verbum refer
quandoquidem propter ipsum data sunt. Haec enim dona p
Verbum in homine existens concessa sunt. Unde quemadmodum
bum caro factum est, ita et homo quae accepit per Verbum a
Omnia enim, quae homo accepit, Verbum accepisse dicitur, ut
cet ostenderetur, quoniam homo pro suae naturae conditione
non esset, qui illa acciperet, per Verbum carnem factum ea illu
cepisse. Quocirca si quid Domino datum esse vel aliquid hu

f. Sic Reg. Seguer. et Basil. Ceteri autem et editi ἑαυτόν.

g. Sic mss. omnes. Editi vero δίδοται. Ibidem Reg. et Seguer. καὶ ἐνηνθρώπησεν. In aliis et editis καί deest.

h. Sic Reg. et Seguer. At Basil. τότε ἐξουσίας. Alii et editi τότε ἡ τῆ αίας, mendose.

i. Sic Reg. et Seguer. Editi ve φεν· ὅσα γὰρ ὁ ἄνθρωπος· πάντα ὁ λόγος etc.

p. 622. οὗτον, νοεῖν δεῖ μὴ αὐτῷ ὡς χρήζοντι [a] δίδοσθαι, ἀλλὰ τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τοῦ λόγου. καὶ γὰρ πᾶς πρεσβεύων ὑπὲρ ἄλλου αὐτὸς τὴν χάριν λαμβάνει, οὐ χρήζων, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑπὲρ οὗ πρεσβεύει.

7. Ὥςπερ γὰρ [b] τὰς ἀσθενείας ἡμῶν λαμβάνει[1]) οὐκ ἀσθενῶν καὶ πεινᾷ οὐ πεινῶν, ἀλλὰ τὰ ἡμῶν ἀναπέμπει εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι, οὕτως τὰς ἀντὶ τῶν [c] ἀσθενειῶν παρὰ θεοῦ δωρεὰς πάλιν αὐτὸς δέχεται, ἵνα συναφθεὶς ἄνθρωπος μεταλαβεῖν δυνηθῇ. λέγει γοῦν ὁ κύριος· πάντα ὅσα δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς, καὶ πάλιν· ὑπὲρ αὐτῶν ἐρωτῶ[2]). ἠρώτα γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν, τὰ ἡμῶν ἀναδεχόμενος, καὶ ἐδίδου ἃ ἐλάμβανεν. ἐπειδὴ οὖν συναφθέντος τοῦ λόγου τῷ ἀνθρώπῳ εἰς τὸν λόγον ἀποβλέπων ἐχαρίζετο ὁ πατὴρ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὑψωθῆναι, τὸ ἔχειν πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ ὅσα τοιαῦτα, διὰ τοῦτο αὐτῷ τῷ λόγῳ πάντα ἀναφέρεται, καὶ ὡς αὐτῷ διδόμενά ἐστιν ἃ δι' αὐτοῦ ἡμεῖς λαμβάνομεν· ὡς γὰρ δι' ἡμᾶς ἐνηνθρώπησεν αὐτός, οὕτως ἡμεῖς δι' αὐτὸν ὑψούμεθα. οὐδὲν οὖν ἄτοπον, εἰ ὥςπερ δι' ἡμᾶς [d] ἐταπείνωσεν ἑαυτόν, οὕτως καὶ δι' ἡμᾶς λέγεται ὑπερυψῶσθαι. ἐχαρίσατο οὖν αὐτῷ[3]) ἀντὶ τοῦ ἡμῖν δι' αὐτόν, καὶ ὑπερύψωσεν ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ λόγος ἡμῶν ὑψουμένων καὶ λαμβανόντων καὶ βοηθουμένων ὡς αὐτὸς ὑψούμενος καὶ λαμβάνων καὶ βοηθούμενος
p. 623. εὐχαριστεῖ τῷ πατρί, τὰ ἡμέτερα εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων καὶ λέγων· πάντα ὅσα δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς[4]).

8. Οἱ περὶ Εὐσέβιον [e] οἱ Ἀρειομανῖται ἀρχὴν τοῦ εἶναι τῷ υἱῷ διδόντες προςποιοῦνται μὴ βούλεσθαι ἀρχὴν αὐτὸν ἔχειν βασιλείας. ἔστι δὲ γελοῖον. ὁ γὰρ ἀρχὴν τοῦ εἶναι διδοὺς τῷ υἱῷ πρόδηλον ὅτι καὶ τοῦ βασιλεύειν ἀρχὴν δίδωσιν αὐτῷ, ὥςτε ὁμολογοῦντες ὃ ἀρνοῦνται τυφλώττουσι. καὶ πάλιν οἱ λέγοντες μόνον ὄνομα εἶναι υἱοῦ, ἀνούσιον δὲ καὶ ἀνυπόστατον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τουτέστι τὸν λόγον τοῦ πατρός, [f] προςποιοῦνται ἀγανακτεῖν κατὰ τῶν λεγόντων· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο γελοῖον. οἱ γὰρ ὅλως τὸ εἶναι αὐτῷ μὴ διδόντες ἀγανακτοῦσι κατὰ τῶν κἂν χρόνῳ διδόντων. καὶ οὗτοι οὖν ὅπερ ἀρνοῦνται διὰ τοῦ ἐπιτιμᾷν τοῖς ἄλλοις ὁμολογοῦσι. πάλιν τε οἱ περὶ Εὐσέβιον υἱὸν ὁμολογοῦντες ἀρνοῦνται αὐτὸν εἶναι φύσει λόγον, καὶ κατ' ἐπίνοιαν λόγον λέγεσθαι τὸν υἱὸν βούλονται, οἱ δὲ ἕτεροι λόγον

1) Matth. 8, 17. 2) Ioan. 17, 7—9. 3) Philipp. 2, 9. 4) Ioan. 17, 7. 8.

a. Sic Reg. Seguer. et editio Commel. At alii δεδόσθαι.
b. Anglic. τὴν ἀσθένειαν.
c. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi ἀσθενῶν.
d. In Regio et Segueriano desunt verba

modi dicitur, intelligendum est, non ei tanquam indigenti fuisse datum, sed homini per ipsum Verbum. Etenim quisquis pro alio intercedit, gratiam ipse accipit, non qua indigeat, sed propter illum, cuius causa intercedit.

7. Nimirum quemadmodum nostras infirmitates ipse non infirmus suscepit, et esurivit quamvis non esuriens, ut nostra Patri offerens deleret, ita pro infirmitatibus dona a Deo ipse accipit, ut homo ipsi coniunctus horum particeps esse queat. Hinc ipse ait: *Omnia quaecunque dedisti mihi dedi eis,* et iterum: *pro eis rogo.* Pro nobis nempe rogabat, his, quae nostra sunt, susceptis, et dabat quae ipse accipiebat. Quoniam igitur Verbo coniuncto cum homine Pater propter ipsum Verbum homini dabat, ut exaltaretur omnemque potestatem haberet et alia huiusmodi; idcirco omnia adscribuntur ipsi Verbo, cui et veluti dantur quaecunque nos per ipsum accipimus. Ut enim propter nos homo factus est, ita nos propter eum exaltamur. Nihil igitur absurdi est, si quemadmodum seipsum propter nos humiliavit, ita et propter nos exaltari dicatur. Itaque *donavit illi,* id est nobis propter ipsum, et *exaltavit,* id est nos in ipso. Verbum porro, cum nos exaltamur, accipimus et adiuvamur, quasi ipsum exaltaretur, acciperet est adiuvaretur, gratias agit Patri, nostraque in se ipsum transfert et ait: *Omnia quaecunque dedisti mihi dedi eis.*

8. Ariani Eusebii gregales cum Filio principium existendi tribuunt, simulant se nolle eum regni principium habere. Atqui istud ridiculum fuerit; siquidem qui Filio dat existendi principium, manifeste principium quoque regnandi illi dat, ac proinde fatendo quod negant se caecos ipsi esse produnt. Qui item aiunt merum nomen Filii esse, Filium autem Dei id est Verbum Patris essentia et substantia vacuum esse, fingunt se adversus illos indignari, qui dicunt: Fuit aliquando cum non esset. Atqui id etiam ridiculum est. Nam qui illum ne esse quidem volunt, illis succensent, qui eum saltem tempore esse concedunt. Itaque hi etiam confitentur quod negant, cum alios reprehendunt. Praeterea Eusebiani, qui Filium confitentur, eum natura Verbum esse negant, solaque cogitatione Verbi nomen Filio volunt concedi, alii vero, qui Verbum confitentur, negant ipsum

ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, οὕτως καὶ δι' ἡμᾶς.

e. Sic Reg. et Seguerian. At in aliis et editis οἱ deest. Ibid. Reg. Seguer. Basil. Anglic. ἀρχὴν τοῦ εἶναι. Alii et editi ἀρχὴν εἶναι. Paulo post Seguer. μὴ βουλεύεσθαι ἀρχήν etc.

f. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi προποιοῦνται.

P. 623. ὁμολογοῦντες ἀρνοῦνται αὐτὸν εἶναι υἱόν, καὶ κατ' ἐπίνοιαν υἱὸν λέγεσθαι τὸν λόγον βούλονται, ἐξ ἴσου κενοβατοῦντες.

9. [a]Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[1]). τὰ δύο ἓν εἶναί φατε ἢ τὸ ἓν διώνυμον ἢ πάλιν τὸ ἓν εἰς δύο διῃρῆσθαι. εἰ μὲν οὖν τὸ ἓν εἰς δύο διῄρηται, ἀνάγκη σῶμα εἶναι τὸ διαιρεθέν, καὶ [b]μηδέτερον τέλειον, μέρος γὰρ ἑκάτερον καὶ οὐχ ὅλον· εἰ δὲ τὸ ἓν διώνυμον, Σαβελλίου τὸ ἐπιτήδευμα. τὸν αὐτὸν υἱὸν καὶ πατέρα λέγοντος καὶ ἑκάτερον ἀναιροῦντος, ὅτε μὲν υἱός, τὸν πατέρα, ὅτε δὲ πατήρ, τὸν υἱόν· εἰ δὲ τὰ δύο ἕν, ἀνάγκη δύο μὲν εἶναι, ἓν [c]δὲ κατὰ τὴν θεότητα καὶ κατὰ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς εἶναι τὸν λόγον, ὥςτε δύο μὲν εἶναι, ὅτι [d]πατήρ ἐστι καὶ υἱός, ὅ ἐστι λόγος, ἓν δέ, ὅτι εἷς θεός. εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἐστίν, ἔδει εἰπεῖν· ἐγώ εἰμι ὁ πατὴρ ἢ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ εἰμι· νῦν [e]δὲ ἐν τῷ ἐγὼ τὸν υἱὸν σημαίνει, ἐν δὲ τῷ καὶ ὁ πατὴρ τὸν γεννήσαντα, ἐν δὲ τῷ ἓν τὴν μίαν θεότητα καὶ τὸ ὁμοούσιον αὐτοῦ. οὐ γὰρ καθ' Ἕλληνας ὁ αὐτὸς σοφὸς καὶ σοφία ἐστίν, ἢ ὁ αὐτὸς πατὴρ καὶ λόγος ἐστίν, ἀπρεπὲς γὰρ αὐτὸν ἑαυτοῦ πατέρα εἶναι· ἡ δὲ θεία διδασκαλία οἶδε πατέρα καὶ υἱὸν καὶ σοφὸν καὶ σοφίαν καὶ θεὸν καὶ λόγον· καθόλου μέντοι [f]φυλάττει ἀδιαίρετον καὶ ἀδιάσπαστον καὶ ἀμέριστον κατὰ πάντα.

P. 624. 10. Ἐὰν δὲ ὅτι δύο ἐστὶν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἀκούων τις διαβάλλοι ὡς δύο θεῶν καταγγελλομένων, τοιαῦτα γάρ τινες ἑαυτοῖς ἀναπλάττονται, καὶ εὐθέως γελῶσιν, ὅτι δύο θεοὺς λέγετε, λεκτέον πρὸς τοὺς τοιούτους, εἰ ὁ πατέρα καὶ υἱὸν γινώσκων δύο θεοὺς [g]λέγει, ὥρα καὶ τὸν λέγοντα ἕνα ἀναιρεῖν τὸν υἱὸν καὶ Σαβελλίζειν. εἰ γὰρ ὁ λέγων δύο Ἑλληνίζει, οὐκοῦν ὁ λέγων [h]ἓν Σαβελλίζει. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὥςπερ ὁ λέγων πατέρα καὶ υἱὸν δύο ἕνα θεὸν λέγει, οὕτως ὁ λέγων ἕνα θεὸν δύο [i]φρονείτω πατέρα καὶ υἱόν, ἓν ὄντας τῇ θεότητι καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ ἀμέριστον καὶ ἀδιαίρετον καὶ ἀχώριστον εἶναι τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ πατρός. ἔστω δὲ παράδειγμα ἀνθρώπινον τὸ πῦρ καὶ

1) Ioan. 10, 30.

a. Hic in Basil. et Anglic. interseritur huiusmodi titulus, et quidem miniatis literis in Basil.: τοὺς σαβελλίζοντας καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ὄντας ἐρέσθαι οὕτως. Id est *Sabellizantes et alios, qui Gentiles sunt, si interrogare.* Quae item habentur ad marginem in Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. l. Mox Reg. et Seguer. ἢ πάλιν τὸ ἓν etc. Ceteri et editi εἰ πάλιν etc.

b. Basil. et Anglic. καὶ μὴ ἕτερον τέλειον.

c. Reg. δέ omittit.

d. Reg. ὅτι ὁ πατήρ.

e. Sic Reg. Seguer. Anglic. At alii et editi νῦν δὲ τὸ ἐγώ.

esse Filium, solaque cogitatione nomen Filii Verbo tribui volunt, vano utrique conatu. P. 623.

9. *Ego et Pater unum sumus.* Vel duo vos unum esse dicitis, vel unum duplici nomine ornatum esse, vel unum in duo esse divisum. Si unum in duo divisum est, necesse est corpus esse id, quod divisum est, neutrumque esse perfectum, quippe cum utrumque pars sit, non vero totum. Sed si unum est duplici ornatum nomine, haec Sabellii sententia est, qui Patrem et Filium eundem esse docet, et utrumque tollit, Patrem quidem, cum Filius est, Filium vero, cum est Pater. Quod si duo unum sint, necesse est illos duos quidem esse, unum vero secundum divinitatem et quatenus Filius Patri est consubstantialis et ex ipso Patre Verbum est, ita ut duo quidem sint, quia Pater est, et Filius quod est Verbum, unum autem, quia Deus unus est. Nam nisi ita sit, dicendum certe illi erat: Ego sum Pater, vel Ego et Pater sum. Nunc vero ista voce *Ego* Filium significat; genitorem autem, cum subdit *et Pater*, denique dictione *unum* unam divinitatem suamque designat consubstantialitatem. Nec enim, ut Gentiles putant, idem est sapiens et sapientia, vel idem Pater et Verbum, absurdum enim est eundem sui ipsius patrem esse, verum divina doctrina Patrem et Filium novit, sapientem et sapientiam, Deum et Verbum, maxime autem cavet, ne quid dividuum, dissolubile vel separabile omnino in Deo admittat.

10. Ceterum si quis duos esse Patrem et Filium audiens nos calumnietur, quasi qui duos Deos inducamus (nonnulli enim id sibi fingunt, statimque nos his verbis irrident: Vos duos deos asseritis), huiusmodi hominibus sic respondendum est: Si is, qui Patrem et Filium agnoscit, duos deos dicit, necesse est igitur ut Filio repudiato a Sabellio stet, qui unum esse credit. Namque si is, qui duos dicit, Gentilis est, igitur ille, qui unum dicit, Sabellianus est. Verum non ita se res habet, absit; sed quemadmodum is, qui Patrem et Filium duos esse agnoscit, unum Deum esse confitetur, ita ille, qui Deum unum credit, Patrem et Filium duos credat esse, sed unum divinitate et quatenus ex Patre natum Verbum ab ipso Patre nec separari nec dividi nec seiungi potest. Humano, si placet, utamur exemplo. Ignis et splendor ex eo ortus duo quidem sunt, quatenus existunt et cer- P. 624.

f. Basil. et Anglic. *φυλάττειν.* Ibidem Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *καὶ ἀδιάστατον.* Alii et editi *καὶ ἀδιάσπαστον.*

g. Reg. et Seguer. *λέγων.* Sed in Seguer. emendatum est *λέγει,* ut et alii et editi habent.

h. Anglic. *ἕνα.*

i. Sic Reg. et Seguer. At Gobler. et Felckm. 1. *φρονεῖ. τὸ πατέρα.* Alii et editio Comm. *φρονεῖ· τῷ πατέρα.* Mox Reg. Gobler. et Felckm. 1. *τὸ ἐξ αὐτοῦ.* Ceteri et editio Commel. *τῷ ἐξ αὐτοῦ.*

P.624. τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀπαύγασμα, δύο μὲν τῷ εἶναι καὶ ὁρᾶσθαι, ἓν δὲ [a]τῷ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀδιαίρετον εἶναι τὸ ἀπαύγασμα αὐτοῦ.

11. Εἰς τὴν αὐτὴν μὲν ἄνοιαν τοῖς Ἀρειανοῖς πίπτουσι· κἀκεῖνοι γάρ φασι δι' ἡμᾶς αὐτὸν [b]ἐκτίσθαι, ἵνα ἡμᾶς κτίσῃ, ὥσπερ τοῦ θεοῦ περιμένοντος τὴν ἡμετέραν κτίσιν, ἵνα ἢ προβάληται κατ' ἐκείνους ἢ κτίσῃ κατὰ τούτους. Ἀρειανοὶ μὲν οὖν πλέον ἡμῖν ἢ τῷ υἱῷ χαρίζονται· οὐ γὰρ ἡμεῖς δι' ἐκεῖνον, [c]φασίν, ἀλλ' ἐκεῖνος δι' ἡμᾶς γέγονεν, εἴγε διὰ τοῦτο ἐκτίσθη καὶ ὑπέστη, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ κτίσῃ ὁ θεός. οὗτοι δὲ ἐξ ἴσου ἢ καὶ μειζόνως ἀσεβοῦντες ἔλαττον τῷ θεῷ ἢ ἡμῖν διδόασιν. ἡμεῖς γὰρ πολλάκις [d]καὶ σιωπῶντες μὲν ἐνθυμούμενοι δὲ ἐνεργοῦμεν, ὥστε τὰ ἐκ τῆς ἐνθυμήσεως καὶ εἰδωλοποιεῖσθαι, τὸν δὲ θεὸν σιωπῶντα μὲν ἀνενέργητον, λαλοῦντα δὲ ἰσχύειν αὐτὸν βούλονται, εἴγε σιωπῶν μὲν οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν, λαλῶν δὲ κτίζειν ἤρξατο. [e]ἐρέσθαι γὰρ αὐτοὺς δίκαιον, εἰ ὁ λόγος ἐν τῷ θεῷ ὢν τέλειος ἦν, ὥστε καὶ ποιεῖν δύνασθαι. εἰ μὲν [f]οὖν ἀτελὴς ἦν ἐν θεῷ ὤν, γεννηθεὶς δὲ τέλειος γέγονεν, ἡμεῖς αἴτιοι τῆς τελειότητος αὐτοῦ, εἴγε δι' ἡμᾶς γεγέννηται, δι' ἡμᾶς [g]γὰρ καὶ τὸ δύνασθαι ποιεῖν προσείληφεν· εἰ δὲ τέλειος ἦν ἐν θεῷ, ὥστε καὶ ποιεῖν δύνασθαι, περιττὴ ἡ γέννησις αὐτοῦ, ἐδύνατο γὰρ καὶ ἐν πατρὶ ὢν δημιουργεῖν· ὥστε ἢ οὐ γεγέννηται, ἢ γεγέννηται οὐ δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι ἀεὶ ἐκ τοῦ
P.625. πατρός ἐστιν, ἡ γὰρ γέννησις αὐτοῦ οὐ τὴν ἡμῶν κτίσιν δείκνυσιν, ἀλλὰ τὸ ἐκ θεοῦ εἶναι, ἦν γὰρ καὶ πρὸ τῆς κτίσεως ἡμῶν.

12. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πατρὸς τολμῶντες φανήσονται. εἰ γὰρ σιωπῶν οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν, ἀνάγκη προσειληφέναι αὐτὸν δύναμιν γεννήσαντα, ὅ ἐστι λαλήσαντα. καὶ πόθεν προσείληφε; καὶ διατί; εἰ δὲ ἠδύνατο ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον ποιεῖν, περιττῶς γεννᾷ, δυνάμενος καὶ σιωπῶν ποιεῖν. ἔπειτα εἰ πρὸ τοῦ [h]γεννηθῆναι ἐν τῷ θεῷ ἦν ὁ λόγος, ἄρα γεννηθεὶς ἐκτὸς καὶ ἔξω τοῦ θεοῦ ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο, πῶς νῦν λέγει· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]); εἰ δὲ νῦν ἐν τῷ πατρί ἐστιν, [i]ἄρα ἀεὶ ἦν ἐν τῷ πατρί, ὥσπερ καὶ νῦν ἐστι, καὶ περιττὸν τὸ λέγειν· δι' ἡμᾶς γεγέννηται καὶ μεθ' ἡμᾶς ἀνατρέχει, ἵνα ᾖ ὥσπερ ἦν. οὐ γὰρ ἦν ὅπερ οὐκ ἔστι νῦν, οὐδέ ἐστιν ὅπερ οὐκ ἦν, [k]ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ ἦν

1) Ioan. 14, 10.

a. Reg. et Seguer. τὸ ἐξ αὐτοῦ. Mox ante εἰς τὴν αὐτήν etc. Basil. et Angl. haec verba instar tituli interserunt: πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι ἦν ὁ λόγος ἐν τῷ θεῷ σιωπώμενος· ὕστερον δὲ προβέβληται δι' ἡμᾶς ἵνα ἡμεῖς κτισθῶμεν. Id est *Adversus eos qui dicunt Verbum in Deo fuisse tacite sive silentio, postea autem propter nos, ut scilicet crearemur, emissum seu prolatum fuisse.* Quae item exstant ad marginem Reg. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1.

b. Anglic. κτίζεσθαι. Paulo post Reg. et Seguer. προβάληται. Alii et editi προ-

nuntur, unum vero sunt, quatenus splendor ab igne est nec ab eo di- P. 624. vidi potest.

11. Sane illi in eandem dementiam incidunt ac Ariani. Nam et ipsi Verbum aiunt propter nos creatum esse, ut nos videlicet crearet, quasi Deus nostram exspectasset creationem, ut vel secundum illos ipsum emitteret, vel secundum istos crearet. Plus igitur nobis tribuunt Ariani quam Filio. Nec enim nos propter illum, inquiunt, sed ille propter nos factus est, si nempe idcirco creatus est et exstitit, ut nos Deus per eum crearet. Hi autem pari vel etiam maiori impietate minus Deo quam nobis concedunt. Nos enim saepe vel silentes et solum cogitantes agimus, ita ut ea, quae cogitamus, etiam imaginibus et simulacris exprimantur, hi vero Deum silentem nihil agere, sed tantum loquentem vim habere volunt, si utique silens nihil potuerit efficere, sed loquens creare incoeperit. Enimvero aequum est nos ab illis quaerere, num Verbum, cum esset in Deo, perfectum fuerit, ita ut posset agere. Si imperfectum erat, cum in Deo esset, tuncque perfectum est, cum est genitum; nos ergo eius perfectionis causa sumus, si nempe propter nos genitum fuerit. Ita enim propter nos agendi potestatem acceperit. Si vero perfectum erat, cum in Patre esset, ita ut etiam potuerit agere, frustra certe genitum est, siquidem creare poterat, cum adhuc in Patre esset, ac proinde vel non genitum est, vel non propter nos genitum est, sed quia semper est ex Patre. Eius enim ortus non nostri creationem, sed ipsum ex Deo esse signi- P. 625. ficat, erat siquidem etiam antequam crearemur.

12. Quin etiam idem profecto audebunt de Patre ipso dicere. Namque si silens agere non potuit, necesse est ut gignendo id est loquendo virtutem acceperit. At unde et per quid accepit? Quod si Verbum in se habens potuit agere, inutiliter ergo gignit, cum silens possit agere. Deinde si Verbum, priusquam genitum est, in Deo erat, igitur genitum foris et extra Deum est. Quod si verum est, quare ergo nunc dicit: *Ego in Patre et Pater in me est?* Si porro nunc est in Patre, ergo semper fuit in Patre, uti nunc quoque est, inutileque dictu est ipsum propter nos genitum fuisse, ac post nos recurrere, ut sit quemadmodum erat. Nec enim erat quod nunc non est, nec nunc est quod non erat; sed est quemadmodum erat semper, idem-

βάλληται.

c. Reg. *φησιν.* Paulo post Anglican. *ἐξ ἴσου καὶ μειζόνως.*

d. Sic Reg. et Seguer. At in aliis et editis deest *καί.*

e. Reg. et Seguer. *ἐῤῥέσθαι,* acuta penultima. Alii et editi *ἔρεσθαι.*

f. *οὖν* abest a Basil. et Anglic.

g. Reg. et Seguer. *δι' ἡμᾶς γὰρ καί.* Alii et editi *δι' ἡμᾶς δὲ καί.* Paulo post Basil. et Anglic. *ἦν ἐν τῷ θεῷ.*

h. Reg. et Seguer. *γεννηθῇ.*

i. Reg. et Seguer. *ἄρα εἰ,* mendose pro *ἄρ' ἀεί.*

k. Sic mss. At editio Commel. omittit *ἔστιν.*

P. 625. ἀεὶ καὶ ὡςαύτως καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχων· ἐπεὶ ἀτελὴς καὶ τρεπτὸς φανήσεται. εἰ γὰρ ὅπερ ἦν, τοῦτ᾽ ἔσται μετὰ ταῦτα ὡς νῦν οὐκ ὤν, [a] δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι νῦν ὅπερ ἦν καὶ ἔσται. λέγω δέ, εἰ ἐν Θεῷ ἦν πρότερον καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἔσται, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι νῦν ἐν τῷ Θεῷ ὁ λόγος. ἀλλ᾽ ἐλέγχει τούτους ὁ κύριος λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[1]), οὕτω γάρ ἐστι νῦν ὥςπερ ἦν ἀεί. εἰ δὲ οὕτως νῦν ἐστιν ὥςπερ ἦν ἀεί, δῆλον ὅτι οὐ ποτὲ μὲν ἐγεννᾶτο, ποτὲ δὲ οὔ, οὐδὲ ποτὲ μὲν ἐν Θεῷ ἡσυχία ἦν, ποτὲ δὲ ἐλάλει, ἀλλ᾽ ἔστιν ἀεὶ πατὴρ καὶ υἱὸς ὁ τούτου λόγος, οὐκ ὀνόματι μόνον λόγος οὐδὲ κατ᾽ ἐπίνοιαν υἱὸς [b] ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ὑπάρχων ὁμοούσιος τῷ πατρί, οὐ δι᾽ ἡμᾶς γεννηθείς, ἡμεῖς γὰρ δι᾽ ἐκεῖνον γεγόναμεν. ἐπεὶ εἰ δι᾽ ἡμᾶς ἐγεννήθη, καὶ ἐν τῷ [c] γεγεννῆσθαι αὐτὸν ἐκτίσθημεν, καὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ συνέστηκεν ἡ κτίσις, ἀνατρέχει δὲ ἵνα ᾖ ὅπερ πρότερον ἦν, πρῶτον μὲν ἔσται πάλιν μὴ γεννώμενος ὁ γεννηθείς. εἰ γὰρ ἡ πρόοδος αὐτοῦ γέννησίς ἐστιν, ἡ ἀναδρομὴ πάλιν παῦλα τῆς γεννήσεως, γενομένου γὰρ αὐτοῦ ἐν τῷ Θεῷ σιωπήσει πάλιν ὁ Θεός. εἰ δὲ σιωπήσει, ἔσται ὅπερ ἦν σιωπῶντος αὐτοῦ, ἡσυχία καὶ οὐ κτίσις, παύσεται ἄρα ἡ κτίσις. ὥςπερ γὰρ προελθόντος τοῦ λόγου γέγονεν ἡ κτίσις καὶ ὑπῆρξεν, οὕτως παλινδρομοῦντος τοῦ λόγου οὐχ [d] ὑπάρξει ἡ κτίσις. τίς οὖν χρεία τοῦ γενέσθαι, εἰ παύσεται; ἢ τί καὶ ἐλάλει ὁ Θεός, ἵνα μετὰ ταῦτα σιωπήσῃ; τί δὲ προεβάλλετο ὃν ἀνακαλεῖται; τί δὲ καὶ ἐγέννα οὗ τὴν γέννησιν παύσειν ἤθελε; τί δὲ
P. 626. πάλιν ἔσται ἄδηλον. ἢ γὰρ σιωπήσει ἀεί, ἢ πάλιν γεννήσει καὶ ἑτέραν κτίσιν ἐπινοήσει· οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν ποιήσει, [e] ἢ γὰρ ἂν διέμεινεν ἡ γενομένη, ἀλλ᾽ ἑτέραν· ἀκολούθως δὲ καὶ ταύτην παύσει καὶ ἑτέραν ἐπινοήσει, καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον.

13. [f] Τοῦτο δὲ ἴσως ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν ὑπέλαβε διαβεβαιουμένων συστέλλεσθαι καὶ πάλιν ἐκτείνεσθαι τὸν Θεὸν μετὰ τῆς κτίσεως καὶ ἀπείρως παύεσθαι. τὸ γὰρ πλατυνόμενον ἀπὸ στενότητος πλατύνεται, καὶ τὸ ἐκτεινόμενον συνεσταλμένον ἐκτείνεται, καὶ αὐτὸ μέν ἐστι, πλέον δὲ οὐδὲν ἢ πάθος ὑπομένει. εἰ τοίνυν

1) Ioan. 14, 10.

a. Goblerian. et Felckm. 1. hic et infra δηλονότι.

b. Reg. et Seguer. addunt ὁ λόγος, quod in aliis et editis deest.

c. Sic mss. et editio Commel.

d. Gobler. et Felckm. primus ὑπῆρξεν. Ibid. Reg. Basil. Anglic. τίς οὖν ἡ χρεία. Alii et editio Commel. τίς οὖν χρεία. Item ibidem Gobler. et Felckm. 1. τούτου γενέσθαι.

e. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At ceteri et editi καὶ γὰρ etc. Mox ad marginem Reg. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. haec leguntur: τὰ περὶ σαββάτων καὶ περιτομῆς (Basil. τομῆς) ὧδε ἔκειντο. Id est *Tractatus de Sabbatis et Circumcisione hic extabat.* De eo agemus

que ac eodem modo semper est. Alioquin imperfectum et mutabile P.625. esse videretur. Si enim quod erat, id postea erit, quasi nunc non id ipsum esset; igitur nunc non est quod erat et erit. Rem clarius expono. Si in Deo antea erat et postea rursus erit, perspicuum est, Verbum nunc in Deo non esse. Verum revincuntur hac Domini voce: *Ego in Patre et Pater in me est.* Sic enim nunc est, uti fuit semper. Si porro nunc est uti fuit semper, non igitur aliquando gignebatur et aliquando non gignebatur, nec item aliquando in Deo silentium et quies fuit, aliquando autem idem locutus est; sed semper est Pater et Filius eius Verbum, qui Filius non solo nomine Verbum est, nec Verbum cogitatione est Filius, sed Patri consubstantialis existit, nec ille propter nos est genitus, sed nos propter illum facti sumus. Ceteroqui si propter nos genitus est, et nos tunc, cum est genitus, creati sumus, eiusque ortu constitutae sunt res creatae, ac deinde recurrit ipse ut sit quod prius erat, primum inde efficitur, ut genitus rursus non generetur. Nam si eum procedere ipsum est gigni, igitur cum revertitur, gigni desinit. Postquam enim ad Deum reverterit, Deus rursus silebit. Atqui si silebit, erit quod eo silente erat, nempe quies, non autem rerum creatio, quae proinde finem habebit. Nam ut procedente Verbo factae sunt et extiterunt res creatae: ita recurrente Verbo iam non amplius existent res creatae. Quid igitur eas fieri opus fuit, si esse desinent? Vel quare locutus est Deus, ut post haec sileret? Cur vero protulit quem deinde revocat? Cur eum gignit, cuius generationem finem voluit habere? Incertum autem est, quid iterum erit. Vel enim semper taciturus est, vel rursus est geniturus P.626. aliasque res creandas cogitaturus; nec enim easdem est effecturus, quippe quas factas permansisse satius fuisset, sed alias producturus est, quas delebit similiter aliasque iterum cogitabit, idque infinite.

13. Forte autem huiusmodi opinio ex Stoicorum schola emanavit, qui nempe Deum putant contrahi rursusque cum rebus creatis dilatari infiniteque quiescere. Quod enim dilatatur, contractum dilatatur, et quod extenditur, contractum extenditur, atque idem quidem est, nihil autem aliud praeter affectionem quandam patitur. Itaque si Uni-

suo loco [Vd. Tom. II. p. 55. ed. Ben.]

f. Stoicorum sententiam sic explicat Diogenes Laërtius in Zenone, prout legit Iustus Lipsius Physiologiae Stoicorum lib. II. dissertat. VI. *λέγουσι δὲ κόσμον τριχῶς· αὐτόν τε τὸν θεὸν τὸν τῆς ἁπάσης οὐσίας ἰδιοποιὸν, ὃς δὴ ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγέννητος, δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως, κατὰ χρόνων ποιὰς περιόδους ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν.* Id est *Mundum vero tripliciter dicunt: primo ipsum Deum, universae essentiae proprium effectorem, qui sane corruptionis expers est et ingenitus, ordinis et dispositionis rerum opifex, per certas temporum periodos universam in seipsum absumens essentiam, iterumque ex seipso gignens.* Suidas habet *θεὸν, καὶ τὸν ἁπάσης* etc. In editione Henrici Stephani a. 1570. mendose habetur *τὸν ἐκ τῆς ἁπάσης οὐσίας ποιόν*, vel ut in notis emendatur *ἰδίως ποιόν*.

P. 626. ἡ μονὰς πλατυνθεῖσα γέγονε τριάς, ἡ δὲ μονάς ἐστιν ὁ πατήρ, τριὰς δὲ πατήρ, υἱός, [a] ἅγιον πνεῦμα, πρῶτον μὲν πλατυνθεῖσα ἡ μονὰς πάθος ὑπέμεινε καὶ γέγονεν ὅπερ οὐκ ἦν, ἐπλατύνθη γὰρ οὐκ οὖσα πλατεῖα, ἔπειτα εἰ αὐτὴ ἡ μονὰς ἐπλατύνθη εἰς τριάδα, τριὰς δέ ἐστι πατὴρ [b] καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὁ αὐτὸς ἄρα πατὴρ γέγονεν καὶ υἱὸς καὶ πνεῦμα κατὰ Σαβέλλιον, ἐκτὸς εἰ μὴ ἡ λεγομένη [c] παρ' αὐτῷ μονὰς ἄλλο τί ἐστι παρὰ τὸν πατέρα. οὐκ ἔτι οὖν πλατύνεσθαι ἔδει [d] λέγειν, ἀλλ' ἡ μονὰς τριῶν ποιητική, ὥςτε εἶναι μονάδα, εἶτα καὶ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα. εἰ γὰρ ἐπλατύνθη αὕτη καὶ ἐξέτεινεν ἑαυτήν, αὐτὴ ἂν εἴη ὅπερ ἐξετάθη, καὶ τριὰς μὲν πλατυνθεῖσα οὐκ ἔτι μονάς ἐστι, μονὰς δὲ οὖσα οὔπω ἦν τριάς, καὶ ὁ πατὴρ ἄρα ὢν οὔπω ἦν υἱὸς καὶ πνεῦμα, γενόμενος δὲ ταῦτα οὐκ ἔτι πατὴρ μόνος ἐστί. ταῦτα δὲ καταψευδόμενος ἄν τις εἴποι τοῦ θεοῦ σῶμα καὶ παθητὸν αὐτὸν εἰςάγων· τί γάρ ἐστι πλατύνεσθαι ἢ πάθος τοῦ πλατυνομένου; ἢ τί ἐστι τὸ [e] πλατυνόμενον ἢ τὸ πρότερον μὴ τοιοῦτον ἀλλὰ στενὸν τυγχάνον; ταυτὸν γάρ ἐστι, χρόνῳ [f] μόνον διαφέρον ἑαυτοῦ.

14. Τοῦτο καὶ ὁ θεῖος γινώσκει ἀπόστολος πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων· μὴ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, πλατύνθητε δὲ καὶ ὑμεῖς Κορίνθιοι[1]), τοὺς γὰρ αὐτοὺς ἀπὸ στενότητος εἰς πλατυσμὸν μεταβάλλειν συμβουλεύει. ὥςπερ δὲ [g] εἰ ἐπλατύνθησαν πάλιν Κορίνθιοι καὶ στενοχωρούμενοι, οὐκ ἄλλοι ἐτύγχανον, ἀλλὰ πάλιν ἦσαν Κορίνθιοι, οὕτως εἰ ὁ πατὴρ ἐπλατύνθη εἰς τριάδα, ἡ τριὰς
P. 627. πάλιν ἐστὶν ὁ πατὴρ μόνος. τὸ αὐτὸ δὲ πάλιν φησίν· ἡ καρδία [h] ἡμῶν πεπλάτυνται[2]), καὶ ὁ Νῶε λέγει· πλατύναι ὁ θεὸς τῷ Ἰάφεθ[3]), ἡ αὐτὴ γὰρ καρδία καὶ ὁ αὐτὸς Ἰάφεθ ἐστὶν ἐν τῷ πλατυσμῷ. εἰ μὲν οὖν ἡ μονὰς ἐπλάτυνεν, ἄλλοις ἂν ἐπλάτυνεν· [i] εἰ δὲ αὐτὴ ἐπλάτυνεν, αὐτὴ ἂν εἴη ὅπερ ἐπλατύνθη· τί δέ ἐστιν ἢ ὁ υἱὸς καὶ πνεῦμα ἅγιον; [k] ἐρέσθαι δὲ αὐτὸν τοιαῦτα λέγοντα καλόν· τίς ἡ ἐνέργεια τοῦ τοιούτου πλατυσμοῦ; ἢ ὡς ἐπ' αὐτῆς

1) 2. Cor. 6, 12. 13. 2) 2. Cor. 6, 11. 3) Genes. 9, 27.

a. Sic Reg. et Segu. At alii et editi καὶ ἅγιον.

b. Reg. et Seguer. καὶ υἱός. In aliis et editis deest καί. Ibidem Reg. Seguer. Gobler. ὁ αὐτὸς ἄρα. Ceteri et editi ὁ omittunt.

c. Reg. et Seguer. παρ' αὐτῷ. Ceteri et editi παρ' αὐτῶν. Nannius videtur legisse παρ' αὐτῷ, nam vertit *apud Deum*, sed male; hic enim Sabellius indicatur.

d. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi λόγον, mendose. Paulo post Basil. et Anglican. καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.

e. Sic Reg. et Seguer. At in aliis et editis deest τό. Ibidem ante πρότερον Basil. et Anglic. τό omittunt.

f. Reg. Seguer. Basil. Anglic. addunt μόνον, Gobler. μόνῳ, utrumque autem abest ab aliis et editis. Ibidem Reg. et Seguer. ἑαυτοῦ. Gobler. αὐτῷ. Ceteri et editi αὐτοῦ. Quae ibidem sequuntur, ita extant in Reg. Seguer. Basil. Anglican. et Felckm. 1. ubi Seguer. στενοχωρῆσθε.

tas dilatata facta est Trinitas, si item Unitas est Pater, Trinitas vero P. 626. est Pater, Filius et Spiritus sanctus, primo sequitur ut dilatata Unitas aliquam passa sit affectionem, factaque sit quod non erat, siquidem dilatata est quae lata non erat. Deinde si ipsa Unitas in Trinitatem dilatata est, Trinitasque Pater est et Filius et Spiritus sanctus; ipse ergo Pater factus est et Filius et Spiritus, ut sentit Sabellius, nisi forte Unitas, quam ille propugnat, aliquid sit aliud praeter Patrem. Igitur non iam Unitas dilatari dicenda erat, sed trium potius esse effectrix, ita ut primo sit Unitas, deinde et Pater et Filius et Spiritus. Nam si ipsa dilatata est seque ipsam extendit, ipsa sane fuerit id, quod extensum est. Dilatata proinde Trinitas non amplius est Unitas, quae cum esset Unitas, nondum Trinitas erat; igitur cum item Pater esset, nondum erat Filius et Spiritus, qui Pater postquam ista factus est, non iam tantum Pater est. Verum nemo haec dixerit, nisi qui corpus Deo false affingat, eumque patibilem naturam habere arbitretur. Quid enim est dilatari quam passio seu affectio rei dilatatae? Vel quid est res dilatata, quam quae antea non huiusmodi sed contracta erat? Eadem quippe est, soloque temporis spatio a seipsa differt.

14. Id non ignorabat divinus Apostolus, qui ita ad Corinthios scribit: *Non coangustamini in nobis, dilatamini vero et vos Corinthii.* Illos scilicet hortabatur, ut ab angustia in latitudinem se transferrent. Ut autem si coangustati Corinthii dilatati postea essent, non alii sed Corinthii semper fuissent; ita si Pater in Trinitatem dilatatus est, certe Trinitas solus rursus est Pater. Idem iterum ait: *Cor nostrum dilatatum est.* P. 627. Noë item dicit: *Dilatet Deus Japhet.* Siquidem idem cor idemque est Japhet in dilatatione. Si ergo Unitas dilatavit, res alias dilatavit, vel si ipsa se dilatavit, ea sane fuerit id ipsum, quod dilatatum est. Quid vero illud est praeter Filium et Spiritum sanctum? Non ab re autem erit, eum, qui ita sentit, interrogare, quinam sit huiusmodi dilatationis effectus, vel potius (ipsa veluti coram veritate),

Ceteri vero et editi sic habent: *τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔφη*, Gobler. *φησί.*

g. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi *εἰ* omittunt.

h. Sic mss. et editio Commel. ut Scripturae textus. Editio autem Parisiens. et Colon. *ὑμῶν ἐπλατύνθη.* Mox Reg. et Seguer. *τῷ Ἰάφεθ*, ut et habet Versio Septuaginta Interpretum iuxta Hebraeum textum יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת. Ceteri vero mss. et editi *τὸν Ἰάφεθ.* Verum cum iidem mox habent *ἄλλοις ἂν ἐπλάτυνεν*, non *ἄλλους*, legendum idcirco *τῷ Ἰάφεθ.* Recte tamen per accusativum redditur: hunc enim casum regit verbum *πλατύνω* et *dilato.* Ibidem Reg. et Seguer. *ἡ αὐτὴ γὰρ καρδία.* Alii et editi *ἡ αὐτοῦ γὰρ καρδία.*

i. Basil. et Anglic. *εἰ δὲ αὐτήν.* Ceteri mss. et editio Commel. habent *αὐτή.* Sed *αὐτῇ* legendum, ut antea legitur *τῷ Ἰάφεθ* et *ἄλλοις.* Ibidem Basil. et Anglic. *αὕτη ἂν εἴη.* Forte aliter hunc locum legit Nannius, cuius haec est versio post *ἐν τῷ πλατυσμῷ*: *Ergo si unitas se dilatarit, eadem fuerit iam dilatata, quae ante dilatationem fuerat.*

k. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi *ἔρεσθαι.* Infra Reg. *ἀνάγκῃ δεῖν.*

P. 627. ἀληθείας, διατί ὅλως ἐπλατύνθη; τὸ γὰρ μὴ μένον τὸ αὐτό, ἀλλ' ὕστερον πλατυνόμενον ἔχειν ἀνάγκη δεῖ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ ἐπλατύνθη. εἰ μὲν οὖν ἵνα λόγος καὶ πνεῦμα συνῇ αὐτῷ, περιττὸν τὸ λέγειν [a]μονάς, εἶτα ἐπλατύνθη. οὐ γὰρ ὕστερον λόγος καὶ πνεῦμα, ἀλλ' ἀεί, ἵνα μὴ ἄλογος ὁ θεὸς κατὰ τοὺς Ἀρειανούς. ὥςτε εἰ ἀεὶ ἦν λόγος καὶ πνεῦμα, ἀεὶ πλατεῖα καὶ οὐ πρῶτον μονάς, εἰ δὲ ὕστερον ἐπλατύνθη, ὕστερον καὶ λόγος. εἰ δὲ διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐπλατύνθη καὶ γέγονε τότε τριάς, ἄρα πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως οὔπω ἦν τριάς, φανήσεται δὲ [b]ὁ πατὴρ καὶ γεγονὼς σάρξ, εἴγε αὐτὸς μονὰς ὢν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐπλατύνθη, καὶ τάχα λοιπὸν μονὰς ἔσται καὶ σάρξ, καὶ τὸ τρίτον πνεῦμα, εἴγε αὐτὸς ἐπλατύνθη, ἔσται δὲ καὶ ὀνόματι μόνον τριάς. εἰ δὲ διὰ τὸ κτίσαι ἐπλατύνθη, ἄτοπον. δυνατὸν γὰρ ἦν καὶ μονάδα [c]μένουσαν αὐτὴν πάντα ποιεῖν. οὐ γὰρ ἐνδεὴς ἦν πλατυσμοῦ ἡ μονάς, οὐδὲ ἀσθενὴς ἦν [d]πρὸ τοῦ πλατυνθῆναι. ἄτοπον γὰρ καὶ ἀσεβὲς τοῦτό γε ἐπὶ θεοῦ νοεῖν καὶ λέγειν. ἀκολουθήσει δὲ καὶ ἄλλο ἄτοπον. εἰ [e]γὰρ διὰ τὴν κτίσιν ἐπλατύνθη, ἕως δὲ μονὰς ἦν, οὐκ ἦν ἡ κτίσις, πάλιν [f]δὲ ἔσται μετὰ τὴν συντέλειαν μονὰς ἀπὸ πλατυσμοῦ, ἀναιρεθήσεται καὶ ἡ κτίσις. ὥςπερ γὰρ διὰ τὸ κτίσαι ἐπλατύνθη, οὕτως παυομένου τοῦ πλατυσμοῦ παύσεται καὶ ἡ κτίσις.

15. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἄτοπα ἐκ τοῦ πλατύνεσθαι λέγειν εἰς τριάδα τὴν μονάδα ἀπαντήσει. [g]ἐπειδὴ δὲ οἱ τοῦτο λέγοντες τολ-
P. 628. μῶσι διαιρεῖν λόγον καὶ υἱόν, καὶ λέγειν ἄλλον μὲν εἶναι τὸν λόγον, ἕτερον δὲ τὸν υἱόν, καὶ πρότερον μὲν εἶναι τὸν λόγον, εἶτα [h]τὸν υἱόν, φέρε καὶ περὶ τούτων ἴδωμεν. ἔστι δὲ τούτων διάφορος ἡ τόλμα. οἱ μὲν γὰρ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἀνέλαβεν ὁ σωτήρ, αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν λέγουσιν, οἱ δὲ τὸ συγαμφότερον, τόντε ἄνθρωπον καὶ τὸν λόγον, υἱὸν τότε γεγενῆσθαι, ὅτε συνήφθησαν, ἄλλοι δέ εἰσιν οἱ λέγοντες αὐτὸν τὸν λόγον τότε υἱὸν γεγενῆσθαι, ὅτε ἐνηνθρώπησεν, ἀπὸ γὰρ λόγου, φασί, γέγονεν υἱός, οὐκ ὢν πρότερον υἱὸς ἀλλὰ λόγος μόνον. Στωϊκὰ μὲν οὖν ἀμφότερα, τό,τε πλατύνεσθαι λέγειν τὸν θεὸν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν υἱόν. κατὰ περιττὸν δὲ ἀνόητον, ὅτι ὀνομάζοντες λόγον ἀρνοῦνται αὐτὸν υἱὸν

a. Reg. et Seguer. μονάς· εἶτα etc. puncto inter μονάς et εἶτα interposito. Alii et editi μονὰς εἶτα etc. coniunctim. Paulo post Reg. Seguer. et Gobler. ἄλογος ὁ θεός.' Alii et editi ὁ omittunt. Ibidem Reg. Seguer. Basil. et Anglic. ἦν λόγος. Ceteri et editi ἦν ὁ λόγος.

b. Sic Reg. et Seguerian. At alii cum editis δὲ καὶ ὁ πατήρ.

c. Sic Basil. et Anglic. atque ita emendatum in Regio. At alii et editio Commel. μὲν οὖσαν.

cur omnino dilatata Unitas sit. Quod enim non idem manet, sed po- P.627. stea dilatatur, causam habeat necesse est, per quam dilatetur. Si ut Verbum et Spiritus cum illo esset, praeposterum est dicere Unitatem, deinde dilatatam esse. Nec enim posterius est Verbum et Spiritus, sed semper, ne videlicet Deus sine Verbo seu Ratione esse putetur, uti sentiunt Ariani. Quocirca si semper fuit Verbum et Spiritus, semper quoque dilatata fuit, non autem primum fuit Unitas. Quod si posterius dilatata est, posterius igitur est Verbum. Si vero propter humanae naturae assumtionem dilatata est, tuncque facta est Trinitas; igitur ante naturam humanam assumtam nondum erat Trinitas. Inde item sequetur, ut Pater caro factus sit, si nempe ipse, qui Unitas erat, hominem assumendo dilatatus est; qui et idem fortassis Unitas postea erit, et caro, et quod tertium est Spiritus, si nempe ipse est, qui dilatatus est; ac proinde solo nomine Trinitas futura est. Quod si ad creandum dilatata dicatur, id quoque absurdum est. Fieri enim poterat, ut ipsa manens Unitas omnia efficeret. Nec enim dilatatione indigebat Unitas, nec infirma erat priusquam dilataretur. Nam absurdum et impium est id de Deo sentire et dicere. Aliud insuper absurdum inde consequetur. Si enim rerum creatarum gratiâ dilatata est, si quamdiu erat Unitas, nullae erant res creatae; cum post absolutam creationem rursus e dilatata fieri debeat Unitas, utique delebuntur quoque res creatae. Ut enim creandi causâ dilatata est, ita cum dilatata esse desinet, existere similiter desinent res creatae.

15. Haec itaque absurda ex illa orientur opinione, qua Unitas in Trinitatem dilatari dicitur. Quando vero qui ita sentiunt, Verbum et Filium dividere audent, contenduntque aliud esse Verbum et alium Fi- P.628. lium, prius Verbum esse, deinde Filium; age ista quoque si placet perpendamus. Varia autem illorum est temeritas. Alii enim hominem, quem Salvator assumsit, Filium esse volunt, alii utrumque, nempe hominem et Verbum, tunc Filium factum fuisse putant, cum inter se copulati sunt. Alii autem arbitrantur, ipsum Verbum tunc Filium factum esse, cum homo factus est; siquidem ex Verbo, inquiunt, factus est Filius, qui antea non Filius, sed duntaxat Verbum erat. Porro uterque error Stoïcorum est, quo et Deus dilatari dicitur et Filius negatur. Valde autem illud ineptum est, quod cum Verbum agnoscant et nominent, ipsum Filium esse inficiantur. Enimvero si Verbum ex

d. Sic mss. In editione autem Commel. πρό deest.

e. γάρ abest a Basil. et Anglic., qui Anglic. mox habet καὶ ὡς δὲ μονὰς ἦν.

f. Sic Reg. et Seguerian. aliique mss. praeter Felckmanni 1. In aliis et editis deest δέ.

g. Reg. Seguer. et Anglican. ἐπειδὴ δὲ οἱ. Ceteri et editi ἐπεὶ δὲ οἱ.

h. Basil. et Anglic. εἶτα δὲ τὸν υἱόν.

P. 628. *εἶναι. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ ὁ λόγος, εἰκότως ἂν αὐτὸν ἀρνοῖντο εἶναι υἱόν, εἰ δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστι, διατί μὴ συνορῶσιν ὅτι τὸ ἔκ τινος ὑπάρχον υἱός ἐστιν ἐκείνου, ἐξ οὗ καὶ ἔστιν; εἶτα εἰ τοῦ λόγου πατήρ ἐστιν ὁ θεός, διατί μὴ καὶ ὁ λόγος υἱὸς ἂν εἴη τοῦ ἑαυτοῦ πατρός; πατὴρ γάρ τίς ἐστι καὶ λέγεται οὗ ἐστιν ὁ υἱός, καὶ υἱός τίς ἐστι καὶ λέγεται ἐκείνου, οὗ ἐστιν ὁ πατήρ. εἰ τοίνυν τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἔστι πατὴρ ὁ θεός, οὐδὲ ὁ λόγος υἱὸς ἂν εἴη, εἰ δὲ [a]πατὴρ ὁ θεός, εἰκότως ἂν εἴη καὶ ὁ λόγος υἱός. εἰ δὲ ὕστερον μὲν πατὴρ καὶ πρῶτον θεός, [b]Ἀρειανῶν μὲν τὸ φρόνημα· ἔπειτα ἄτοπον μεταβάλλεσθαι τὸν θεόν, σωματικὸν γάρ. εἰ δὲ ὥσπερ ἐπὶ τῆς κτίσεως ὕστερον ποιητής, ἰστέον ὅτι τῶν [c]γινομένων ὕστερόν ἐστιν ἡ μεταβολή, οὐχὶ τοῦ θεοῦ.*

16. *Εἰ μὲν οὖν ποίημα καὶ [d]ὁ υἱός, καλῶς ἂν ὕστερον πατὴρ καὶ ἐπ' αὐτοῦ, εἰ δὲ οὐ ποίημα ὁ υἱός, ἀεὶ ἄρα ὁ πατήρ, ἀεὶ καὶ ὁ υἱός. εἰ δὲ ἀεὶ [e]ὁ υἱός, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ λόγος. εἰ γὰρ μὴ υἱὸς εἴη ὁ λόγος, καὶ τοῦτό τις ἀποτολμῶν εἴποι, ἢ τὸν λόγον πατέρα λέγει ἢ τὸν υἱὸν κρείττονα τοῦ λόγου. τοῦ γὰρ υἱοῦ ἐν κόλποις ὄντος τοῦ πατρός[1]), ἀνάγκη ἢ μὴ εἶναι πρὸ [f]υἱοῦ τὸν λόγον, οὐδὲν γάρ ἐστι πρὸ τοῦ ὄντος ἐν τῷ πατρί, ἢ εἰ ὁ λόγος ἄλλος ἐστὶ παρὰ τὸν υἱόν, ὁ λόγος ἂν εἴη ὁ πατήρ, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ υἱός. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ὁ λόγος πατήρ, ἀλλὰ λόγος, ἐκτὸς ἂν εἴη ὁ λόγος τοῦ πατρός, ὄντος τοῦ υἱοῦ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός. οὐ γὰρ ἀμφότερα, ὅ,τε λόγος καὶ ὁ υἱός, ἐν τοῖς κόλποις, ἀλλ' ἕνα εἶναι δεῖ καὶ τοῦτον τὸν υἱόν, ὅς ἐστι μονογενής. καὶ πάλιν εἰ ἄλλος [g]ἐστὶν ὁ λόγος καὶ ἄλλος ὁ υἱός, κρείττων εὑρεθήσεται ὁ υἱὸς τοῦ λόγου, οὐδεὶς γὰρ γινώσκει τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός[2]), οὐχ ὁ λόγος. ἢ τοίνυν οὐκ οἶδεν ὁ λόγος, ἢ εἰ οἶδεν, ψεῦδος τὸ*
P. 629. *οὐδεὶς γινώσκει. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[3]), καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[4]), υἱοῦ γάρ εἰσι φωναί, καὶ οὐ λόγου κατ' αὐτούς· δῆλον δὲ ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων. [h]κατὰ γὰρ τὸν Ἰωάννην λέγοντος τοῦ κυρίου· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, ἐβάστασαν λίθους οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν. ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· πολλὰ ἔργα καλὰ ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός, διὰ ποῖον [i]αὐτῶν ἔργον ἐμὲ λιθάζετε; ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας [k]καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. ἀπεκρίθη*

1) Ioan. 1, 18. 2) Matth. 11, 27. 3) Ioan. 14, 9. 4) Ioan. 10, 30.

a. Reg. *εἰ δὲ ὁ πατὴρ ὁ θεός.*
b. Basil. et Anglic. *Ἀρειανὸν μέν* etc.
c. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *γινομένων.* Alii vero et editi *γενομένων.*
d. Sic Reg. Seguer. et Gobler. In aliis et editis *ὁ* deest.
e. Reg. et Seguer. *ἀεὶ υἱός.* Ceteri et editi *ἀεὶ ὁ υἱός.*

Deo non esset, haud immerito ipsum Filium esse negarent. At si ex Deo est, cur non perspiciunt, id, quod ex aliquo existit, filium eius esse, ex quo est? Deinde si Verbi Deus pater est, quidni Verbum sui patris filius fuerit? siquidem pater ille est et dicitur eius, qui suus est filius, et similiter filius ille est et dicitur eius, qui suus est pater. Quapropter si Deus non est Christi pater, nec Verbum filius esse potest. Sed si pater est Deus, vere et Verbum filius est. Quod si postea pater esse dicatur, cum primum Deus esset, haec ipsa est Arianorum doctrina. Sed praeterea absurdum est Deum mutari, nam id corporeum est. Si vero respondeant, patrem Filii factum esse, uti postea rerum creatarum factus est opifex, scire operae pretium est, mutationem non ad Deum, sed ad ea, quae postea fiunt, pertinere. P. 628.

16. Quapropter si Filius esset opus, recte quoque Pater eius postea efficeretur. Sed si Filius non est opus, semper ergo Pater, semper et Filius est. Si porro semper est Filius, ipsum sane fuerit Verbum. Nisi enim Verbum Filius fuerit, qui id audebit negare, fateri eum necesse est, vel Verbum Patrem esse, vel Filium Verbo esse praestantiorem. Nam cum Filius sit in sinu Patris, necesse est vel Verbum ante Filium non esse, nihil enim est ante eum, qui in Patre est, vel si Verbum aliud est praeter Filium, sequitur ut Verbum sit ipse Pater, in quo est Filius. Quod si Verbum non est Pater, sed Verbum, igitur Verbum est extra Patrem, quippe cum Filius in sinu Patris sit. Nec enim ambo, nempe Verbum et Filius, in sinu Patris sunt, sed unum esse oportet eumque Filium, qui est unigenitus. Rursus si aliud est Verbum et alius Filius, Filius Verbo praestantior erit. Nemo enim Patrem cognoscit nisi Filius, non autem Verbum. Vel igitur Patrem non novit Verbum, vel si novit, false dicitur *nemo novit*. Quod idem urgendum est de hisce verbis: *Qui vidit me, vidit Patrem,* P. 629. et *Ego et Pater unum sumus.* Namque hae voces Filii sunt, non Verbi, ut putant illi, idque ex Evangeliis dilucidum est. Nam Domino, ut narrat Ioannes, dicente: *Ego et Pater unum sumus, sustulerunt lapides Iudaei, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa opera bona ostendi vobis ex Patre, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudaei: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia tu homo cum sis facis te ipsum Deum. Respon-*

f. Basil. et Anglic. *πρὸ τοῦ υἱοῦ.*
g. Reg. et Seguer. *ἐστὶν* omittunt. Iidem ibidem et Basil. et Angl. *καὶ ἄλλος υἱός.*
h. Reg. Seguer. Basil. Anglican. addunt *κατὰ γὰρ τὸν Ἰωάννην,* quae absunt ab aliis et editis. Mox Reg. Seguer. Basil. Anglic. *ἐβάστασαν λίθους.* Celeri et editi *ἐβάστασαν γὰρ λίθους.*

i. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. In aliis et editis deest *αὐτῶν.*
k. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi *καί* omittunt. Quae ibidem sequuntur, ita exstant in Reg. Seguer. Basil. et Anglic., sed in Anglic. et Basil. abest *ὅτι* ante *ἐγὼ εἶπα.* Celeri et editi sic habent: *ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. καὶ*

P.629. αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε; εἰ ἐκείνους εἶπε θεούς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή· ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον· υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμι; εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ [a]πατρός, μὴ πιστεύετέ μοι, εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε, ἵνα γνῶτε καὶ γινώσκητε ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πατὴρ κἀγὼ ἐν τῷ πατρί[1]). καί τοι ὅσον ἐκ τοῦ προφανοῦς δεῖ νοεῖν, οὔτε ὅτι θεός εἰμι οὐδ᾽ ὅτι υἱὸς θεοῦ εἰμι εἶπεν, ἀλλ᾽ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν.

17. Οἱ μὲν οὖν Ἰουδαῖοι ἐν τῷ ἀκοῦσαι ἓν ἐνόμιζον καὶ Σαβέλλιον αὐτὸν εἰρηκέναι εἶναι τὸν πατέρα, ὁ δέ γε σωτὴρ ἡμῶν συλλογίζεται μὲν αὐτῶν τὴν ἁμαρτίαν, ὅτι εἰ καὶ θεὸν εἶπον, ἔδει ὑμᾶς εἰδέναι τὸ γεγραμμένον [b]ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, εἶτα τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν σαφηνίζων ἐν τῷ υἱῷ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἑνότητα ἀποδέδωκε, λέγων· ὅτι εἶπον· υἱός εἰμι [c]τοῦ θεοῦ. εἰ γὰρ τῇ λέξει οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν τοῦ ἓν ἐσμεν ἀποδέδωκε [d]τῷ υἱῷ. οὐδὲν γὰρ ἓν πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ τὸ ἐξ αὐτοῦ. τί δ᾽ ἂν εἴη τὸ ἐξ αὐτοῦ ἢ ὁ υἱός; ἐπιφέρει γ᾽ οὖν· ἵνα γινώσκητε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. τὸ γὰρ ἓν ἐπεξηγούμενος οὐκ ἐν τῷ [e]αὐτὸ εἶναι ἐκεῖνο πρὸς ὃ ἕν ἐστιν εἶπεν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ αὐτὸν ἐν τῷ πατρὶ καὶ τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ τὴν συνάφειαν καὶ τὸ ἀχώριστον. καὶ γὰρ καὶ Σαβέλλιον ἐν τούτῳ ἀνατρέπει, ἐν τῷ εἰπεῖν οὐχ ὁ πατήρ εἰμι, ἀλλὰ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ Ἄρειον ἐν τῷ εἰπεῖν ἓν ἐσμεν. εἰ τοίνυν ὁ υἱὸς ἄλλο καὶ ὁ λόγος ἄλλο, [f]οὐχ ὁ λόγος ἕν ἐστι πρὸς τὸν πατέρα, ἀλλ᾽ ὁ υἱός, οὐδὲ ὁ τὸν λόγον ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα, ἀλλ᾽ ὁ τὸν υἱόν.
P.630. τούτων δὲ δεικνυμένων ἢ μείζων ὁ υἱὸς τοῦ λόγου, ἢ πλεῖον οὐδὲν ὁ λόγος τοῦ υἱοῦ ἔχει. τί γὰρ μεῖζον ἢ τελειότερον τοῦ [g]ἓν[2]) καὶ τοῦ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ καὶ τοῦ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[3]); καὶ γὰρ [h]καὶ αὗται αἱ φωναὶ τοῦ υἱοῦ εἰσι. φησὶ γοῦν ὁ αὐτὸς Ἰωάννης· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πέμψαντά με[4]), καί· ὁ ἐμὲ δεχόμενος δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με[5]), καί· ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων

1) Ioan. 10, 30—38. 2) Ioan. 10, 30. 3) Ioan. 14, 10. 9. 4) Ioan. 12, 45. 5) Matth. 10, 40.

ὁ Ἰησοῦς λέγει, ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν γέγραπται, ἐγὼ εἶπα.

a. Basil. et Anglic. τοῦ πατρός μου. Ibidem Reg. et Seguer. hic et mox μὴ πιστεύετε et γινώσκετε. Alii et editi μὴ πιστεύητε et γινώσκητε.

b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi ὅτι ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε καὶ υἱοί, εἶτα etc.

c. Reg. Seguer. Basil. et Anglican. τοῦ θεοῦ. In aliis et editis deest τοῦ. Ibid. Reg. εἰ γὰρ καὶ τῇ.

dit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi Dii estis? Si illos dixit Deos, ad quos Verbum Dei factum est, et non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum? Si non facio opera Patris, nolite credere mihi. Sin autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut sciatis et cognoscatis quia Pater in me est et ego in Patre. Atqui, prout sonant ipsa verba, non dixit: Deus sum, vel Filius Dei sum, sed *Ego et Pater unum sumus.* P.629.

17. Iudaei quidem hac dictione *unum* eum se esse Patrem dixisse arbitrabantur, quemadmodum sentit Sabellius; at Salvator noster peccatum illorum coarguit huiusmodi ratiocinio: Etiamsi me Deum dixissem, vos tamen scriptum meminisse oportebat: *Ego dixi Dii estis.* Deinde haec verba *Ego et Pater unum sumus* explanans mutuam Filii et Patris unitatem eisdem indicari docet, cum ait: *Quia dixi: Filius Dei sum.* Nam tametsi verbis id non expressit, tamen quod his vocibus *unum sumus* significatur, ad ipsum retulit Filium. Nihil enim unum est cum Patre, nisi quod ex ipso Patre est. Quid porro ex ipso Patre fuerit praeter Filium? Itaque concludit: *Ut cognoscatis quia ego in Patre et Pater in me est.* Nec enim quid *unum* istud esset explicans dixit in eo esse, quod idem illud sit, quocum unum est; sed in eo, quod ipse sit in Patre et Pater in Filio, qua videlicet ratione inter se sunt coniuncti, nec a se separari queunt. Namque ipsum quoque Sabellii hoc in loco evertit errorem, quippe qui non dixerit: Ego sum Pater, sed *Filius Dei sum.* Arium pariter profligat cum ait: *Unum sumus.* Quocirca si aliud est Filius, et aliud est Verbum, non Verbum unum est cum Patre, sed Filius, neque qui Verbum vidit, vidit Patrem, sed qui Filium vidit. Praeterea vel Filius maior est Verbo, vel Verbum nihil amplius habet quam Filius. Ecquid enim P.630.
maius vel perfectius esse possit, quam quod significatur hisce dictionibus, *Unum, Ego in Patre et Pater in me est, Qui vidit me, vidit Patrem*? Hae enim voces Filii sunt. Ait ergo idem Ioannes: *Qui vidit me, vidit eum, qui misit me.* Et: *Qui me recipit, recipit eum, qui misit me.* Et: *Ego lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in*

d. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi ἀποδέδωκε τῷ Θεῷ ἤτοι τῷ υἱῷ.

e. Reg. et Seguer. ἐν τῷ αὐτὸ εἶναι. Ceteri et editi ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι.

f. Sic mss. et editio Commel. At edit. Paris. et Colon. ἕν ἐσμεν.

g. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis καί deest. Ibidem Reg. Seguerian. Basil. Anglican. φησὶ γοῦν ὁ αὐτὸς Ἰωάννης, pro quo alii et editi habent καὶ πάλιν. Ibidem post ἑώρακε editi addunt τὸν πατέρα, quod abest a Reg. et Seguer.

P. 630. εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ· καὶ ἐάν τίς μου ἀκούσῃ τῶν λόγων καὶ μὴ φυλάξῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν· οὐ γὰρ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον. ὁ λόγος δέ, ὃν [a] ἀκούει, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ[1]), ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα πορεύομαι[2]). τὸ κήρυγμα δέ φησι κρίνειν τὸν μὴ φυλάξαντα τὴν ἐντολήν· εἰ γάρ, φησί, μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐχ ἕξουσιν[3]), φησί, ἀκηκοότες μου τῶν ῥημάτων, δι' ὧν σωτηρίαν καρπίζονται οἱ φυλάσσοντες.

18. Ἴσως μὲν οὖν ἂν εἴποιεν ἀναιδῶς μὴ υἱοῦ ἀλλὰ λόγου εἶναι τὴν φωνὴν ταύτην. ἀλλ' ἐν τοῖς ἀνωτέρω λεχθεῖσι δῆλον [b] ἐγένετο ὅτι υἱός ἐστιν ὁ λέγων. ὁ γὰρ λέγων ἐνταῦθα· οὐκ ἦλθον κρῖναι τὸν κόσμον ἀλλὰ σῶσαι[4]), δείκνυται οὐκ ἄλλος εἶναι ἢ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ. [c] φησὶ γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν [d] ὁ αὐτὸς Ἰωάννης· οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ αὐτῶν πονηρὰ τὰ ἔργα[5]). εἰ ὁ λέγων· [e] οὐ γὰρ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω αὐτόν, αὐτός ἐστιν ὁ λέγων· ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με[6]), [f] ὁ δὲ ἐλθὼν σῶσαι τὸν κόσμον καὶ μὴ κρῖναι αὐτὸν ὁ μονογενής ἐστιν υἱὸς τοῦ θεοῦ· δῆλον ὅτι ὁ αὐτὸς υἱός ἐστιν ὁ λέγων· ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. καὶ γὰρ ὁ λέγων· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καὶ ἐάν τίς μου [g] ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν[7]), αὐτός ἐστιν ὁ υἱός, περὶ οὗ [h] ταῦτά φησιν· ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ πάλιν· [i] καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ κρίσις τοῦ μὴ πιστεύοντος εἰς τὸν υἱόν, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον[8]), καὶ οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ, δηλονότι [k] τῷ
P. 631. υἱῷ. αὐτὸς γὰρ ἂν εἴη τὸ φῶς τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον τὸν ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον[9]), καὶ ὅσον χρόνον ἐπὶ [l] γῆς ὑπῆρχε κατὰ

1) Ioan. 12, 46—48. 2) Ioan. 14, 12 al. 3) Ioan. 15, 22. 4) Ioan. 12, 47. 5) Ioan. 3, 16—19. 6) Ioan. 12, 47. 45. 7) Ioan. 12, 44. 47. 8) Ioan. 3, 18. 19. 9) Ioan. 1, 9.

a. Basil. et Anglic. ἀκούεις.
b. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. γενήσεται. Ceteri et editi ἐγένετο.
c. Sic Regius et Seguer. Alii vero editi ἔφη.
d. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. addunt

me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, et non P. 630. *custodierit; ego non iudico eum. Non enim veni ut iudicem mundum, sed ut salvum faciam mundum: sed sermo, quem audit, ille iudicabit eum in novissimo die: quia ego ad Patrem vado.* Eum, qui mandatum non servaverit, praedicatione iudicandum esse declarat. *Nisi* enim, inquit, *venissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem nullam habebunt,* cum verba mea audierint, quibus salutem percipiunt qui ea custodiunt.

18. Verum fortassis eo impudentiae devenient, ut contendant, has voces non Filii sed Verbi esse. At ex supradictis perspicuum est, ea Filii esse verba. Qui enim hic dicit: *Non veni ut iudicem, sed ut salvum faciam mundum,* alius certe non est quam unigenitus Dei Filius. Sic enim antea loquitur idem Ioannes: *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non enim misit Deus Filium in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur; qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum mala opera.* Itaque si ille, qui dicit: *Non enim veni ut iudicem mundum, sed ut salvum faciam* eum, ipse est, qui etiam dicit: *Qui videt me, videt eum, qui misit me,* si item ille, qui venit ut mundum salvum faciat, non iudicet, unigenitus est Dei Filius; utique manifestum est, ipsum esse Filium qui dicit: *Qui videt me, videt eum, qui misit me.* Etenim is, qui dicit: *Qui credit in me,* et *si quis audierit verba mea, ego non iudico eum,* ipse est Filius, de quo haec dicit: *Qui credit in eum, non iudicatur; qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomen unigeniti Filii Dei,* et rursus: *hoc est iudicium* eius, qui non credit in Filium, *quia lux venit in mundum,* nec crediderunt ei, nempe Filio. Lux enim certe ipse est, quae illuminat P. 631. omnem hominem venientem in mundum; qui quidem quamdiu secun-

ὁ αὐτός, quod abest ab aliis et editis.

e. Sic Beg. et Seguer. At in aliis et editis deest *γάρ*.

f. Haec verba *ὁ δὲ ἐλθών* etc. ad *πέμψαντά με* inclusive desunt in Gobler. et Felckm. 1. Ibid. pro *ὁ μονογενής ἐστιν* Basil. Anglic. et editio Commel. habent *ὁμογενής ἐστιν*. Mox Seguer. *δηλονότι*.

g. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *ἀκούσῃ*. Ceteri et editi *ἀκούσηται*.

h. Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *ταῦτά φησιν*. Alii et editi *ταῦτα ἔφη*.

i. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. In aliis et editis *καί* deest. Ibid. Basil. *αὐτή*.

k. Reg. Seguer, Basil. et Anglic. *ὁ υἱός*. Ibidem Basil. et Anglic. *δῆλον ὅτι*. Mox Reg. et Seguer. *τὸν ἐρχόμενον*. In aliis et editis *τόν* deest.

l. Basil. et Anglic. *ἐπὶ τῆς γῆς*. Mox iidem et Reg. ac Seguer. *ὡς φησίν*. Ibid. Reg. et Seguer. *ὡς τὸ φῶς ἔχετε*. Item ibidem iidem Reg. Seguer. Basil. Anglic. *πιστεύετε εἰς τὸ φῶς*. Editi et alii *πιστεύετε εἰς αὐτό*.

P.631. τὴν ἐνανθρώπησιν, φῶς εἰς τὸν κόσμον ἦν, ὡς ἔφη αὐτός· ἕως τὸ
φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. ἐγὼ
γὰρ φῶς, [a] φησίν, εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα[1]).

19. Καὶ τούτου τοίνυν δειχθέντος δῆλον ὅτι υἱός ἐστιν ὁ λό-
γος. εἰ δὲ ὁ υἱός ἐστι τὸ φῶς. τὸ εἰς τὸν κόσμον ἐληλυθός, ἀναν-
τιῤῥήτως διὰ τοῦ υἱοῦ ὁ κόσμος ἐγένετο. [b] ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ τοῦ
εὐαγγελίου περὶ τοῦ βαπτιστοῦ λέγων Ἰωάννου ὁ εὐαγγελιστής
φησιν· οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φω-
τός[2]). ἦν γάρ, ὡς προέφημεν, τὸ φῶς αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὸ ἀλη-
θινὸν τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον [c] τὸν ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.
εἰ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἀνάγκη
οὖν αὐτὸν εἶναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ καὶ πάντα δι' αὐτοῦ
γεγενῆσθαι ἔφησεν. ἢ γὰρ δύο κόσμους ἀναγκασθήσονται λέγειν,
ἵν' ὁ μὲν δι' υἱοῦ, ὁ δὲ διὰ τοῦ λόγου εἴη γεγονώς, ἢ εἰ εἷς ἐστιν
ὁ κόσμος καὶ μία ἡ κτίσις, ἀκόλουθον [d] καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν
καὶ λόγον πρὸ πάσης κτίσεως, δι' αὐτοῦ γὰρ γέγονεν. οὐκοῦν εἰ
[e] ὡς διὰ τοῦ λόγου, οὕτως καὶ διὰ υἱοῦ τὰ πάντα γέγονεν, οὐδὲν
ἐναντίον φανήσεται, ἀλλὰ καὶ ταὐτὸν εἴη ἂν εἰπεῖν, ὡς ἐν ἀρχῇ
ἦν ὁ λόγος[3]), ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ υἱός. εἰ δὲ ὅτι μὴ εἶπεν ὁ Ἰωάννης·
ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ υἱός, οὐχ ἁρμόζειν φήσουσι τῷ υἱῷ τὰ τοῦ λόγου,
ὥρα καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ μὴ ἁρμόζειν τῷ λόγῳ. τοῦ δὲ υἱοῦ ἐδείχθη
τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[4]), καὶ [f] τὸ ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ
πατρὸς[5]) ὑπάρχειν αὐτόν, καὶ τὸ ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμ-
ψαντά με[6]), κοινὸν μέν τοι πρός τε τὸν λόγον καὶ τὸν υἱὸν τὸ
τὸν κόσμον δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι· ὡς ἐκ τούτου δείκνυσθαι πρὸ
τοῦ κόσμου εἶναι τὸν υἱόν. ἀνάγκη γὰρ τὸν δημιουργὸν πρὸ τῶν
[g] γινομένων εἶναι. καὶ τὸ πρὸς Φίλιππον δὲ λεγόμενον οὐ τοῦ
λόγου κατ' αὐτοὺς ἂν εἴη, ἀλλὰ τοῦ υἱοῦ. [h] εἶπε γάρ, φησίν, ὁ
Ἰησοῦς· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με,
Φίλιππε; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα. [i] καὶ πῶς σὺ λέγεις·
δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα; οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ
ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυ-
P.632. τοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ [k] ὁ ἐν ἐμοὶ μένων αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα.

1) Ioan. 12, 36. 46. 2) Ioan. 1, 8. 3) Ioan. 1, 1. 4) Ioan. 10, 30. 5) Ioan. 1, 18. 6) Ioan. 12, 45.

a. Reg. et Seguer. φησίν addunt; alii et editi omittunt. Paulo post Seguer. et Basil. δειχθέντος ὅτι υἱός ἐστιν ὁ λέγων. Anglic. omittit quoque δῆλον.

b. Sic Reg. et Seguer. Basil. et Anglic., sed duo ultimi Ἰωάννης pro Ἰωάννου habent. At ceteri et editi ὡς ὁ Ἰωάννης ἔφη περὶ βαπτιστοῦ, οὐκ ἦν etc.

c. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis τόν deest. Ibidem Reg. Seguer. Basil. et Anglican. κόσμον· ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ etc. Sic item Gobler. sed γάρ omisso.

d. Gobler. et Felckm. 1. καί omittunt.

e. ὡς abest ab Anglic.

P.632 πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν πατέρα πορεύομαι. καὶ ὅ τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ[1]). οὐκοῦν εἰ ὁ πατὴρ δοξάζεται ἐν τῷ υἱῷ, ὁ υἱὸς ἂν εἴη ὁ λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, αὐτὸς καὶ τὸ ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα. αὐτὸς γὰρ ὁ ταῦτα λέγων υἱὸν ἑαυτὸν δείκνυσιν, ἐπάγων· ἵνα δοξασθῇ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ.

20. Εἰ μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐφόρεσεν ὁ λόγος, αὐτὸν εἶναι λέγουσι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, καὶ μὴ τὸν λόγον υἱόν, ὁ ἄνθρωπος ἂν εἴη ἀκολούθως ὁ ἐν τῷ πατρί, [a]ἐν ᾧ καὶ ὁ πατὴρ ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἂν εἴη ὁ ἓν ὢν αὐτὸς καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. ἀναγκασθήσονται δὲ καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου εἰπεῖν τὸν κόσμον γεγενῆσθαι, καὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐλθόντα μὴ κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι αὐτόν, αὐτὸν δὲ εἶναι καὶ πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι. [b]Ἰησοῦς γάρ, φησίν, εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι[2]). καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον κατ' αὐτοὺς τὸν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ μετὰ δύο καὶ τεσσαράκοντα γενεὰς [c]γενόμενον λέγειν πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ὑπάρχειν; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον, [d]εἰ ἡ σάρξ, ἣν ἐφόρεσεν ὁ λόγος, αὕτη ἐστὶν ὁ υἱός, λέγειν τὴν ἐκ Μαρίας σάρκα ταύτην εἶναι, δι' ἧς ὁ κόσμος ἐγένετο; πῶς δὲ σώσουσι καὶ τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν[3]); τὸ γὰρ πρὸ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως τοῦ υἱοῦ σημαίνων ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπήγαγε λέγων· ἐν τῷ κόσμῳ ἦν. πῶς δὲ εἰ μὴ ὁ λόγος υἱός ἐστιν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος υἱός, δύναται τὸν κόσμον σῶσαι, εἷς ὢν καὶ αὐτὸς τοῦ κόσμου; εἰ δὲ αἰσχύντοιεν ἐπὶ τούτοις, ποῦ ἔσται ὁ λόγος, τοῦ ἀνθρώπου ὄντος ἐν τῷ πατρί; [e]πόστος δὲ ἔσται ὁ λόγος πρὸς τὸν πατέρα, τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ πατρὸς ἓν ὄντων; εἰ δὲ ὁ ἄνθρωπος μονογενής ἐστι, πόστος ἔσται ὁ λόγος; ἢ γὰρ δεύτερον εἶναι αὐτὸν λέξειέ τις, ἢ εἰ [f]ὑπὲρ τὸ μονογενές ἐστιν, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ πατήρ. ὥςπερ γὰρ εἷς ἐστιν ὁ πατήρ, οὕτως ἓν καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ μονογενές. τί δὲ καὶ πλέον ὁ λόγος ἔχει τοῦ ἀνθρώπου, εἴγε οὐχ ὁ λόγος υἱός ἐστι; διὰ μὲν γὰρ υἱοῦ καὶ τοῦ λόγου ὁ κόσμος γεγενῆσθαι γέγραπται, καὶ κοινόν ἐστι τῷ τε λόγῳ καὶ τῷ υἱῷ τὸ δημιουργεῖν τὸν κόσμον, τὸ δὲ ὁρᾶν τὸν πατέρα οὐκ ἔτι ἐν τῷ

1) Ioan. 14, 9—13. 2) Ioan. 8, 58. 3) Ioan. 1, 10.

a. Sic mss. omnes. Editio autem Commelin. ὁ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν

b. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii et editi ἀμὴν γάρ, ἔφη ὁ Ἰησοῦς, λέγω etc.

ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in Patre sum et Pater in P. 632. *me. Alioquin propter opera ipsa credite mihi. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet, et maiora his faciet, quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.* Itaque si Pater in Filio glorificatur, Filius sine dubio fuerit, qui ait: *Ego in Patre et Pater in me est,* et *Qui me vidit, vidit Patrem.* Qui enim haec loquitur, seipsum Filium esse probat, cum addit *ut glorificetur Pater in Filio.*

P.641. σιαστήριον, καὶ ποίησον τὸ περὶ τῆς ἁμαρτίας σου καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου, καὶ [a] ἐξίλασαι περὶ σεαυτοῦ καὶ τοῦ οἴκου σου, καὶ ποίησον τὰ δῶρα τοῦ λαοῦ, καὶ ἐξίλασαι περὶ αὐτῶν, καθάπερ ἐνετείλατο κύριος τῷ Μωσεῖ[1]). ἰδοὺ τοίνυν ἐνταῦθα, καίπερ ἑνὸς ὄντος τοῦ Μωσέως, ὡς περὶ ἑτέρου Μωσέως αὐτὸς Μωσῆς λέγων ἐστί· καθάπερ ἐνετείλατο κύριος τῷ Μωσεῖ. οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τοῦ θείου λόγου ἐὰν λέγῃ [b] ὁ μακάριος Πέτρος ἀποσταλέντος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ[2]), οὐ χρὴ ἕτερον μὲν τὸν λόγον, ἕτερον δὲ Χριστὸν νοεῖν, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν πρὸς τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ φιλάνθρωπον συγκατάβασίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν. εἰ δὲ καὶ νοοῖτο διχῶς, ἀλλ' οὐχ ὡς τοῦ λόγου κεχωρισμένου, κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἰωάννην καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο εἰρηκότα καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν[3]). τὸ ἄρα καλῶς καὶ ὀρθῶς εἰρημένον πρὸς τοῦ μακαρίου Πέτρου κακῶς καὶ στρεβλῶς νοοῦντες οἱ τοῦ Σαμοσατέως ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἵστανται[4]). Χριστὸς γὰρ τὸ συναμφότερον νοεῖται [c] παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, ὡς ὅταν λέγῃ· Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία[5]). εἰ τοίνυν λέγει [d] ὁ Πέτρος τὸν λόγον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, τοῦτο σημαίνων νοείσθω, τὸν λόγον σαρκωθέντα τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ πεφανερῶσθαι, ἵν' ᾖ συνᾴδων τῷ καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. εἰ δὲ ἑτέρως ἐκεῖνο νοοῦσι, καὶ τὸν λόγον μὲν καθὼς καὶ ἔστι θεῖον ὁμολογοῦντες τὸν πρὸς αὐτοῦ ληφθέντα ᾧ καὶ ἡνῶσθαι πι-
P.642. στεύεται ἄνθρωπον ἀπ' αὐτοῦ χωρίζουσι, λέγοντες διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ [e] αὐτὸν ἀπεστάλθαι, ἑαυτοῖς ἐναντία φθεγγόμενοι οὐ νοοῦσιν. [f] οἱ γὰρ ἐνταῦθα χωρίζοντες τῆς θείας σαρκώσεως θεῖον νοοῦσι, σμικρύνουσιν ἄρα ἀκούοντες αὐτὸν σάρκα γεγενῆσθαι, καὶ τὰ Ἑλλήνων φρονοῦσιν, ὥσπερ οὖν καὶ φρονοῦσι, τροπὴν τοῦ λόγου τὴν σάρκωσιν τὴν θείαν ὑπολαμβάνοντες.

32. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, μὴ γένοιτο. ὃν τρόπον γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀνέκφραστον [g] ἕνωσιν ὁ Ἰωάννης κηρύσσει[6]), καταποθέντος τοῦ θνητοῦ ὑπὸ τῆς ζωῆς καὶ αὐτοζωῆς ὄντος, καθὰ [h] πρὸς τὴν Μάρθαν ὁ κύριος ἔφη· ἐγώ εἰμι ἡ ζωή[7])· οὕτω καὶ ὅταν λέγῃ ὁ μακάριος Πέτρος τὸ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι τὸν λόγον[8]), τὴν θείαν ἕνωσιν σημαίνει. ὡς γὰρ ἀκούων τις τὸ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο οὐκ ἂν [i] νομίσοι μηκέτι οὖν εἶναι λόγον, ὅπερ ἄτοπον, ὡς

1) Levit. 9, 7. 2) Act. 10, 36. 3) Ioan. 1, 14. 4) Ioan. 8, 44. 5) 1. Cor. 1, 24. 6) Ioan. 1, 14. 7) Ioan. 11, 25. 8) Act. 10, 36.

a. Reg. et Seguer. hic et mox ἐξίλασαι, ut exstat Levit. 9, 7. [Editi ἐξίλασον.]

b. Gobl. et Felckm. 1. omittunt ὁ μακάριος.

c. Regius et Seguer. addunt παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, quod abest ab aliis et editis.

d. Reg. et Seguer. ὁ Πέτρος. In aliis et editis ὁ deest.

e. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi

ficium pro peccato tuo, et offer holocaustum tuum, et deprecare pro P.641. *te et pro domo tua, et fac dona populi, et deprecare pro illis, sicut praecepit Dominus Moysi.* Ecce hic quamvis unus sit Moyses, tamen ipse Moyses velut de alio Moyse dicit: *sicut praecepit Dominus Moysi.* Sic ergo etiamsi beatus Petrus divinum Verbum filiis Israël per Iesum Christum missum esse dicat, non idcirco existimandum est, aliud esse Verbum et alium esse Christum, sed unum eundemque esse, propter suam nempe cum humana natura, quam divina plane benignitate et clementia assumsit, coniunctionem; qui si etiam dupliciter intelligatur, non ita tamen, ut Verbum separatum concipiatur, sicuti docet divinus Ioannes cum ait: *Et Verbum caro factum est et habitavit in nobis.* Itaque quandoquidem id, quod praeclare ac recte a beato Petro dictum est, male ac perverse intelligunt Samosatensis discipuli, patet illos in veritate non stare. Namque Christus in Scriptura sacra utrumque esse significatur, ut cum dicitur: *Christus Dei virtus et Dei sapientia.* Quocirca cum Petrus ait Verbum per Iesum Christum missum esse ad filios Israël, hoc indicare intelligatur, nempe Verbum carnem factum filiis Israël apparuisse, ut Ioanni consonet dicenti: *Et Verbum caro factum est.* Si vero dictum illud aliter exponant, Verbumque divinum esse uti revera est confitentes assumtum ab ipso hominem, cui coniunctum esse creditur, ab eo velint separare, ipsum P.642. aientes per Iesum Christum missum esse, sane se pugnantia loqui non attendunt. Qui enim hoc in loco divinum Verbum a divina incarnatione seiungunt, idem ipsum imminutum putant, cum audiunt carnem factum esse, proindeque idem omnino sentiunt ac Gentiles, uti sane sentiunt, cum divinam incarnationem mutationem Verbi esse suspicantur.

32. Verum non ita est; absit. Quemadmodum enim inexplicabilem unionem hic praedicat Ioannes, absorpto videlicet mortali a vita et ab eo, qui ipsa per se est vita, ut ipse ad Martham ait: *Ego sum vita*; ita cum beatus Petrus Verbum per Iesum Christum missum esse dixit, divinam eius significavit unionem. Nam ut is, qui audit: *Verbum caro factum est*, non idcirco arbitratur Verbum amplius non esse, quod certe perabsurdum est, uti diximus; ita qui Verbum cum

omittunt *αὐτόν*. Mox Reg. et Segnerian. *φθεγγόμενοι οὐ νοοῦσιν. οἵ γάρ* etc. Alii et editi *οὐ* omittunt ante *νοοῦσιν*. Gobler. autem et Felckm. 1. habent ibid. *οἵ γάρ* etc. Basil. et Angl. *ὃν γάρ* etc. Ceteri et editi, *οὐ γάρ* etc.

f. Forte *οἳ γάρ*.

g. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi *τὴν ἀνέκφραστον γέννησιν ἐνταῦθα Ἰωάννης*.

h. Reg. et Seguer. *πρὸς τὴν Μάρθαν αὐτὸς, ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ, λέγων*.

i. Gobl. *νομίσῃ*. Mox Seguer. *ὥσπερ ἄτοπον*.

p. 642. προείρηται, οὕτως καὶ λόγον ἀκούων τὸν συναφθέντα τῇ σαρκὶ τὸ θεῖον ἓν καὶ ἁπλοῦν [a] νοείτω μυστήριον. σαφέστερον δὲ καὶ ἀναμφισβήτητον παντὸς λογισμοῦ τὸ πρὸς αὐτὴν τὴν [b] θεοτόκον πρὸς τοῦ ἀρχαγγέλου ῥηθὲν τὴν ἑνότητα τοῦ θείου λόγου καὶ ἀνθρώπου δείξειε, [c] φησὶ γάρ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, διὸ καὶ τὸ [d] γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ[1]). ἀφρόνως οὖν οἱ τοῦ Σαμοσατέως τὸν λόγον χωρίζουσι σαφῶς ἀποδειχθέντα ἡνῶσθαι τῷ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπῳ. οὐκ ἄρα ἀπεστάλη δι' αὐτοῦ, [e] ἀπέστελλε δὲ ἐν αὐτῷ, λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη[2]).

33. Ἔθος δὲ τοῦτο τῇ γραφῇ ἀπεριέργως καὶ ἁπλῶς τὰς λέξεις ἐκφράζειν. οὕτω γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τις εὑρήσει. εἶπε γάρ, φησί, Μωσῆς τῷ Ῥαγουὴλ τῷ Μαδιανίτῃ γαμβρῷ [f] Μωσῇ[3]). οὐ γὰρ ἄλλος Μωσῆς ὁ λέγων, καὶ ἄλλος, οὗ ἦν γαμβρὸς ὁ Ῥαγουήλ, ἀλλὰ εἷς ἦν [g] ὁ Μωσῆς. εἰ γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ σοφία ὁμοίως χρηματίζει καὶ δύναμις καὶ δεξιὰ καὶ βραχίων καὶ ὅσα τοιαῦτα, [h] ἥνωται δὲ φιλανθρώπως ἡμῖν, τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν περιθέμενος καὶ ταύτῃ ἀνακραθείς· ἄρα αὐτὸς ὁ λόγος καὶ τὰ λοιπὰ εἰκότως εἴληχεν ὀνόματα. τὸ γὰρ εἰρηκέναι [i] τὸν Ἰωάννην ἐν ἀρχῇ μὲν εἶναι τὸν λόγον καὶ τοῦτον πρὸς τὸν θεὸν καὶ αὐτὸν θεόν, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ χωρὶς αὐτοῦ [k] γεγενῆσθαι μηδέν[4]) πλάσμα τοῦ θεοῦ λόγου σαφῶς καὶ [l] τὸν ἄνθρωπον δείκνυσιν
p. 643. ὑπάρχειν. εἰ τοίνυν τοῦτον σαθρωθέντα εἰς ἑαυτὸν λαβόμενος πάλιν ἀνακαινίζει διὰ τῆς βεβαίας αὐτοῦ ἀνανεώσεως πρὸς διαμονὴν ἀτελεύτητον, καὶ διὰ τοῦτο ἑνοῦται εἰς θειοτέραν [m] ἀνάγων αὐτὸν λῆξιν, πῶς οἷόν τε λέγειν διὰ τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου τὸν λόγον ἀπεστάλθαι, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις, λέγω [n] δὴ προφήταις ἀποσταλεῖσι παρ' αὐτοῦ, συναριθμεῖν τὸν τῶν ἀποστόλων κύριον; πῶς δὲ [o] καὶ κληθείη Χριστὸς ψιλὸς ἄνθρωπος; ἡνωμένος δὲ τῷ λόγῳ εἰκότως χρηματίζοι Χριστὸς καὶ υἱὸς θεοῦ, ἄνωθεν [p] τοῦ προφήτου σαφῶς ἐκβοήσαντος τὴν πατρικὴν ὑπόστασιν περὶ αὐτοῦ καὶ εἰπόντος· καὶ ἀποστελῶ τὸν υἱόν μου τὸν Χριστόν[5]), καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπη-

1) Luc. 1, 35. 2) Matth. 28, 19. 3) Numer. 10, 29. 4) Ioan. 1, 1. 3. 5) [?].

a. Reg. et Seguer. νοείσθω.

b. Regius codex et Seguer. θεοτόκον. Editi θεοτόκου, mendose.

c. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglican. At alii cum editis ἔφη.

d. Regius γενόμενον.

e. Reg. Seguer. Basil. Anglic. et Gobler. ἀπέστελλε. Alii et editi ἀπέστειλε.

f. Seguer. Μωσεῖ. Ali et editi Μωσῇ. Scriptura Μωυσῇ.

g. Reg. codex, Seguer. et Basil. addunt ὁ Μωσῆς, quod omittunt alii editique.

carne coniunctum esse audit, divinum unum simplexque intelligat mysterium. P. 642. Verum luculentius certiusque quovis ratiocinio ea, quae ab Archangelo ad ipsam Deiparam dicta sunt, divini Verbi et hominis unitatem demonstraverint: eius haec sunt verba: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.* Stulte igitur Samosatenses Verbum dividunt, cum his ex verbis clarum sit, ipsum unitum fuisse homini ex Maria assumto. Non ergo Verbum per Christum est missum, sed potius in Christo misit, cum ait: *Ite, docete omnes gentes.*

33. Scilicet is est mos Scripturae, simpliciter et sine exornatione verba efferre. Sic exempli gratia in libro Numerorum haec legimus: *Dixit Moyses Ragueli Madianitae genero Moysis.* Nec enim alius erat Moyses, qui loquebatur, et alius, cuius gener erat Raguel, sed unus erat Moyses. Quapropter si pariter Verbum Dei, sapientia, virtus, dextera, brachium similiaque appellatur, si item sese nobis clementer coniunxit nostrasque induit primitias, quibuscum sese commiscuit; ergo etiam idem Verbum cetera nomina iure merito sortitum est. Haec enim Ioannis verba, quibus Verbum in principio fuisse, et apud Deum ac Deum fuisse, omniaque per ipsum facta esse, nihilque sine ipso esse factum dicitur, aperte profecto ostendunt, ipsum quoque hominem Dei Verbi opus esse. Itaque si eum, postquam corruptus est, in se suscepit, ut ipsum stabili et firma sui renovatione P. 643. perpetuo permansurum reficeret, quam quidem ob causam eidem se coniunxit, ut illum in sortem conditionemve diviniorem proveheret; qui fieri potest ut Verbum per hominem, qui ex Maria assumtus sit, missum esse dicatur, ipseque Apostolorum Dominus inter ceteros Apostolos, nempe Prophetas, ab eodem missos numeretur? An vero purus homo possit vocari Christus? Minime certe; at Verbo coniunctus iure merito Christus et Filius Dei potest appellari, teste Propheta, qui iam olim paternam substantiam manifeste illi attribuit, cum ait: *Et mittam Filium meum Christum.* Apud Iordanem audita item haec vox

Mox Reg. et Seguer. χρηματίζοι. Ceteri et editi χρηματίζει.

h. Basil. et Anglic. ἥνωτο.

i. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi omittunt τὸν Ἰωάννην. Ibidem Basil. et Anglic. μὲν ἓν εἶναι.

k. Reg. Seguer. Basil. Anglic. et Gobl. γεγενῆσθαι. Ceteri cum editione Comm. γεγεννῆσθαι.

l. Ita Reg. Seguer. Basil. et Anglican. In aliis et editis καί deest. Mox mss. omnes τοῦτον σαθρωθέντα. Editi τοῦτον σαρκωθέντα, mendose.

m. Anglican. ἀνάγοι.

n. Anglic. δέ.

o. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis deest καί.

p. τοῦ abest a Reg. et Seguer.

P. 643. τός[1]). ἐκπληρώσας γὰρ τὴν ὑπόσχεσιν εἰκότως ὑπέδειξεν, ὡς οὗτός ἐστιν ὃν [a]εἶπεν ἀποστεῖλαι.

34. Τὸ τοίνυν συναμφότερον νοῶμεν Χριστόν, λόγον τὸν θεῖον ἡνωμένον τῷ ἐκ Μαρίας ἐν τῇ Μαρίᾳ. ἐν γὰρ τῇ ταύτης νηδύϊ ὁ λόγος ἑαυτῷ τὸν οἶκον διεπλάσατο, ὃν τρόπον ἐξ ἀρχῆς τὸν Ἀδὰμ ἐκ τῆς γῆς, μᾶλλον δὲ θειοτέρως, περὶ οὗ καὶ Σολομῶν [b]φησι, τὸν λόγον εἰδὼς καὶ σοφίαν χρηματίζουσαν φανερῶς· ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον[2]), ὃν καὶ ὁ ἀπόστολος ἑρμηνεύων λέγει· [c]οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς[3]), καὶ ἀλλαχοῦ δὲ ναὸν προςαγορεύει[4]), καθότι πρέπον θεῷ ἐν ναῷ κατοικεῖν, οὗ καὶ εἰκόνα τὴν ἐκ λίθων τοῖς παλαιοῖς κτίζειν διὰ Σολομῶντος [d]προςέταξεν, ὅθεν τῆς ἀληθείας φανείσης πέπαυται ἡ εἰκών. βουληθεῖσι γὰρ τοῖς ἀγνώμοσι τὴν εἰκόνα δεῖξαι ἀλήθειαν, τὴν δὲ ἀληθῆ οἴκησιν, ἣν καὶ ἕνωσιν σαφῶς πιστεύομεν, καθελεῖν, οὐκ ἠπείλησεν, ἀλλ' εἰδὼς ὡς αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τολμῶσι, [e]φησὶν αὐτοῖς· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν[5]), σαφῶς δεικνὺς ὁ ἡμέτερος σωτήρ, ὡς τὰ πρὸς ἀνθρώπων σπουδαζόμενα αὐτόθεν ἔχει τὴν διάλυσιν. ἐὰν γὰρ μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον καὶ φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες καὶ ἠγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες[6]). τὰ τοίνυν [f]τῶν Ἰουδαίων λέλυται, σκιὰ γὰρ ἦν, τὰ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἥδρασται, τεθεμελίωται γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς[7]). ἐκείνων ἦν τὸ λέγειν· πῶς σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν[8]); τούτων μαθητὴς ὁ Σαμοσατεὺς ὑπάρχει, ὅθεν εἰκότως τὰ παρ' αὐτοῦ τοῖς αὐτοῦ ἀπαγγέλλει. ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως ἐμάθομεν τὸν Χριστόν, εἴγε αὐτὸν ἠκούσαμεν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐδιδάχθημεν, ἀποθέμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, ἀνα-
P. 644. λαβόντες δὲ τὸν νέον τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι [g]τῆς ἀληθείας[9]). Χριστὸς τοιγαροῦν τὸ συναμφότερον εὐσεβῶς νοείσθω.

35. Εἰ δὲ καὶ τὸ σῶμα καλεῖ πολλαχοῦ ἡ γραφὴ Χριστόν, ὡς ὅταν λέγῃ ὁ μακάριος Πέτρος [h]πρὸς Κορνήλιον διδάσκων Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ὃν ἔχρισεν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ[10]), καὶ πάλιν πρὸς Ἰουδαίους· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς[11]), καὶ [i]πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος

1) Matth. 3, 17. 2) Prov. 9, 1. 3) Hebr. 3, 6. 4) 1. Cor. 3, 16. 5) Ioan. 2, 19. 6) Psal. 127 [126. LXX.], 1. 7) Matth. 16, 18. 8) Ioan. 10, 33. 9) Ephes. 4, 20—24. 10) Actor. 10, 38. 11) Actor. 2, 22.

a. Reg. et Seguer. ὃν εἶπον.
b. Ita Reg. Seguer. Basil. et Anglican. autem cum editis ἔφη. Ibid. Angl. it καί post εἰδώς.
c. Basil. et Angl. ὅς. Paulo post idem Anglic. καθόπερ πρέπον.
d. Reg. et Seguer. προςέταττεν.

est: *Hic Filius est meus dilectus.* Siquidem impletis promissis recte P. 643. his verbis indicavit, illum esse quem se misisse dixerat.

34. Utrumque ergo Christum esse intelligamus, Verbum scilicet divinum homini ex Maria assumto in Maria coniunctum. Verbum enim sibi ipsi domum in eius utero fabricavit, quemadmodum olim Adamum ex terra formaverat, imo diviniore certe modo, quo de Salomon, qui Verbum optime noverat sapientiam appellari, sic loquitur: *Sapientia aedificavit sibi domum,* quam interpretans Apostolus ait: *cuius nos Domus sumus,* alibique templum appellat, quatenus nempe Deo decet in templo habitare, cuius figuram antiquis patribus per Salomonem iusserat ex lapidibus aedificandam, unde exorta veritate figura evanuit. Namque cum perfidi Iudaei figuram vellent veritatem ipsam esse verumque evertere aedificium, quod nos Verbi cum natura humana coniunctionem esse fidenter credimus, nihil illis minatus est Dominus; sed cum probe sciret, illorum temeritatem in ipsos recidere, haec ad eos dixit: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.* Quibus verbis clare ostendit Salvator sponte et ex se dissolvi hominum opera. *Nisi* enim *Dominus aedificaverit domum et custodierit civitatem,* frustra laborant aedificantes et vigilant custodientes. Itaque quae quidem Iudaeorum erant, penitus sunt dissoluta, quippe cum nonnisi umbra essent, firmata autem est Ecclesia, utpote quae in petra fundata est, neque *portae inferi adversus eam praevalebunt.* Illorum erat dicere: *Quare homo tu cum sis, facis teipsum Deum?* horum discipulus est Samosatensis, unde non immerito sua suos docet; nos autem non ista de Christo didicimus, si tamen eum audivimus et ab ipso edocti sumus, ut vetere homine, qui corrumpitur secundum desideria erroris, deposito induamus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Christus igitur P. 644. utrumque esse pie intelligatur.

35. Ceterum si saepe Scriptura Christum appellet ipsius corpus, ut cum beatus Petrus ad Cornelium ait: *Iesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto,* et ad Iudaeos: *Iesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis,* beatus item Paulus haec ad Athenienses

e. Reg. et Seguer. *φησὶν αὐτοῖς.* Alii et editi *ἔφη αὐτοῖς.*

f. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis *τῶν* deest.

g. Reg. Seguer. et Scriptura *τῆς ἀληθείας.* Alii et editi *τῆς* omittunt.

h. Ita Regius codex, Seguer. Basil. et Anglican. At Gobler. *Πέτρος Κορνηλίῳ.* Alii et editio Comm. *Πέτρος Κορνήλιον.*

i. Gobler. et Felckm. 1. omittunt *πάλιν ὁ μακάριος.* Ibid. Reg. et Seguer. *πρὸς Ἀθηναίους.* Ceteri et editi *Ἀθηναίοις.* Item ibid. post *ἐν ἀνδρί* deficit Anglican. codex.

P. 644. πρὸς Ἀθηναίους· ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν[1]· ταυτὸν δὲ τῇ χρίσει πολλαχόσε τὴν ἀνάδειξιν καὶ τὴν [a]ἀποστολὴν εὑρίσκομεν. ἐξ ὧν μανθάνειν ἔξεστι τῷ βουλομένῳ, ὡς οὐ διαφωνία τις ἐν τοῖς ῥήμασι τῶν ἁγίων, ἀλλὰ διαφόρως τὴν πρὸς τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον τοῦ [b]θεοῦ λόγου ἕνωσιν γενομένην ὀνομάζουσι, ποτὲ μὲν χρῖσιν, ποτὲ δὲ ἀποστολήν, ἄλλοτε [c]δὲ ἀνάδειξιν. τὸ τοίνυν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου [d]ὀρθόν, καὶ εἰλικρινῆ τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς κηρύσσει, οὐ τὴν ὑπόστασιν χωρίζων τοῦ θεοῦ λόγου ἀπὸ τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου· μὴ γένοιτο. πῶς γὰρ ὁ ἀκούσας πολλαχῶς τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[2]) καὶ ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[3]), δι᾽ οὗ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὸ αὐτὸ κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰςερχόμενον πρὸς πᾶσαν τῶν ἀποστόλων [e]τὴν ξυνωρίδα[4]), καὶ εἴ τι παρῆν ἐκ τούτου δυςπειθὲς διαλύσαντα τῷ εἰπεῖν· ψηλαφήσατέ με καὶ βλέπετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ [f]ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα[5]); καὶ οὐκ εἶπε· τόνδε ἢ τὸν ἄνθρωπόν μου, ὃν ἀνείληφα, ἀλλ᾽ ἐμέ. ὅθεν οὐδεμίαν συγγνώμην εὑρεῖν δυνήσεται ὁ Σαμοσατεύς, ἐκ τοσούτων τὴν ἕνωσιν τοῦ θεοῦ λόγου διελεγχθείς, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ δὲ τοῦ θεοῦ λόγου ἄρτι μὲν πρὸς πάντας τὴν πεῦσιν προσάγοντος, καὶ πληροφορῶν ἀπό τε τοῦ φαγεῖν καὶ τὴν ψηλάφησιν ἐπιτρέψαι, ἣ δὴ καὶ γεγένηται. πάντως γὰρ ὁ διδοὺς τὴν τροφὴν ἢ οἱ διδόντες ἥψαντο τῶν χειρῶν, ἐπέδωκαν γάρ, φησίν, αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος καὶ ἀπὸ μελισσίου [g]κηρίου, καὶ φαγὼν ἐνώπιον αὐτῶν λαβὼν τὰ ἐπίλοιπα ἀπέδωκεν αὐτοῖς[6]). ἰδοὺ τοίνυν, εἰ καὶ οὐχ ὡς ὁ Θωμᾶς, ἀλλ᾽ ὅμως δι᾽ ἑτέρας μεθόδου τὴν πληροφορίαν αὐτοῖς παρέσχε ψηλαφηθείς. εἰ δὲ καὶ τοὺς μώλωπας ἰδεῖν [h]θέλοις, παρὰ Θωμᾶ μάθε. φέρε γάρ σου, φησί, τὴν χεῖρα καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου, [i]καὶ φέρε τὸν δάκτυλόν σου καὶ βλέπε τὰς χεῖράς μου[7]), πλευρὰν P. 645. ἰδίαν καὶ χεῖρας ὀνομάζων ὁ θεὸς λόγος καὶ ὅλον αὐτὸν ἄνθρωπόν [k]τε καὶ θεὸν ὁμοῦ, ἄρτι μὲν τοῦ λόγου καὶ τὴν αἴσθησιν τοῖς ἁγίοις διὰ σώματος, ὡς ἔστι νοεῖν, παρέχοντος τῷ εἰςελθεῖν τῶν θυρῶν κεκλεισμένων[8]), παρευθὺ δὲ σὺν τῷ σώματι παρεστὼς καὶ τὴν πληροφορίαν παρέχων. ταῦτα τοῖς πιστοῖς εἰς βεβαίωσιν καὶ τοῖς ἀπίστοις εἰς διόρθωσιν εἰρήσθω συμμέτρως.

1) Act. 17, 31. 2) Ioan. 10, 30. 3) Ioan. 14, 9. 4) Ioan. 20, 19. 5) Luc. 24, 39. 6) Luc. 24, 42. 7) Ioan. 20, 27. 8) Ioan. 20, 19.

a. Reg. et Seguer. ἀποστολήν. Alii et editi ἀποστόλων, mendose.
b. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis θεοῦ deest.
c. Ita Reg. et Seguer. At alii et editi δέ omittunt.
d. Reg. ὀρθόν, recte. Ceteri et editi ὀρθήν.
e. Reg. Seguer. et Gobler. τὴν ξυνωρίδα, καὶ εἴ τι. Gobler. habet item καὶ

loquitur: *In viro, quem destinarat, fide omnibus impertita, eo a mortuis excitato*; ita saepe quoque ostensionem et missionem idem esse ac unctionem reperimus. Ex quibus cuivis licet discere, nihil in verbis Sanctorum esse dissonum, sed variis tantum nominibus coniunctionem Dei Verbi cum homine ex Maria assumto illos designare, cum eam modo unctionem appellant, modo missionem, modo ostensionem. Rectum est igitur, quod ait beatus Petrus, qui veram Unigeniti praedicat divinitatem, nec Dei Verbi hypostasim disiungit ab homine ex Maria assumto; quod omnino absit. Quí enim id ille auderet, qui frequenter audiit: *Ego et Pater unum sumus*, et *Qui vidit me, vidit Patrem*? Hinc etiam post resurrectionem idem corpus ianuis clausis ad universum Apostolorum coetum ingressum est; quod ne cui incredibile videretur, ipse difficultatem removit, cum ait: *Contrectate me et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Ubi advertendum est, eum non dixisse: Hunc vel hominem meum, quem assumsi, contrectate, sed *contrectate me.* Nulla proinde venia Samosatensi speranda est, quippe qui tot convictus argumentis negare non possit Verbi Dei coniunctionem, quam nimirum ipsum Dei Verbum asseruit, cum, ut modo vidimus, omnes est allocutum, quibus et se resurrexisse confirmavit tum comedendo tum se ipsum contrectandum permittendo, uti factum est. Nam sive cum ipse illis cibum impertiret, sive cum illi ipsi, omnino manus eius contrectaverunt. Siquidem *illi,* inquit, *obtulerunt partem piscis assi et favum mellis, et cum manducasset coram eis, acceptas reliquias dedit eis.* En igitur, si non ut se erga Thomam gessit, certe alia ratione fecit eos de sui resurrectione certiores, cum se illis contrectandum praebuit. Quod si ipsas etiam cicatrices cupis cernere, disce a Thoma, cui videlicet ait Dominus: *Infer manum tuam et mitte in latus meum, et infer digitum tuum, et vide manus meas.* Suum latus suasque manus Deus Verbum appellat, seque totum hominem simul et Deum esse ostendit; quod quidem ipso etiam sensu, ut intelligere est, voluit Verbum sanctos experiri, cum suum corpus ianuis clausis ingressum est in cubiculum, ac repente adstans cum corpore eos de rei veritate persuasos reddidit. Haec autem fidelibus quidem ad confirmationem, infidelibus vero ad emendationem satis dicta sint.

P.644. P.645.

εἴ τι. In aliis et editis deest *τήν* et *καί.*

f. Reg. et Seguer. *ὀστᾶ.*

g. Reg. et Seguer. *κηρίον.* Iidem ibid. et Basiliens. addunt *καὶ φαγὼν ἐνώπιον αὐτῶν, λαβὼν τὰ ἐπίλοιπα ἀπέδωκεν αὐτοῖς,* quae alii et editi omittunt.

h. Reg. Seguer. et Basil. *θέλοις.* Ceteri et editi *θέλεις.*

i. Sic Reg. codex, Seguer. et Basil., sed Basil. habet *βλέπε εἰς χεῖράς μου* Alii editique *καὶ τὸν δάκτυλόν σου βάλε εἰς τὰς χεῖράς μου.* Mox Regius et Seguer. *ὁ θεὸς λόγος.* Ceteri cum editis *ὁ θεὸς λέγει.*

k. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis deest *τε.*

P. 645. 36. *Διορθούσθω τοιγαροῦν* [a]*καὶ Παῦλος Σαμοσατεύς, τῆς θείας κατήκοος γεγενημένος φωνῆς, τὸ σῶμά μου*[1]) *λέγοντος, καὶ οὐχὶ τὸν Χριστὸν* [b]*ἕτερον παρ' ἐμὲ τὸν λόγον, ἀλλὰ σὺν ἐμοὶ αὐτὸν καὶ ἐμὲ σὺν αὐτῷ. τὸ γὰρ χρῖσμα ἐγὼ ὁ λόγος, τὸ δὲ χρισθὲν ὑπ' ἐμοῦ ὁ ἄνθρωπος· οὐ χωρὶς οὖν ἐμοῦ Χριστὸς* [c]*κληθείη ἄν, ἀλλὰ σὺν ἐμοὶ ὢν καὶ ἐμοῦ ἐν αὐτῷ. τὸ τοίνυν ἀποστολὴν τοῦ λόγου σημαίνεσθαι*[2]) *ἕνωσιν δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν ἐκ Μαρίας Ἰησοῦν, ὅς ἑρμηνεύεται σωτήρ, οὐ δι' ἕτερόν τι ἀλλ' ἢ διὰ τὸ* [d]*τῷ θεῷ λόγῳ ἡνῶσθαι. ταυτὸν σημαίνεται τὸ ῥητὸν τοῦτο τῷ ὁ πέμψας με πατήρ*[3]), *καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ὁ πατήρ με ἀπέστειλε*[4]), *τὴν γὰρ πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἕνωσιν, σὺν ᾧ γνωρισθῆναι ἀνθρώποις ἦν δυνατὸν τὴν ἀόρατον φύσιν διὰ τῆς ὁρωμένης, ἀποστολὴν ὠνόμασεν. οὐ γὰρ δὴ θεὸς τόπους* [e]*ἀμείβει καθ' ἡμᾶς τοὺς ἐν τόποις κρυπτομένους, τῷ τῆς μικρότητος ἡμῶν σχήματι τῆς ὑπάρξεως τῆς ἐν σαρκὶ* [f]*ἐπιδεικνύμενος (πῶς γὰρ ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶν;), ἀλλὰ τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας ἕνεκα τὴν ἀποστολὴν οἱ δίκαιοι ὠνόμασαν.* [g]*εἶτα οὖν καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος, Χριστὸς οὖν ὁ ἐκ Μαρίας θεὸς ἄνθρωπος, οὐχ ἕτερός τις Χριστός, ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτός, οὗτος πρὸ αἰώνων ἐκ πατρός, οὗτος ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς παρθένου, ἀόρατος* [h]*τὸ πρὶν καὶ ταῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσιν ἁγίαις, ὁρατὸς νυνὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν ὁρώμενον ἄνθρωπον ἕνωσιν, ὁρώμενος δέ, φημί, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, ἀλλὰ τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ, διὰ τοῦ* [i]*ἀνθρωπίνου σώματος καὶ ὅλου ἀνθρώπου, ὃν ἀνεκαίνισε τῇ οἰκειώσει τῇ πρὸς ἑαυτόν. αὐτῷ τὸ σέβας καὶ ἡ προσκύνησις,* [k]*ὃς ἦν πρώην καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.*

1) Matth. 26, 26. 2) Act. 10, 36. 3) Ioan. 8, 10. 4) Ioan. 8, 42.

a. Reg. et Seguer. addunt *καὶ Παῦλος,* quod alii et editi omittunt.

b. Ita Reg. codex et Seguer. In aliis vero et editis deest *ἕτερον.*

c. Reg. Seguer. Gobler. et Basil. *κληθείη ἄν.* At alii et editi *ἄν* omittunt. Ibidem Reg. Seguer. et Gobler. *καὶ ἐμοῦ.* In aliis et editis *καί* deest.

d. *τῷ* abest a codice Regio et Seguer. Iidem ibidem *ταυτὸν σημαίνεσθαι.* Item ibidem Gobler. et Felckm. 1. *τὸ ῥητὸν τοῦτο τό.*

36. Suum itaque errorem etiam corrigat Paulus Samosatensis, divina Salvatoris voce audita dicentis: *Corpus meum,* non autem „Christum, qui alius est a me, qui sum Verbum, sed qui idem mecum „est, et ego cum eo. Ego enim Verbum sum unguentum, quod au„tem a me unctum est, homo est; quapropter Unctus sive Christus „sine me minime dicatur, sed qui mecum est et in quo ego sum." Itaque missio illa Verbi significata eius indicat coniunctionem cum Iesu ex Maria assumto, qui Salvator dicitur, non aliam sane ob rationem, quam quod cum Deo Verbo sit coniunctus. Idem proinde locus ille significat atque haec verba: *Qui misit me Pater,* et *A me ipso non veni, sed Pater me misit.* Scilicet suam cum homine coniunctionem, quocum invisibilis natura per visibilem nota hominibus esse poterat, missionem appellavit. Nec enim loca mutavit Deus (uti nos qui locis abscondimur), cum nostrae parvitatis accepta figura in carne exstitit et apparuit. Quomodo enim id illi posset accidere, qui caelum et terram implet? Verum iusti propter eius in carne praesentiam missionis vocem usurpavere. Ipse igitur est Deus Verbum; igitur Christus est Deus homo ex Maria natus. Non alius inquam aliquis est Christus, sed unus et idem est, qui ante saecula ex Patre et in ultimis diebus ex Virgine exortus est, qui idem antea ipsis etiam sanctis virtutibus in caelis erat invisibilis, nunc autem ob suam cum visibili homine coniunctionem visibilis est effectus, visibilis inquam non invisibili divinitate, sed ipsa divinitate per humanum corpus totumque hominem agente, quem totum hominem eiusdem secum coniunctione renovavit. Ipsi honor et adoratio, qui antea et nunc et semper est in saecula. Amen. P. 645.

e. Reg. et Seguer. ἀμείβει. Alii et editi ἀμοίβει.

f. Gobler. ἐπιδεικνυμένοις.

g. Reg. Seguer. et Basil. εἶτ' οὖν. Alii cum editis εἶτα οὖν.

h. τό abest a Gobler. et Felckm. 1.

i. Regius codex, Seguer. et Basil. ἀνθρωπείου. Celeri et editi ἀνθρωπίνου. Ibid. Gobler. et Felckm. 1. omittunt καὶ ὅλου ἀνθρώπου.

k. Basil. ὡς ἦν. Ibidem Seguer. πρὸ ἦν. Reg. προῆν. In fine Reg. et Segu. addunt ἀμήν, quod abest ab aliis et editis.

S. ATHANASII ARCHIEPISCOPI
EPISTOLAE
AD SERAPIONEM.

MONITUM.

P. 645. I. *Quae sequuntur S. Athanasii ad Serapionem Thmuitanum Episcopum Epistolae, invitante et flagitante ipso Serapione a sancto Doctore in eremo conscriptae sunt, ut ex prima patet Epistola num. 1. et 33., et quidem post Orationes contra Arianos, ut conjicere est ex his primae Epistolae verbis num. 2.: τῶν μὲν οὖν Ἀρειανῶν οὐκ ἀλλότριον καὶ τοῦτο ἐνθύμημα, ἅπαξ γὰρ ἀρνούμενοι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον εἰκότως τὰ αὐτὰ καὶ κατὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δυσφημοῦσι· διὸ καὶ οὐ χρὴ πλέον τι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, ἀρκεῖ γὰρ τὰ πρὸ τούτων εἰρημένα κατ' αὐτῶν.* Itaque Arianorum quidem nequaquam aliena est huiusmodi sententia. Postquam enim semel Dei Verbum negare ausi sunt, merito eadem quoque de eius Spiritu impie mentiuntur. Quocirca nec plura adversus illos necesse est dicere: nam satis esse debent, quae antea contra ipsos dicta sunt. *In his itaque Epistolis contra quosdam disputat S. Athanasius, qui ab Arianis quidem discesserant fatebanturque Filium vere Deum esse, sed iidem de Spiritu sancto impie sentiebant, quem nimirum rem creatam esse vellent et unum ex administris spiritibus, soloque gradu ab Angelis differre, ut numero* 1. *primae Epistolae habetur. Unde optime ait Athanasius fictam illorum esse cum Arianis pugnam, at revera eos piae fidei adversari. Utrumque enim errorem propugnabant Ariani, et Filium videlicet et Spiritum rem creatam esse, uti modo vidimus passimque alibi declarat S. Doctor, verbi gratiâ Oratione III. contra Arianos pag.* 564. [*p.* 492. *huius ed.*] *num.* 15. *Inde autem effectum est, ut illi et ab Arianis odio habiti sint, quod Filium nollent rem creatam esse, quemadmodum num.* 32. *eiusdem primae Epistolae narratur, nec ab Orthodoxis fuerint admissi, quod Spiritum*

sanctum negarent Deum vere esse. Tropici porro dicti iidem sunt, uti saepe eos vocat S. Athanasius, ut num. 10. *et* 32. *primae Epistolae, quod nempe sacrae Scripturae loca, quibus in vindicanda S. Spiritus divinitate utebantur Orthodoxi, metaphoris et tropis vellent esse interpretanda. Caeterum hi non iidem videntur esse qui Macedoniani. Illos enim recte de Filio sentire numero* 1. *et alibi indicatur; at Macedoniani nolebant Filium Patri esse consubstantialem, sed similem duntaxat, ut refert Theodoretus haereticar. fabular. lib.* 4. *num.* 5. *et historiae Ecclesiasticae lib.* 2. *cap.* 6. P. 645.

II. *Perturbato admodum et praepostero ordine exstant illae Epistolae in editis antea Operibus S. Athanasii. Nam quae prima esse debet, secunda est; quae contra secunda debet esse, primum occupat locum. Imo pars secundae Epistolae posterior in secundo exstat Tomo, cum pars eiusdem prior sit in primo Tomo. Similiter pars ultimae Epistolae posterior in primo collocata est Tomo, pars autem prior in secundo. Sed Codicum manuscriptorum ope singulas in proprium restituimus ordinem, prout sequitur. Prima nempe ea est, quae incipit* τὰ γράμματα τῆς σῆς *etc., quam cum nonnulli fratrum cuperent in epitomen redigi, petiit ab Athanasio Serapion, ut id efficere non gravaretur. Haecque causa fuit sancto Doctori secundam ad eundem scribendi Epistolam, cuius initium* ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον *etc. Huius in priori parte breviter contra Arianos Verbi divinitatem tuetur, in altera autem parte, quam his verbis exorditur:* ἴσως θαυμάσεις *etc., primam contrahit Epistolam. Videtur enim omnino non diversas esse Epistolas, sed duas duntaxat eiusdem Epistolae partes, quas postmodum distinctas veluti Epistolas divisere Amanuenses. Nec enim posteriorem partem quasi aliam Epistolam exorditur, sed se excusat, quod rogatus, ut primam de Spiritu sancto Epistolam contraheret, prius de Filii divinitate disseruerit. Praeterea secundae Epistolae initio se in ea praestitisse scribit quod postularat Serapion, ut scilicet primam, quae paulo fusior videbatur, verbis paucioribus vellet comprehendere; quod cum nonnisi in hac quam dicimus secunda parte praestiterit, clarum est ipsam non novam esse Epistolam, sed partem tantum secundae Epistolae posteriorem. Hinc etiam in plerisque et praestantioribus manuscriptis Codicibus secundae Epistolae initio eam primae esse epitomen adnotatur, quod sane veri esset alienum, si pars eius altera distincta esset Epistola.* P. 646.

III. *Nec vero soli secundae accidit Epistolae, ut in duas disiungeretur, sed idem quoque in ultima contigit, quae videlicet in codicibus Gobleriano et Felckmanni primo in duas pariter distracta est Epistolas. Verum etiamsi exploratum nobis videatur ita se rem ha-*

p. 646. *bere, tamen cum in omnibus quos vidimus manuscriptis codicibus secunda Epistola in duas veluti Epistolas distincta sit, non ausi sumus simul coniungere, sed eam, prout in ipsis mss. habetur, divisimus.*

IV. *Felckmannus secundam Epistolam sive primam eius partem, quae de Filio disserit, synopsin esse Orationum contra Arianos est arbitratus*[1]. *At huic opinioni refragantur cum manuscripti Codices, qui eam epitomen esse primae ad Serapionem Epistolae observant, tum vero ipsum eiusdem exordium, ubi primae tantum meminit S. Athanasius, quam se ait in secunda ista rogatu Serapionis nonnullisque optantibus fratribus contraxisse. Non diffitemur tamen, praecipua quae in Orationibus contra Arianos fusius exponuntur argumenta strictim hic presseque tractari, at contendimus, illud Opus, quod secundae Epistolae principio ait se in epitomen redegisse, aliud nullum esse quam Epistolam primam ad Serapionem.*

V. *Ultima denique Epistola ita orditur:* ἐνέτυχον καὶ τῇ etc. *Huius autem pars postrema sive veluti appendix* [*num.* 8. *sqq.*] est *Tractatus in Matthaei verba* Quicumque dixerit etc.[2], *qui male in hactenus editis ab illa est divulsus. Siquidem non solum in omnibus manuscriptis codicibus hanc statim subsequitur Epistolam, sed etiam in optimae notae Regio et Seqeriano recte cum ipsa absque ullo titulo coniungitur, tantumque in margine verba ipsa Matthaei afferuntur, uti fit et aliis in locis. In Gobleriano autem et Felckmanni primo haec novae quasi Epistolae praeponitur inscriptio:* πρὸς τὸν αὐτὸν Σεραπίωνα. *Nempe cum in prima Epistola num.* 3. *et in fine partis posterioris secundae* [*Ep. III. num.* 7.] *haec Evangelii verba contra adversarios adduxisset S. Athanasius, ipsum rogavit Serapion, ut locum illum interpretaretur, explicaretque cur qui in Spiritum sanctum peccaverit, gravius puniendus sit, quam qui in Filium; cui postulationi, multum licet, ut scribit, reluctans, in fine ultimae huius Epistolae satisfecit.*

VI. *Non multum immorabimur in refellendo praecipiti et iniquo admodum Erasmi de prima ad Serapionem Epistola iudicio.* Salvo, *inquit ille*, et integro doctorum iudicio, ego censeo hoc Opus esse hominis otiosi nulloque ingenio praediti, qui voluerit imitari divi Athanasii libellos ad Serapionem. Hic mira congeries locorum, et rationum confusio molestissimaque semel dictorum iteratio[3]. *Eidem sen-*

1) Vide item Admonit. in Epist. ad Serap. de morte Arii. Tom. I. pag. 337. n. 3.

2) Matth. 12, 32.

3) Ioannis Chrysostomi et Athanasii lucubrationes aliquot primum versae et in lucem aeditae per Des. Erasmum. Basil. 1527. p. 410 (Opp. ed. Cler. Tom. VIII. p. 405.).

tentiae temere subscribunt Scultetus[1]) *et Rivetus*[2]), *nullis aliis adductis argumentis, nisi quod addat Rivetus citari ea Epistola* [*num.* 5.] *locum Michaeae qui nusquam reperitur, nimirum:* Domus Iacob exacerbavit Spiritum Domini. *Verum valde ille hallucinatur; nam is est versus septimus capitis secundi Michaeae iuxta Graecam versionem.* P. 646.

VII. *Quam vana et temeraria sit huiusmodi illorum opinatio, ex omnibus omnino manuscriptis codicibus convincitur, in quibus videlicet magno consensu S. Athanasio attribuitur. Praeterea qui in lectione S. Athanasii vel paulum versatus fuerit, ea in Epistola methodum, dictiones verbaque ipsa S. Doctoris facile agnoscet. Nec enim aliter hic disserit, quam aliis in Operibus, verbi gratiâ in Orationibus contra Arianos, in quibus Scripturae testimonia undique accumulat, ut Filii divinitatem tueatur. Cum enim et Ariani et Tropici easdem admitterent Scripturas ac Orthodoxi, undenam quaeso validiora posset proferre argumenta, quam ex divinis his libris? Nec etiam crebrius hic eadem repetit quam alibi, quod quidem molestum nemini esse debere ipse solet praemonêre. Denique cum iidem illi secundae Epistolae partem posteriorem, quae primae est epitome, Athanasii esse consentiant, permirum sane est, quod hanc audeant repudiare. Sed de his satis superque. Ita enim perspicuum est vere Athanasii esse primam hanc Epistolam, ut nemini rem serio examinanti ulla possit oboriri suspicio id in dubium revocandi.*

VIII. *Cardinalis Perronius lib.* 2. *de Eucharistia aliique nonnulli postremam quoque partem sive appendicem Epistolae ultimae, nempe Tractatum in verba Matthaei* Quicumque dixerat etc., *negarunt verum esse S. Athanasii opus. At germanum eius fetum esse, ea, quae paulo ante num. III. et V. dicta sunt, apertissime ostendunt. Adde in Concilio Lateranensi sub Martino I.* [*Tom. VI.*] *pag.* 304.[3]) *tres locos ex hoc Tractatu tamquam ex vero S. Athanasii opere adduci.*

1) Medulla theologiae Patrum. P. II. cap. 41.
2) Criticus sacer. Lib. III. cap. 5 (Opp. theol. Tom. II. p. 1104.).
3) Mansi Conc. Coll. Tom. X. p. 1104.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

[a]*ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΣΕΡΑΠΙΩΝΑ*

ΘΜΟΥΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ

κατὰ τῶν βλασφημούντων καὶ λεγόντων κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

P. 647. 1. *Τα γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως [b]ἀπεδόθη μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ εἰ καὶ πικρός τις ἦν ὁ καθ' ἡμῶν διωγμὸς ἐπικείμενος καὶ πολλὴ ἔρευνα τῶν ζητούντων ἡμᾶς ἀνελεῖν, ἀλλ' ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως παρεκάλεσεν ἡμᾶς*[1]) *καὶ ἐν τοῖς γράμμασί σου. ἀναμιμνησκόμενος γὰρ τῆς σῆς διαθέσεως καὶ πάντων τῶν γνησίων ἔδοξα τούτους σὺν ἐμοὶ τότε παρεῖναι. ἐπιπολὺ μὲν οὖν ἔχαιρον κατέχων τὰ γράμματα· ὡς δὲ τούτοις ἐνέτυχον, ἠρξάμην πάλιν ἀθυμεῖν διὰ τοὺς ἅπαξ μελετή-*
P. 648. *σαντας μάχεσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. ἔγραφες γάρ, ἀγαπητὲ καὶ ἀληθῶς ποθεινότατε, λυπούμενος καὶ αὐτός, ὡς ἐξελθόντων μέν τινων* [c]*ἀπὸ τῶν Ἀρειανῶν διὰ τὴν κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ βλας-*

1) 2. Cor. 1, 3.

a. Sic primus codex Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1., sed duo postremi habent *Σεραπίωνα*. In Reg. 2, in quo haec una ad Serapionem exstat epistola, is est titulus: *Τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.* In codice manuscripto Eminentissimi D. Cardinalis Ottoboni ac in Basiliensi, Anglicano et Felckm. 2. *ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.* Sed in Felckm. 2. deest *ἐπίσκοπον.* In titulum Commelinianae editionis, quo Parisina item editio utitur, sic habentem: *ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα τὸν ἐπίσκοπον, κατὰ τῶν λεγόντων, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα ἐστίν,* haec notat Felckmannus: *Titulus porro in G. et I.* *ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα ἐπίσκοπον Θμούεως κατὰ τῶν βλασφημούντων καὶ λεγόντων κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* *Unde Interpres reddidit* Epistola ad Serapionem Episcopum Thmueos, contra eos qui dicunt Sp. S. etc. *Verum cum ineptus nescio quis emendator in Codice II. quem operae secutae sunt, haec solummodo inveniret, quae etiam in Basiliensi et Anglicano totidem verbis habentur: ἐπιστολὴ πρὸς Σαραπίωνα περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ipse satis audacter eum qui nunc*

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

EPISTOLA AD SERAPIONEM

THMUITANUM EPISCOPUM

contra illos qui blasphemant et dicunt Spiritum sanctum rem creatam esse.

---

1. Litteras sacrae tuae caritatis in eremo accepi. Nam tametsi P. 647. acerba adversum nos persecutio instabat, et multa perquisitio eorum, qui necem nobis moliebantur, tamen *Pater misericordiarum et Deus totius consolationis* tuis nos litteris est consolatus. Tuae enim et omnium sincere amicorum benevolentiae recordatus illos tunc mecum praesentes videre mihi videbar. Itaque acceptis tuis litteris valde gavisus sum, sed vixdum illas perlegeram, cum rursus vehementer dolere incoepi, eorum pervicacia motus, qui contra veritatem pugnare semel in animum induxerunt. Siquidem tute ipse, dilecte vereque P. 648. optatissime, non sine dolore mihi significasti, quosdam impiam Arianorum in Dei Filium haeresin detestantes ab illis quidem discessisse,

praefixus legitur ex suo cerebro titulum excudit et praeposuit.

b. Eminent. Cardin. Ottob. codex *ἀπεδόθησάν μοι.* Ibidem uterque Reg. *καὶ εἰ καί.* Ceteri et editi *καὶ εἰ* tantum. Ibidem Ottobon. *ὁ καθ' ἡμᾶς διωγμός.* Paulo post manuscripti omnes nostri *ἀλλ' ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν* etc Manuscrr. vero Felckmanni *ἀλλ ὁ πατὴρ τῆς παρακλήσεως* omissis intermediis. Mox *καί* ante *ἐν τοῖς* deest in Gobler. et Felckmanni 1.

c. Anglic. *ἐκ τῶν Ἀρειανῶν.* Macedonianos et Pneumatomachos ab Arianis ortum duxisse vulgaris et trita omnium sententia est Macedoniumque esse Pneumatomachorum antesignanum. Quamobrem miretur fortasse quispiam nullam in hisce disputationibus Macedonii mentionem occurrere. Verum ut quid hac de re sentiam paucis efferam, non videtur de Macedonio hic agi. Etenim ille inter Arianorum primipilares annumerabatur, atque ut videtur Filium semper pro re creata habuit. Contra vero isti, quos oppugnat Athanasius, Arianos quidem impugnabant, verum sanam de Filio doctrinam vindicantes in Spiritum sanctum debacchabantur, unde coniectandum relinquitur, hanc Pneumatomachorum familiam disparem a Macedoniana esse, quod tamen augurando dicitur; nam lucifugarum huiusmodi initia obscuriora sunt, quam ut possit de iis certa et indubitata ferri sententia. Et alio-

P. 648. φημίαν, φρονούντων δὲ κατὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ λεγόντων αὐτὸ μὴ μόνον κτίσμα, ἀλλὰ καὶ τῶν [a] λειτουργικῶν πνευμάτων[1]) ἓν αὐτὸ εἶναι, καὶ βαθμῷ μόνον αὐτὸ διαφέρειν τῶν ἀγγέλων. τοῦτο δέ ἐστι πρὸς μὲν τοὺς Ἀρειανοὺς προςποιητὸς μάχη, ἀληθὴς δὲ ἀντιλογία πρὸς τὴν εὐσεβῆ πίστιν. ὥςπερ γὰρ ἐκεῖνοι ἀρνούμενοι τὸν υἱὸν ἀρνοῦνται [b] καὶ τὸν πατέρα, οὕτως καὶ οὗτοι δυςφημοῦντες εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δυςφημοῦσι καὶ εἰς τὸν υἱόν. καὶ ἀμφότερα τὰ μέρη διείλοντο τὴν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀντίστασιν, ἵν᾽ οἱ μὲν κατὰ τοῦ λόγου, οἱ δὲ κατὰ τοῦ πνεύματος φρονοῦντες τὴν αὐτὴν ἔχωσιν εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα βλαςφημίαν. ταῦτ᾽ οὖν συνορῶν καὶ πολλὰ λογιζόμενος ἐν ἀθυμίᾳ γέγονα, ὅτι πάλιν εὗρε παίζειν ὁ διάβολος ἐν τοῖς ὑποκρινομένοις τὴν μανίαν αὐτοῦ· καὶ κρίνας μὲν ἤμην [c] σιωπᾶν ἐν τοιούτῳ καιρῷ, διὰ δὲ τὴν προτροπὴν τῆς σῆς ὁσιότητος, ἕνεκά τε τῆς ἐκείνων ἀλλοδοξίας καὶ σατανικῆς προπετείας δι᾽ ὀλίγων ἔγραψα τὴν ἐπιστολήν, μόγις καὶ ταῦτα δυνηθείς, ἵνα μόνον καὶ σὺ πρόφασιν ἐκ τούτων λαβὼν
P. 649. κατὰ τὴν προςοῦσάν σοι σύνεσιν τὰ [d] λείποντα προςθῇς, καὶ πλήρης ὁ κατὰ τῆς δυςσεβοῦς αἱρέσεως ἔλεγχος γένηται.

2. Τῶν μὲν οὖν Ἀρειανῶν οὐκ ἀλλότριον καὶ τοῦτο ἐνθύμημα, ἅπαξ γὰρ ἀρνούμενοι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον εἰκότως τὰ αὐτὰ καὶ κατὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δυςφημοῦσι· διὸ καὶ οὐ χρὴ πλέον τι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, ἀρκεῖ γὰρ τὰ πρὸ τούτων εἰρημένα κατ᾽ αὐτῶν· πρὸς δὲ τοὺς περὶ τοῦ πνεύματος ἀπατηθέντας τρόπῳ τινί, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, [e] προςήκει διερευνῶντας εἰπεῖν. τούτων γὰρ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις τὴν ἄνοιαν, ὅτι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μὴ θέλοντες κτίσμα εἶναι καὶ καλῶς γε [f] κατὰ τοῦτο φρονοῦντες πῶς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ κτίσμα κἂν ἀκοῦσαι ἠνέσχοντο· καὶ γὰρ εἰ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ λόγου ἑνότητα οὐ θέλουσιν εἶναι τῶν γενητῶν αὐτὸν τὸν υἱόν, ἀλλ᾽ ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς δημιουργὸν [g] αὐτὸν

1) Hebr. 1, 14.

quin mirum quanta varietas sententiarum in haeresum initiis suboriatur, aliis aliud apprehendentibus atque ex iisdem principiis diversa colligentibus. Nimirum solenne haereticis est, ut amisso semel veritatis tramite hac illac oberrent, ac ne secum quidem ipsi consistere possint. Scilicet

Πάντη μαινόμενος καὶ ἀμήχανος ἀμφαλάληται.

[Oppian. Cyneg. III, 423.]

Ibidem Regii ambo codices manuscripti, Seguer. et Basil. *κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ*. Ceteri autem cum editis *κατὰ τοῦ θεοῦ* solum; prior lectio praestat ut ex consequentibus propalam est. Ibidem Reg. 1. et Seguer. *δυςφημίαν*, alii cum editis *βλαςφημίαν*.

a. Ita Regii ambo manuscripti, Seguer. item, Basil. Gobler. et Felckm. 2., atque eodem modo legitur in epistola divi Pauli ad Hebraeos 1, 14. Alii et editi *λειτουργῶν. Βαθμῷ μόνῳ*. Paulo post Anglic. codex solus *προςποιητὸς ἡ μάχη*.

b. Hic et infra post *δυςφημοῦσι* particula *καί* in manuscripto Reg. 1. et Seguer. omnium optimis Codicibus legitur, in aliis omittitur. Iidem mox *διείλαντο*.

sed eosdem de Spiritu sancto prave sentire, contendereque illum non P. 648. tantum rem creatam, sed etiam unum ex administris spiritibus esse soloque gradu ab Angelis differre. Et haec simulata quidem pugna cum Arianis, sed vera est cum pia fide certatio. Nam ut illi Filium negantes negant et Patrem, ita et isti indigna de Spiritu sancto loquentes indigna quoque de Filio loquantur necesse est. Ita ambae illae sectae bellum veritati indictum divisere, ut illi contra Filium et isti contra Spiritum sanctum perversa sentientes eiusdem in sanctam Trinitatem blasphemiae simul rei sint. Cum igitur haec perspicerem multaque mecum cogitarem, in gravem incidi luctum, quod iterum Diabolus ludificandi ansam apud illos nactus esset, qui eius insaniam et furorem imitari nihil verentur. Hinc ego hoc temporis silere decreveram. Verumtamen cum ut tuae Sanctitatis cohortationi cederem, tum ut pravam illorum opinionem et satanicam audaciam propulsarem, vix tandem paucis hanc potui scribere Epistolam, ut tu occasione inde accepta pro tua qua polles prudentia ea, quae desunt, suppleas, atque P. 649. adeo plene refellatur impia haeresis.

2. Itaque Arianorum quidem nequaquam aliena est huiusmodi sententia. Postquam enim semel Dei Verbum negare ausi sunt, merito eadem de eius Spiritu impie mentiuntur. Quocirca nec plura adversus illos dicere necesse est, sed satis esse debent quae antea contra ipsos dicta sunt. Quod autem ad illos spectat, qui falsa de Spiritu sancto errantes opinantur, ipsis quodam modo sive *tropo, ut iidem loquuntur, convenit respondere. Mira enim profecto videatur ipsorum amentia, quod scilicet ii, qui Filium Dei rem creatam esse nolunt (qua quidem in re recte sentiunt), Spiritum Filii rem creatam esse vel etiam audire patiantur. Si enim propter Verbi cum Patre unitatem nolunt Filium esse e rebus factis, sed, quod quidem verum est,

* Tropis nimirum illi et metaphoris depravabant ea sacrae Scripturae loca, quibus Orthodoxi Spiritum sanctum probabant Deum esse, hincque Tropici dicti sunt. Vide infra num. 10.

Editi διείλοντο. Ibid. Basil. codex manuscriptus solus πρὸς τῆς ἀληθείας.

c. In editis et in quibusdam manuscriptis hic perperam legebatur σιωπῶν. Verum Regii ambo codices, Anglic. item et Basil. σιωπᾷν recte habent. Mox aliqui codices cum editis habent ὁσιότητος, ἕνεκά τε. Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. habent γνησιότητος ἕνεκά γε. Nannius quoque γνησιότητος legit, nam vertit *sinceritatis*; tantilli momenti res est.

d. Reg. 1. et Seguer. λειπόμενα.

e. Reg. [?] et Seguer. ὀλίγα προσήκει διερωτῶντας αὐτοὺς εἰπεῖν. Iidem mox εὐθύς post ἄν τις addunt.

f. Sic Reg. 1. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. Ceteri vero et editi κατά omittunt. Mox Ottob. τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ.

g. Reg. 2. αὐτὸν εἶναι. Ceteri et editi εἶναι omittunt. Ibidem Reg. 1. Seguer. Anglic. φρονοῦσι. Alii vero et editi φρονοῦντες.

P. 649. εἶναι τῶν ποιημάτων φρονοῦσι, διατί τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ τὴν αὐτὴν ἔχον ἑνότητα πρὸς τὸν υἱόν, ἣν αὐτὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, κτίσμα λέγουσι, καὶ ἠγνόησαν, ὅτι ὥςπερ μὴ διαιροῦντες τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς σώζουσι [a]τὸ ἕνα θεὸν εἶναι, οὕτω διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ λόγου τὸ πνεῦμα οὐκέτι μίαν τὴν ἐν τριάδι θεότητα σώζουσι, σχίζοντες αὐτὴν καὶ ἐπιμίσγοντες αὐτῇ ἀλλοτρίαν καὶ ἑτεροειδῆ φύσιν καὶ τοῖς κτίσμασι συνεξισοῦντες αὐτήν; τοῦτο δὲ πάλιν οὐκέτι ἓν εἶναι δείκνυσιν τὴν τριάδα, ἀλλὰ ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων συγκειμένην αὐτήν, διὰ τὸ ἑτεροούσιον τοῦ πνεύματος, ὡς αὐτοὶ ἑαυτοῖς [b]ἀνεπλάσαντο. ποία οὖν αὕτη θεολογία ἐκ δημιουργοῦ καὶ κτίσματος συγκειμένη; ἢ γὰρ οὐ τριάς ἐστιν, ἀλλὰ δυὰς καὶ λοιπὸν ἡ κτίσις, [c]ἢ εἰ τριάς ἐστιν, ὥςπερ οὖν καί ἐστι, πῶς τοῖς μετὰ τὴν τριάδα κτίσμασι συντάττουσι τὸ τῆς τριάδος πνεῦμα; τοῦτο γάρ ἐστι πάλιν διαιρεῖν καὶ διαλύειν τὴν τριάδα. οὐκ οὖν κακῶς [d]φρονοῦντες περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὐδὲ περὶ τοῦ υἱοῦ καλῶς φρονοῦσιν. [e]εἰ γὰρ ἐφρόνουν ὀρθῶς περὶ τοῦ λόγου, ἐφρόνουν ὑγιῶς καὶ περὶ τοῦ πνεύματος, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται καὶ τοῦ υἱοῦ ἴδιον [f]ὃν παρ᾽ αὐτοῦ δίδοται τοῖς μαθηταῖς καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν. οὕτω δὲ πλανώμενοι οὐ δὲ περὶ τοῦ πατρὸς ὑγιῆ τὴν πίστιν ἔχουσιν. οἱ γὰρ ἀντικείμενοι τῷ πνεύματι, ὡς εἶπεν ὁ μέγας μάρτυς Στέφανος[1]), οὗτοι καὶ τὸν υἱὸν ἀρνοῦνται, τὸν δὲ υἱὸν ἀρνούμενοι οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχουσι[2]).

3. Πόθεν τοίνυν ὑμῖν, ὦ οὗτοι, τῆς [g]τοσαύτης τόλμης ἡ πρόP. 650. φασις, ὥςτε μὴ φοβηθῆναι τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένον· ὃς δ᾽ ἂν βλάςφημήσῃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν οὔτε [h]ἐν τῷ

1) Act. 7, 51. 2) 1. Ioan. 2, 23.

a. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Alii vero et editi τόν.

b. Sic Reg. 1. et Seguer. et mox δημιουργοῦ. Ceteri et editi ἐπλάσαντο et δημιουργίου.

c. Sic Reg. 1. et 2. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. In Reg. 2. tamen εἰ deest. Alii et editi ἡ κτίσις, εἰς τριάδα ἐστὶν, ὅπερ οὐκ ἔστι. καὶ πῶς etc.

d. Haec verba usque ad καλῶς inclusive desunt in Reg. 2.

e. [Huc pertinent quae in ed. Bened. p. 648. col. 2. notae e., apud nos 673. n. d., subiecta sunt:] Quia hic spatium offertur nobis, ne pigeat annotare, in verba paginae sequentis Εἰ γὰρ ἐφρόνουν ὀρθῶς περὶ τοῦ λόγου, ἐφρόνουν ὑγιῶς καὶ περὶ τοῦ πνεύματος haec observari a Felckmanno. *Est in Bibliotheca Archipalatina codex manuscriptus Graecus, in quo praeter illos V. Dialogos Athanasii, quos supra Tom. II. habes* (iam vero infra Tom. II.) *tum Maximi illius magni Monothelelarum adversarii, tum D. Augustini Soliloquia et Damasceni quaedam: tum denique nescio cuius alterius Monachi complura opuscula, qui circa annum Dom.* 1170. *vixit. Siquidem fol.* 214. *col.* 3. *extat eius quoddam opusculum ad Manuelem Comnenum Imperatorem de Astrologia, ubi fol.* 2. *col.* 2. *Iudaeos refutans inquit.* λέγε λοιπὸν, ὦ Ἰουδαῖε, τίς ἡ αἰτία δι᾽ ἣν νῦν ἐν αἰχμαλωσίᾳ διατρίβεις τοσοῦτον καιρόν; ἰδοὺ γὰρ ὡςεὶ χίλια πρὸς τοὺς ἑκατὸν ἔτη διήλθοσαν, καὶ ὁ νῶτος ὑμῶν κατὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ πρόῤῥησιν ἔτι συγκάμπτεται. *Hoc est:* Dic igitur, o Iudaee, quae causa est quod nunc in captivitate

ipsum rerum factarum opificem esse sentiunt; quare Spiritum sanctum, P. 649.
qui eandem habet cum Filio unitatem quam Filius cum Patre, rem creatam esse audent dicere? Cur ignorant, quod quemadmodum Filium a Patre non dividendo Dei unitatem servant, ita dividendo Spiritum a Verbo non amplius unam in Trinitate servant divinitatem, quam nempe diffindunt, et cui alienam ac diversam naturam admiscent, quam denique inter res creatas collocant? Id sane probat, non iam rem unam esse Trinitatem, sed ipsam ex duabus ac diversis naturis constare, ob diversam videlicet Spiritus substantiam, quam illi sibi ipsis commenti sunt. Quaenam ergo ista tandem est theologia ex creatore et re creata conflata? Vel enim non est Trinitas, sed dualitas ac deinde res creata, vel si Trinitas est, uti vere est, quomodo cum rebus creatis, quae post Trinitatem existunt, Trinitatis Spiritum audent collocare? Id enim rursus est dividere ac dissolvere Trinitatem. Itaque si male de Spiritu sancto sentiant, bene de Filio sentire non queunt. Nam si recte de Verbo sentirent, recte quoque de Spiritu sancto, qui a Patre procedit, sentirent, qui cum Filii sit proprius, ab illo discipulis omnibusque in eum credentibus datur. Quin etiam qui in huiusmodi errore versantur, neque in Patrem sanam fidem habere possint. Nam qui Spiritui resistunt, uti insignis martyr Stephanus dixit, iidem et Filium negant. Filium autem negantes neque Patrem profecto habuerint.

3. Undenam ergo tantae vobis temeritatis causa, ut nec illud a Salvatore dictum vereamini: *Qui blasphemaverit in Spiritum sanctum,* P. 650.
non habebit remissionem neque in hoc saeculo neque in futuro?

b. καί abest a Regio 1., Seguerianو et Basil. Ibid. Gobler. et Felckm. 1. ὅλως. Ottobon. ὁ λόγος. Paulo post Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. τῆς θεότητος μόνης. Ceteri et editi μόνης omittunt. Ibidem Reg. 2. θείας φύσεως pro θεότητος.

c. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi ἕστηκεν ὁ πατὴρ ἀεὶ πατήρ, καὶ ὁ υἱός etc. Mox Reg. 1. et Seguer. post εἴη et παύσεται addunt ποτέ, alii et editi omittunt.

d. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. Ceteri et editi πάππος.

tamen idem alterius est pater. Unde non proprie in hominibus pa- P. 664. tris et filii nomen servatur. Sic Abraham, qui fuit filius Tharae, idem fuit pater Isaac. Similiter Isaac, qui filius erat Abrahae, fuit pater Iacob, eaque est humanae naturae conditio. Nam sibi invicem sunt partes, et quisquis gignitur patris partem habet, ut et ipse alterius fiat pater. At non ita se res habet in divinitate. Nec enim hominum similis est Deus, nec divisam habet naturam. Quapropter neque sui divisione Filium generat, ut et ipse alterius pater fiat, cum neque ipse sit ex patre, neque Filius pars sit patris. Itaque Filius non generat, P. 665. ut ipse genitus est, sed totus est totius imago et splendor; atque in sola divinitate Pater proprie est pater, et Filius proprie est filius, qui Pater semper fuit pater, et Filius pariter semper fuit filius. Quemadmodum item nunquam Pater futurus est filius, sic nunquam Filius futurus est pater. Et ut nunquam Pater desinet solus esse pater, ita Filius nunquam desinet esse solus filius. Nemo igitur nisi mente captus dixerit vel cogitaverit, fratrem esse Filio, et nomen avi Patri convenire. Hinc enim nusquam in Scripturis sacris Spiritus filius dictus est, ne frater esse existimaretur, uti nec filius Filii, ne Pater avus crederetur. Sed Filius Patris est filius, et Spiritus Patris spiritus dictus est, atque ita una Trinitatis divinitas et fides est.

17. Quocirca eam quoque ob rationem insania sine d[illegible]o fuerit contendere, rem creatam illum esse. Nam si res c[illegible]et, Trinitati non adiungeretur. Nam tota unus De[illegible] satis ergo fuerit cognoscere, Spiritum rem creatam [illegible]sse nec rebus creatis annumerari. Siquidem nihil alien[illegible] Trinitati admiscetur, sed individua et sibi ipsi similis est. H[illegible] inquam fidelibus satis esse debent, huc usque humana cogni[illegible] pervenire potest, hic Cherubim alis faciem velant. Qui autem his plura quaerit et investigare cupit, refragatur dicenti: *Ne plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.* Quae enim fide tradita sunt, haec non humana sapientia expendere, sed fidei auditu excipere convenit. Quae enim oratio ea, quae creatam naturam transcendunt, digne possit explicare? Vel quaenam quaeso aures ca-

e. νοοῖτο abest a Reg. 1. Seguerian. Basil. Gobler. et Felckm. 1. Ibid. Reg. 1. et Seguer. ἀλλ' ὁ υἱός, τοῦ πατρὸς υἱός. Goblerian. et Felckm. 1. art. ὁ omittunt. Editi et alii ἀλλ' υἱὸς τοῦ πατρὸς ὁ υἱός. Et mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. καὶ τὸ πνεῦμα, τοῦ πατρὸς πνεῦμα εἴρηται. Ceteri et editi καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρός, τοῦ υἱοῦ πνεῦμα εἴρηται. Ibid. Reg. 1. et Segu. μία post οὕτως habent et vocem ἁγίας omittunt.

f. Reg. 1. ὁμοουσία. Mox Reg. 1. et Segu. ἀπίστοις. Alii et editi πιστοῖς. Mox Gobl. et Felckm. 1. omittunt ἐν ἀνθρώποις.

g. Sic Reg. 1. et Graecus Scripturae textus. Ceteri et editi πολλά.

h. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. συνεῖναι.

P. 665. ἀνθρώποις μήτε ἀκούειν μήτε λαλεῖν; περὶ μὲν οὖν ὧν ἤκου ὁ Παῦλος οὕτως εἴρηκε[1]), περὶ δὲ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ· ὡς ἀνεξιχ στοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβου αὐτοῦ ἐγένετο[2]); ὁ γοῦν Ἀβραὰμ οὔτε περιεργάσατο οὐδὲ ἀνέτ τὸν λαλοῦντα, ἀλλ' ἐπίστευσε, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιο νην[3]). οὕτω Μωσῆς πιστὸς ἐκλήθη θεράπων[4]). [a] εἰ δὲ οἱ τὰ Ἀρ φρονοῦντες, ἐπεὶ εἰς τὴν κακότεχνον αὐτῶν ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσ σοφία, οὐ δύνανται νοεῖν οὐδὲ πιστεύειν περὶ τῆς ἀδιαιρ καὶ ἁγίας τριάδος, μὴ διὰ τοῦτο καὶ τὴν [b] ἀλήθειαν παρεξηγείσ σαν, μηδὲ ἅπερ αὐτοὶ μὴ δύνανται νοεῖν, ταῦτα λεγέτωσαν εἶναι δύνασθαι. πρᾶγμα γὰρ πάσχουσιν ἀτοπώτατον, ὅτι μὴ

P. 666. νάμενοι νοεῖν, πῶς ἀδιαιρετός ἐστιν ἡ ἁγία τριάς, ποιοῦσιν οἱ Ἀρειανοὶ [c] ἓν τὸν υἱὸν μετὰ τῆς κτίσεως, οἱ δὲ Τροπικοὶ πνεῦμα καὶ αὐτοὶ τοῖς κτίσμασι συναριθμοῦσιν. ἔδει δὲ αὐ ἢ καθόλου μὴ νοοῦντας σιωπᾶν, καὶ μὴ συντάσσειν μήτε ἐκεῖ τὸν υἱὸν μήτε τούτους τὸ πνεῦμα τοῖς κτίσμασιν, ἢ τὸ γεγρα νον ἐπιγινώσκειν, καὶ τῷ πατρὶ συνάπτειν τὸν υἱόν, καὶ τὸ πν μὴ διαιρεῖν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, ἵνα τὸ ἀδιαίρετον καὶ ὁμοφυὲς ἀλ τῆς ἁγίας τριάδος διαμείνῃ. ταῦτα μαθόντας αὐτοὺς ἔδει μὴ μᾶν, μηδ' ἀμφιβάλλοντας ἐρωτᾶν πῶς ταῦτα γένοιτο, ἵνα ἐρωτώμενος ἀπορῇ λέγειν, μὴ ἐπινοῶσιν αὐτοὶ κακονοίας ἑαυ ἔστι μὲν γὰρ πᾶσι τοῖς γενητοῖς, μάλιστα δὲ ἡμῖν τοῖς ἀν ποις ἀδύνατον ἐπαξίως εἰπεῖν περὶ τῶν [d] ἀποῤῥήτων, τολμη ρον δὲ π[illegible]λιν μὴ δυναμένους λέγειν ἐπινοεῖν ἐπὶ τούτων και ρας λέξεις πα[illegible] τὰς τῶν γραφῶν. ἄλλως τε καὶ μανιώ τοιαύτη ἐπιχείρησις τοῦ [illegible] ἐρωτῶντος [e] καὶ τοῦ [illegible]ᾶν ὅλως ἐνθ μένου ἀποκρίνασθαι· οὐδὲ γὰρ [illegible] δὲ περὶ τῶν γενητῶν οὔτ ἐρωτῶν νομισθείη νοῦν ἔχειν ὀρθόν. [illegible]φθάνει

18. Ἡ τολμησάτωσαν ἀποκρίνασθαι οὐ[illegible] κατὰ τὰ [illegible] λέγοντες ρᾶς, πῶς ὁ οὐρανὸς συνέστη καὶ ἐκ ποίας ὕλης [illegible]φίζου [f] ἢ [illegible] καὶ τίς ἡ μίξις, ἢ πῶς ὁ ἥλιος καὶ ἕκαστος τῶν ἀστέρων [illegible] δὲ θαυμ ἐκ τῶν ὑπερκειμένων αὐτῶν ἐλέγχειν τὴν ἀφροσύν[illegible] πρ[illegible]ην, ὅπου πῶς τῶν ὧδε κάτω ξύλων ἡ φύσις καὶ τῶν ὑδάτω[illegible] τι[illegible] τὰ συστ πῶς τε τῶν ζώων ἡ πλάσις καὶ ἡ σύστασις γινώσ[illegible]ται ἃ κειται; [g] ἀλ

1) 2. Cor. 12, 4. 2) Rom. 11, 33. 34. 3) Genes. 15, 6; Rom. 4) Hebr. 3, 5.

a. Sic Reg. 1. Alii vero et editi οἱ δὲ τά etc. omissa part. εἰ. Ibid. Reg. 1. paulo post ut et Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. σοφία, οὐ δύνανται νοεῖν οὐδὲ πιστεύειν περὶ τῆς etc. Editi vero et alii σοφία, οὐδὲ πιστεύουσιν περὶ τῆς etc.

b. Reg. 2. ἀληθινὴν ὁδόν [illegible] Seguer. Basil. μηδέ, alii [illegible] Mox post λεγέτωσαν Reg. [illegible] Gobler. et Felckm. 1. μηδέ [illegible] editi μή.

[illegible]guer. Basil. [illegible] et editi [illegible] μεν [illegible] καὶ ὁ υἱός e[illegible] Mo[illegible] [illegible]st εἴη et παύσετ[illegible] [illegible]iti omittunt. [illegible] Basil. Gobler. [illegible] editi πάππος.

pere possint, quae hominibus nec audire nec loqui licet? Sic enim P. 665. Paulus de his, quae ipse audivit, testatus est, de Deo autem haec dicit: *Quam investigabiles viae eius! Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit?* Hinc Abraham nihil curiose inquisivit nec loquentis verba discussit, sed *credidit Deo, et reputatum est ei ad iustitiam.* Sic Moyses fidelis famulus appellatus est. Quod si Ariani, quia in malevolam ipsorum animam non ingredietur sapientia, individuam et sanctam Trinitatem nec intelligere nec credere queunt, ne idcirco veritatem adulterent, nec quae ipsi percipere non possunt, haec non posse esse contendant. Perabsurda enim res est, quod cum concipere non valeant, qui fieri possit ut individua sit sancta P. 666. Trinitas, Ariani idcirco Filium et Tropici Spiritum sanctum inter res creatas numerent. Nempe aequum erat, vel ista non intelligentes prorsus silere, nec illos Filium nec istos Spiritum sanctum inter res creatas collocare, vel certe quod scriptum est agnoscere, Filiumque cum Patre coniungere, nec Spiritum a Filio dividere, ut scilicet individua ac eiusdem vere particeps naturae permaneret sancta Trinitas. Quibus utique cognitis non eo audaciae prorumpere debebant, ut dubitantes inquirerent, quonam pacto haec se habeant, ne si interrogatus in respondendo haereret, ipsi pravos sibi ipsis sensus comminiscerentur. Haec enim est rerum omnium factarum inprimisque hominum conditio, ut de rebus, quae verbis exprimi non queunt, digne loqui non possimus. Maior autem sane temeritas fuerit, si ad haec eadem explicanda nova vocabula aliaque a Scripturis excogitemus. Imo vero insanus admodum ille censendus sit, qui hisce de rebus interroganti vel tantum cogitet respondere, quandoquidem nec is mentis compos esse aestimabitur, qui haec eadem de rebus factis fuerit percunctatus.

18. Nam vel tandem illi, qui de re nulla dubitant, respondere ...deant, quomodo et ex qua materia caeli constituti sint, vel quaenam ...orum sit admixtio, quove modo sol et singula astra composita fue...nt. Verum quid mirum, si ex superioribus sive caelestibus rebus ...orum amentiam convincamus, cum neque ipsis pateat quaenam sit ...rum inferiorum, verbi causa lignorum, natura, quomodo consistant ...uae, quaenam sit animalium conformatio ac compositio? Haec enim

... Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felck...i 1. Editi et alii ἕνα. Paulo post ...ian. et Felckm. 1. μετὰ τοῖς κτί-

c Reg. 1. Seguer. Gobler. Felckm. ...asil., sed Basil. habet ἀῤῥήτων. Alii et editi habent ἀῤῥήτων et τολμηρόν.

e. Reg. 2. et Felckm. 1. τοῦ τε ὅλως etc.

f. Reg. 1. et Seguer. ἤ.

g. ἀλλ' οὐκ ἂν deest in Reg. 2. et Felckmanni 2. et ed. Commel.

P.666. ἂν εἴποιεν, ὅπου γε καὶ Σολομῶν ὁ περισσότερον πάντων σοφίας μετασχὼν ὁρῶν ἀδύνατον ἀνθρώποις περὶ τούτων εὑρεῖν ἔλεγε· καί γε σύμπαντα τὸν αἰῶνα ἔδωκεν ἐν καρδίᾳ αὐτῶν, ὅπως μὴ εὕρῃ ἄνθρωπος τὸ ποίημα, ὃ ἐποίησεν ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους[1]). ἆρ' οὖν ἐπεὶ μὴ δύνανται [a]εὑρεῖν, οὐδὲ εἶναι αὐτὰ ὁμολογοῦσι; ναὶ ὁμολογήσουσιν ἐφθαρμένην ἔχοντες τὴν διάνοιαν. οὐκοῦν εἰκότως ἄν τις αὐτοῖς εἴποι· ὦ ἀνόητοι καὶ πάντα τολμηροί, διὰ τί μὴ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος παύεσθε περιεργαζόμενοι, καὶ μόνον [b]πιστεύετε ὅτι ἐστίν, ἔχοντες εἰς τοῦτο διδάσκαλον τὸν ἀπόστολον λέγοντα· πιστεῦσαι γὰρ δεῖ πρῶτον θεῷ ὅτι ἔστι καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται[2]); οὐ γὰρ πῶς ἐστιν εἴρηκεν, ἀλλὰ μόνον ὅτι ἐστίν. εἰ δὲ μηδὲ οὕτω
P.667. καταδύονται, εἰπάτωσαν πῶς ἐστιν ὁ πατήρ, ἵν' οὕτως μάθωσι πῶς ἐστι καὶ ὁ τούτου λόγος. ἀλλ' ἄτοπον, φήσουσι, περὶ τοῦ πατρὸς οὕτως ἐρωτᾶν. ἄτοπον [c]οὖν ἀκουέτωσαν καὶ περὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ οὕτως ἐρωτᾶν.

19. Περιττῆς τοιγαροῦν καὶ πλέον μανίας οὔσης τῆς τοιαύτης ἐπιχειρήσεως, μηκέτι τοιαῦτά τις ἐρωτάτω, ἢ μόνον τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς μανθανέτω, αὐτάρκη γὰρ καὶ ἱκανὰ τὰ ἐν [d]ταύταις κείμενα περὶ τούτου παραδείγματα. πηγὴ τοίνυν καὶ φῶς λέγεται ὁ πατήρ· ἐμὲ γάρ, φησίν, ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος[3]), καὶ πάλιν ἐν τῷ Βαρούχ· τί ἐστιν Ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν [e]εἶ; ἐγκατέλιπες τὴν πηγὴν τῆς σοφίας[4]), καὶ κατὰ τὸν Ἰωάννην· ὁ θεὸς ἡμῶν φῶς ἐστι[5]). λέγεται δὲ καὶ ὁ υἱὸς ὡς μὲν πρὸς τὴν πηγὴν ποταμός, ὁ ποταμὸς γὰρ τοῦ θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων[6]), πρὸς δὲ τὸ φῶς ἀπαύγασμα, λέγοντος τοῦ Παύλου· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ[7]). τοῦ τοίνυν πατρὸς φωτὸς [f]ὄντος, τοῦ δὲ υἱοῦ ἀπαυγάσματος αὐτοῦ, τὰ αὐτὰ γὰρ περὶ τούτων μάλιστα οὐκ ὀκνητέον λέγειν πολλάκις, ἔξεστιν ὁρᾶν καὶ ἐν τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα, ἐν ᾧ φωτιζόμεθα· ἵνα γάρ, φησί, δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ, πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας[8])· τῷ δὲ [g]πνεύματι φωτιζομένων ἡμῶν ὁ Χριστός ἐστιν ὁ ἐν αὐτῷ φωτίζων· ἦν γάρ, φησί, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον[9]). πάλιν τε τοῦ πατρὸς ὄντος πηγῆς, τοῦ δὲ υἱοῦ ποταμοῦ λεγομένου, πίνειν λεγόμεθα τὸ πνεῦμα, γέγραπται γάρ, ὅτι ἡμεῖς πάντες ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν[10]). τὸ δὲ

1) Eccles. 3, 11. 2) Hebr. 11, 6. 3) Ierem. 2, 13. 4) Bar. 3, 10. 12. 5) 1. Ioan. 1, 5. 6) Psal. 65 [64. LXX.], 10. 7) Hebr. 1, 3. 8) Ephes. 1, 17. 9) Ioan. 1, 9. 10) 1. Cor. 12, 13.

a. Reg. 1. et Anglic. λέγειν. b. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et

profecto nunquam illi explicaverint, quando ipse Salomon, qui sapientiae cumulatius fuit particeps quam alii omnes, ista ab homine inveniri non posse perspiciens ait: *Et quidem universum seculum dedit in corde eorum, ut non inveniat homo opus, quod fecit Deus ab initio et usque in finem.* An ergo quia haec omnia nosse nequeunt, idcirco contendent non existere? Nullus utique dubito quin id contenderint, quippe qui mentem penitus corruptam habeant. Iure igitur merito eos ita alloqui liceat: O stulti atque ad omnia audaces et praecipites, quare non potius sanctam Trinitatem curiose scrutari desinitis, eamque esse duntaxat creditis, magistrum Apostolum hac in re imitati, cuius haec sunt verba: *Credere enim oportet primum Deo, quia est et inquirentibus se remunerator sit.* Nec enim dixit: quomodo est, sed tantum *quia est.* Quod si nec sic quidem erubescunt, dicant ergo, quomodo sit Pater, ut hoc pacto discant, quomodo quoque eius sit Verbum. „Sed absurdum est, inquient, haec de Patre inquirere." Audiant igitur, absurdum quoque esse idem de eius Verbo sciscitari. P. 666. P. 667.

19. Itaque cum inutilis et stultus sit huiusmodi conatus, nemo iam amplius de his percunctari audeat, sed ea tantum, quae Scripturis continentur, discere satis habeant. Siquidem omnino sufficiunt quae in hanc rem profert exempla. Nempe fons et lux Pater dicitur. *Me enim*, inquit, *dereliquerunt fontem aquae viventis.* Et iterum apud Baruch: *Quid est, Israel, quod in terra inimicorum es? dereliquisti fontem sapientiae.* Et secundum Ioannem *Deus noster lux est.* Filius vero, cum refertur ad fontem, dicitur fluvius: Namque *flumen Dei repletum est aquis.* Cum autem idem ad lucem refertur, splendor appellatur, dicente Paulo: *Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius.* Cum ergo Pater sit lux, et Filius eius sit splendor (nam eadem saepe, praesertim de huiusmodi rebus, dicere nemini grave videri debet), licet quoque in Filio perspicere Spiritum sanctum, in quo nempe illuminamur. Hinc enim Apostolus: *Ut det vobis,* inquit, *Spiritum sapientiae et revelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis.* Porro cum Spiritu illuminamur, Christus ipse est, qui nos in illo illuminat, ut haec verba testantur: *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Similiter ut Pater est fons et Filius fluvius appellatur, ita Spiritum bibere dicimur. Nam scriptum est: *Omnes unum Spiritum bibimus.* Rursus cum Spiritum

Felckm. 1. Ceteri *πιστεύοντες*.

c. *οὖν* abest a Reg. 1. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Basil.

d. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. Alii autem et editi *αὐταῖς*. Ibid. Reg. 1. *περὶ τούτου τοῦ παραδείγματος*.

e. Sic Anglican. et Graecus Scripturae textus. Editi et ceteri *εἶ* omittunt. Reg. 2. vero habet *εἶναι, εἰ ἐγκατέλιπες* etc.

f. *ὄντος* deest in Anglicano et edit. Commel.

g. Reg. 1. *πατρί*.

P.667. πνεῦμα ποτιζόμενοι τὸν Χριστὸν πίνομεν· ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός[1]). καὶ πάλιν τοῦ Χριστοῦ ὄντος ἀληθινοῦ υἱοῦ ἡμεῖς τὸ πνεῦμα λαμβάνοντες υἱοποιούμεθα· οὐ γὰρ ἐλάβετε, φησί, πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας[2]), υἱοποιούμενοι δὲ τῷ πνεύματι [a]δῆλον ὅτι ἐν τῷ Χριστῷ χρηματίζομεν τέκνα θεοῦ· ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι[3]). εἶτα τοῦ πατρός, ὡς ὁ Παῦλος εἶπε[4]), μόνου σοφοῦ ὄντος [b]ὁ υἱός ἐστιν ἡ σοφία αὐτοῦ· Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία[5]). τοῦ δὲ υἱοῦ ὄντος τῆς σοφίας ἡμεῖς πνεῦμα σοφίας λαμβάνοντες τὸν υἱὸν ἔχομεν, καὶ ἐν αὐτῷ σοφοὶ γινόμεθα, οὕτω γὰρ [c]καὶ γέγραπται ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ ψαλμῷ· κύριος λύει πεπεδημένους· κύριος σοφοῖ τυφλούς[6]), καὶ τοῦ πνεύματος [d]δὲ διδομένου εἰς ἡμᾶς, λάβετε γὰρ πνεῦμα ἅγιον[7]), ἔλεγεν ὁ σωτήρ, ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν ἐστιν· οὕτω γὰρ ὁ Ἰωάννης ἔγραψεν· ἐὰν ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν μένει. ἐν τούτῳ
P.668. γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν[8]). τοῦ δὲ θεοῦ ὄντος ἐν ἡμῖν ἐστι καὶ ὁ υἱὸς ἐν ἡμῖν, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ· ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν[9]). ἔπειτα ζωῆς οὔσης τοῦ υἱοῦ, ἐγὼ γάρ, φησίν, εἰμὶ ἡ ζωή[10]), ζωοποιεῖσθαι λεγόμεθα ἐν τῷ πνεύματι· ὁ γὰρ ἐγείρας, φησί, Χριστὸν Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν[11]). ζωοποιουμένων δὲ ἡμῶν ἐν τῷ πνεύματι ζῆν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν λέγεται· Χριστῷ γάρ, φησί, [e]συνεσταύρωμαι· ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός[12]). καὶ πάλιν ὥσπερ ὁ υἱὸς ἅπερ ἐποίει ἔργα ἔλεγε τὸν πατέρα ἐργάζεσθαι· ὁ πατὴρ γάρ, φησίν, ὁ μένων ἐν ἐμοὶ αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα· πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα [f]αὐτὰ πιστεύετέ μοι[13]), οὕτως ἅπερ ἐν δυνάμει πνεύματος εἰργάζετο ὁ Παῦλος ἔλεγε τοῦ Χριστοῦ εἶναι τὰ ἔργα· οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, [g]ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου[14]).

20. Τοιαύτης δὲ συστοιχίας καὶ ἑνότητος τῆς ἐν [h]τῇ ἁγίᾳ

1) 1. Cor. 10, 4. 2) Rom. 8, 15. 3) Ioan. 1, 12. 4) Rom. 16, 27. 5) 1. Cor. 1, 24. 6) Psal. 146 [145. LXX.], 7. 8. 7) Ioan. 20, 22. 8) 1. Ioan. 4, 12. 13. 9) Ioan. 14, 23. 10) Ioan. 14, 6. 11) Rom. 8, 11. 12) Gal. 2, 19. 20. 13) Ioan. 14, 10. 11. 14) Rom. 15, 18.

a. Sic Reg. 1. Seguer. et Anglic. Alii et editi δηλονότι.
b. Sic Reg. 1. et Seguer. Ceteri et editi hic vocem Θεοῦ addunt. Mox Seguerian. omittit δύναμις καὶ Θεοῦ.
c. Sic Reg. 1. et 2. Seguerian. Basil.

bibimus, Christum una bibimus. Namque *bibebant de spiritali consequente petra. Petra autem erat Christus.* Praeterea ut Christus verus est Filius, ita nos Spiritum accipientes filii efficimur. *Non enim,* inquit, *accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis.* Cum autem Spiritu filii Dei efficimur, manifestum est nos in Christo filios Dei appellari. Nam *quotquot receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri.* Deinde quemadmodum Pater, uti docet Paulus, solus est sapiens, sic eius Filius est sapientia. *Christus* enim *Dei virtus et Dei sapientia.* Ut item Filius est sapientia, ita nos Spiritu sapientiae accepto Filium habemus et in eodem sapientes efficimur. Sic enim scriptum est in Psalmo centesimo quadragesimo quinto: *Dominus solvit compeditos, Dominus caecos sapientes efficit.* Cum insuper Spiritus nobis datur, *Accipite* enim *Spiritum sanctum,* inquiebat Salvator, Deus ita in nobis est; sic enim scripsit Ioannes: *Si diligamus invicem, Deus in nobis manet. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Cumque Deus in nobis est, Filius certe itidem in nobis est, ipso Filio dicente: *Ego et Pater veniemus et mansionem apud eum faciemus.* Similiter ut Filius est vita eodem testante: *Ego sum vita,* sic etiam in Spiritu vivificari dicimur, quemadmodum Paulus ait: *Qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem eius Spiritum in vobis.* Nobis porro in Spiritu vitam accipientibus ipse Christus in nobis vivere dicitur, ut ex his verbis patet: *Christo confixus sum cruci. Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus.* Et rursus, quemadmodum Filius quae faciebat opera Patrem suum facere ita testabatur: *Pater in me manens ipse facit opera. Credite mihi, quia ego in Patre et Pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite mihi,* sic quae in virtute Spiritus Paulus efficiebat Christi opera esse docebat: *Non enim audebo,* inquit, *aliquid loqui eorum, quae per me non efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo et opere, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.*

P. 667.

P. 668.

20. Cum igitur ea sit in sancta Trinitate coniunctio et unitas,

Anglic. Editi et alii *καί* abiiciunt. Ibid. sic habent Gobler. et Felckm. 1. *οὕτω γάρ φησι Δαβίδ· κύριος* etc.

d. *δέ* hic habent Reg. 1. et Seguerian. Alii et editi omittunt. Paulo post Gobler. et Felckm. 1. *οὕτω γὰρ καὶ Ἰοάννης γράφει· ἐὰν γὰρ ἀγαπῶμεν* etc.

e. Reg. 2. *συσταυροῦμαι.*

f. Sic Reg. 2. et Graecus Scripturae textus. Reg. 1. Seguer. et editi *αὐτοῦ.* Ibid. Reg. 1. et Seguer. paulo ante post *ἔργα* addunt item *αὐτοῦ.*

g. *ἐν* abest a Reg. 1. et Seguer.

h. Reg. 1. et Seguerian. habent *ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι.* Alii et editi vocem *ἁγίᾳ* omittunt. Mox ibidem Reg. 1. Seguerian.

P.668. τριάδι οὔσης τίς ἂν διέλοι ἢ τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἢ τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἢ αὐτοῦ τοῦ πατρός; ἢ τίς οὕτω τολμηρός, ὡς εἰπεῖν ἀνόμοιον καὶ ἑτεροφυῆ τὴν τριάδα πρὸς ἑαυτὴν ἢ ἀλλοτριοούσιον τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἢ ξένον τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ; πῶς δὲ ταῦτά ἐστιν, ἄν τις πάλιν ἐρωτήσειε ζητῶν, πῶς τοῦ πνεύματος ὄντος ἐν ἡμῖν λέγεται ὁ υἱὸς εἶναι ἐν ἡμῖν, τοῦ τε υἱοῦ ὄντος ἐν ἡμῖν λέγεται ὁ πατὴρ εἶναι ἐν ἡμῖν, ἢ πῶς [a] ὅλως τριάδος οὔσης ἐν ἑνὶ σημαίνεται ἡ τριάς, ἢ πῶς τοῦ ἑνὸς ὄντος ἐν ἡμῖν [b] ἡ τριὰς ἐν ἡμῖν λέγεται· διελέτω πρῶτον αὐτὸς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ φωτὸς ἢ τὴν σοφίαν τοῦ σοφοῦ, ἢ εἰπάτω πῶς ἐστι ταῦτα. εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύναται, πολλῷ πλέον περὶ θεοῦ τοιαῦτα ζητεῖν μαινομένων ἐστὶ τὸ τόλμημα· ἡ γὰρ θεότης οὐκ ἐν ἀποδείξει λόγων, ὥσπερ εἴρηται, παραδίδοται, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ εὐσεβεῖ λογισμῷ μετ' εὐλαβείας. εἰ γὰρ καὶ τὰ περὶ τοῦ σωτηριώδους σταυροῦ οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγων, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως ἐκήρυττεν ὁ Παῦλος[1]), καὶ [c] ἀῤῥήτων δὲ ῥημάτων ἤκουσεν ἐν τῷ παραδείσῳ,
P.669. ἃ μὴ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι[2]), περὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας τριάδος τίς ἐξειπεῖν δύναται; ὅμως δ' οὖν τὴν τοιαύτην ἀπορίαν δυνήσεταί τις θεραπεύειν προηγουμένως μὲν τῇ πίστει, ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ τῶν προειρημένων, [d] φημὶ δὴ τῆς εἰκόνος καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος, καὶ πηγῆς καὶ ποταμοῦ, καὶ ὑποστάσεως καὶ χαρακτῆρος. ὥσπερ γὰρ ἐν ἰδίᾳ εἰκόνι ἐστὶν ὁ υἱὸς ἐν τῷ [e] πνεύματι, οὕτω καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ. καὶ γὰρ τὸ ἀδύνατον τῆς διὰ λόγων ἑρμηνείας καὶ τοῦ καταλαβεῖν τὰ τοιαῦτα παραμυθουμένη ἡ θεία γραφὴ τοιαῦτα [f] καὶ τὰ παραδείγματα δέδωκεν ἡμῖν, ἵν' οὕτως διὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν τολμηρῶν λέγειν ἁπλούστερον καὶ λέγειν ἀκινδύνως καὶ μετὰ συγγνώμης νοεῖν [g] ἐξῇ καὶ πιστεύειν ἕνα εἶναι τὸν ἁγιασμὸν τὸν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι ἁγίῳ γινόμενον. καὶ γὰρ ὥσπερ μονογενὴς ὁ υἱός ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ υἱοῦ διδόμενον καὶ πεμπόμενον καὶ αὐτὸ ἕν [h] ἐστι καὶ οὐ πολλά, οὐδὲ

1) 1. Cor. 1, 17; 2, 4. 2) 2. Cor. 12, 4.

Gobler. et Felckm. 1. habent ut hic exstat. Basil. τίς ἂν διελοίη λοιπὸν τὸν υἱόν etc. Anglic. τίς ἂν διελ, cum spacio vacuo, ἢ τὸν υἱόν etc. Alii et editi τίς ἂν εἴη λοιπὸν τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ἢ τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, ἢ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς χωρίζων; Gobler. et Felckm. 1. ibid. ἢ ἀπὸ τοῦ πατρός.

a. Sic Reg. 1. Seguer. et Basil. Editi et alii οὕτως. Sed utrumque abest a Reg. 2.

b. Sic Reg. 1. Seguer. Gobler. Felckman. 1. et Basil., qui et infra habent εἰπάτω et δύναται. Editi vero et alii sic habent: ἡ τριὰς λέγεται; ἢ διελέτωσαν πρῶτον αὐτοὶ τοῦ ἀπαυγάσματος τὸ φῶς et infra εἰπάτωσαν et δύνανται. Tamen Basil. Gobler. et Felckm. 1. pro αὐτός habent αὐτό et Seguer. pro τοῦτο ante δύναται habet ταῦτα.

c. Anglic. ἄῤῥητα δὲ ῥήματα. Hic item Gobler. et Felckm. 1. δέ omittunt. Paulo post Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. habent περὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας τριάδος τίς ἐξειπεῖν δύναται; Ceteri et editi πῶς περὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας

quis iam vel Filium a Patre vel Spiritum a Filio aut ab ipso Patre P. 668. separare audeat? vel quis eo temeritatis deveniet, ut dissimilis et diversae naturae Trinitatem esse, aliamque a Patre substantiam Filium habere, ac denique Spiritum Filio externum esse contendat? Si quis vero rursus sciscitetur, quonammodo haec esse possint, ut scilicet cum Spiritus in nobis est, Filius in nobis esse dicatur, et similiter cum Filius in nobis est, Pater in nobis esse itidem dicatur, vel quomodo, cum sit Trinitas, in uno tamen significetur Trinitas, quomodo item cum unus in nobis est, Trinitas in nobis esse dici queat, quisquis inquam ita interrogaverit, vel prius ipse splendorem a luce et sapientiam a sapiente dividat, vel quomodo haec sint edisserat. Quod si praestare non valeat, multo magis haec de Deo inquirere summae temeritatis et insaniae esse fatendum est. Siquidem divinitas, uti dictum est, non argumentis traditur, sed fide nec non ratione cum pietate coniuncta. Nam si quae ad salutarem crucem pertinent, *non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus et virtutis* praedicavit Paulus, *et audivit arcana verba* in paradiso, *quae non licet homini loqui*, quis de sancta Trinitate disserere poterit? Verumtamen huiusmodi P. 669. haesitatio cum praesertim fide sanari poterit, tum etiam praedictis exemplis imaginis, splendoris, fontis, fluvii, substantiae et figurae. Quemadmodum enim Filius in Spiritu tanquam in propria imagine est, ita et Pater in Filio. Scilicet divina Scriptura ut nostram infirmitatem levaret, per quam nobis res tantas haud licet comprehendere et sermone explicare, nobis ista exempla subministravit, ut hoc modo propter petulantium hominum infidelitatem simplicius et extra periculum de his loqui possemus, liceretque sine culpa res ita arduas intelligere, ac denique credere unam esse sanctificationem ex Patre per Filium in Spiritu sancto productam. Nam quemadmodum unigenitus est Filius, sic et Spiritus, qui a Filio datur et mittitur, unus item

τριάδος τις ἐξειπεῖν δυνήσεται; In Gobler. Felckm. 1. et Basil. vox ἁγίας deest. Item Goblerian. et Felckm. 1. δυνήσεται. Anglic. autem cum Regio 1. Seguer. Basil. δύναται. Mox Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. θεραπεύειν. Alii et editi θεραπεῦσαι.

d. Reg. 1. et Seguer. φημὶ δέ etc.

e. Sic Reg. 1. et Seguer. Alii vero et editi πατρί, sed mendose ut evidens est. Nec enim Pater sed Spiritus sanctus imago est Filii, ut ipse Filius imago est Patris, idque passim docet S. Athanasius.

f. Sic Reg. 1. Seguer. et Anglic. Iidem Reg. 1. et Seguer. ibid. δέδωκεν. Item iidem et Basil. mox ὤν οὕτως. Alii et editi art. τά et ὤν omittunt habentque ἔδωκεν.

g. Sic Reg. 1. et Anglic. At Basil. et Felckmanni 2. ἐξ ἧς. Utrumque abest a Gobler. et Felckm. 1. Editi vero et alii ἐξῆς. Paulo post Reg. 1. et Seguer. habent ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ. Editi et alii ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ. Item iid. et Basil. ibid. γινόμενον. Alii et editi γενόμενον. Mox item Seguer. Gobl. et Felckm. 1. habent μονογενὴς ὁ υἱός. Alii et editi γέννημα μονογενὲς ὁ υἱός.

h. Verbum ἐστι restituimus ex Reg. 1. et Seguer. Ibid. iidem, Reg. 2. et Basil. αὐτὸ πνεῦμα. Alii et editi αὐτὸ τὸ πνεῦμα.

P.669. ἐκ πολλῶν ἕν, ἀλλὰ μόνον αὐτὸ πνεῦμα. ἑνὸς γὰρ ὄντος [a]τοῦ υἱοῦ, τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζῶσαν ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ λόγου τοῦ ἐκ πατρὸς ὁμολογουμένου ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται. ἀμέλει ὁ μὲν υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀποστέλλεται, οὕτω γάρ, φησίν, ὁ θεὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὥςτε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ [b]ἀπέστειλεν[1]), ὁ δὲ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἀποστέλλει· ἐὰν γάρ, φησίν, ἐγὼ ἀπέλθω, ἀποστελῶ τὸν παράκλητον[2]), καὶ ὁ μὲν υἱὸς τὸν πατέρα δοξάζει λέγων· πάτερ, ἐγώ σε ἐδόξασα[3]), τὸ δὲ πνεῦμα δοξάζει τὸν υἱόν, ἐκεῖνος γάρ, φησιν, ἐμὲ δοξάσει[4])· καὶ ὁ μὲν υἱός φησιν· ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός, ταῦτα καὶ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον[5]), τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνει, [c]ἐκ τοῦ ἐμοῦ γὰρ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν, φησί[6]). καὶ ὁ μὲν υἱὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς ἦλθε, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, φησὶν [d]ὁ υἱός, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου[7]).

21. Τοιαύτην δὲ τάξιν καὶ φύσιν ἔχοντος τοῦ [e]πνεύματος πρὸς τὸν υἱόν, οἵαν ὁ υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν πατέρα, πῶς ὁ τοῦτο κτίσμα λέγων οὐ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἐξ ἀνάγκης φρονήσει; εἰ γάρ ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ κτίσμα, ἀκόλουθον ἂν [f]εἴη λέγειν αὐτοὺς καὶ τὸν λόγον τοῦ πατρὸς εἶναι κτίσμα. τοιαῦτα γὰρ οἱ Ἀρειανοὶ φαντασθέντες εἰς τὸν κατὰ Καϊάφαν Ἰουδαϊσμὸν πεπτώ- P.670. κασιν. [g]εἰ δὲ τὰ Ἀρείου μὴ προςποιοῦνται φρονεῖν οἱ περὶ τοῦ πνεύματος τοιαῦτα λέγοντες, φευγέτωσαν καὶ τὰ ἐκείνου ῥήματα, καὶ μὴ ἀσεβείτωσαν εἰς τὸ πνεῦμα. ὥςπερ γὰρ ὁ υἱὸς [h]ὁ ἐν τῷ πατρὶ ὤν, ἐν ᾧ καὶ ὁ πατήρ ἐστιν, οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀλλ᾽ ἴδιος τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, τοῦτο γὰρ καὶ ὑμεῖς προςποιεῖσθε λέγειν, οὕτως καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν τῷ υἱῷ, ἐν ᾧ καὶ ὁ υἱός ἐστιν, οὐ θέμις τοῖς κτίσμασι συντάσσειν οὐδὲ διαιρεῖν αὐτὸ ἀπὸ τοῦ λόγου καὶ ἀτελῆ τὴν τριάδα κατασκευάζειν. τῶν μὲν οὖν ῥητῶν τοῦ τε προφητικοῦ καὶ τοῦ ἀποστολικοῦ χάριν, ὧν τὴν διάνοιαν παραποιοῦντες ἠπάτησαν ἑαυτούς, ἀρκεῖ διὰ τούτων διελέγξαι τὴν ἐκ τῆς ἀμαθίας [i]τῶν Τροπικῶν δυςφημίαν, ἴδωμεν δὲ λοιπὸν καὶ αὐτὰ

1) Ioan. 3, 16. 2) Ioan. 16, 7. 3) Ioan. 17, 4. 4) Ioan. 16, 14. 5) Ioan. 8, 26. 6) Ioan. 16, 14. 7) Ioan. 14, 26.

a. τοῦ υἱοῦ deest in Reg. 1. et Seguer. Paulo post iidem et Basil. Goblerian. et Felckm. 1. habent ζῶσαν. Editi et alii ζωὴν, οὖσαν. γε item part. post ἥτις ab aliis et editis addita ab iisdem abest.

b. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. Editi et alii ἔδωκεν.

c. Reg. 1. et Seguer. omittunt ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, qui iid. ibid. ἀναγγελεῖ γάρ, φησιν, ὑμῖν.

d. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. Ceteri et editi ὁ υἱός omittunt.

e. Reg. 2. πατρός et mox πρὸς τὸ πνεῦμα.

f. Reg. 1. Seguer. Basil. Anglic. εἴη habent, alii et editi omittunt.

est, non multi, neque ex multis unus, sed solus ipse Spiritus est. P. 669. Quia enim unus est Filius, qui et vivens est Verbum, unam quoque esse necesse est perfectam et plenam, sanctificantem et illuminantem, viventem eius efficaciam et donum, quod ex Patre procedere dicitur, quia ex Verbo, quod ex Patre esse conceditur, effulget et ab eodem mittitur ac datur. Filium quidem a Patre mitti verissimum est, ut ipse his verbis testatur: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum mitteret.* Sic etiam Filius Spiritum mittit. *Si* enim, inquit, *ego abiero, mittam Paraclitum.* Filius similiter Patrem honorat, ut ipse ait: *Ego te clarificavi.* Spiritus item Filium honorat, ut idem Filius dixit: *Ille me clarificabit.* Filius praeterea dicit: *Quae audivi a Patre, haec loquor in mundo.* Spiritus autem ex Filio quoque accipit. *De meo,* inquit, *accipiet et annuntiabit vobis.* Rursus Filius in nomine Patris venit. Ita etiam *Spiritus sanctus,* inquit Filius, *quem mittet Pater in nomine meo.*

21. Cum igitur eundem ordinem eandemque naturam habeat Spiritus erga Filium, qualem Filius erga Patrem, qua quaeso ratione is, qui Spiritum sanctum rem creatam esse contendit, non idem necessario de Filio sentiet? Nam si Filii Spiritus res est creata, consequens est ut et Verbum Patris rem creatam esse fateantur. Haec nempe opinati Ariani in Caiphae Iudaïsmum delapsi sunt. Si porro hi, qui de Spiritu haec audeat dicere, Arii sententiam tueri nolint, P. 670. eius ergo verba quoque fugiant, nec impii sint in Spiritum sanctum. Nam ut Filius, qui in Patre est, in quo etiam est Pater, non est res creata, sed Patris substantiae proprius est, quod et vos asseveratis; ita et Spiritum sanctum, qui in Filio est et in quo Filius est, inter res creatas collocare aut a Verbo dividere atque ita imperfectam Trinitatem reddere nefas omnino fuerit. Sed satis sit hactenus Tropicorum impietatem ex ignorantia ortam coarguisse, quo videlicet Prophetae et Apostoli verba explicaremus, quorum illi sensum adulterantes seipsos in errorem induxerunt. Iam vero seorsim inspiciamus, quaenam in divinis Scripturis de Spiritu sancto dicta fuerint, ac velut

g. Sic Reg. 1. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1., qui tamen Gobler. et Felckmanni 1. *φωνεῖν* pro *φρονεῖν* habent. Alii vero et editi sic habent: *οἱ μὲν τὰ Ἀρείου μὲν προςποιούμενοι μὴ φρονεῖν, περὶ δὲ τοῦ πατρὸς τὰ αὐτὰ λέγοντες* etc. Reg. 2. pro *πατρός* bene habet *πνεύματος*. Anglic. item et Reg. 2. pro *τὰ αὐτά* habent *τοιαῦτα*. Ibid. Reg. 1. et Seguer. et infra *ῥημάτια*.

h. Sic Reg. 1. et Seguer. In aliis autem et editis art. *ὁ* deest.

i. Reg. 1. *τροπικὴν δυςφημίαν*. Mox Reg. 1. Seguer. Basil. *αὐτὰ καθ' αὐτὰ τὰ ἐν ταῖς* etc. Anglic. Reg. 2. et Ottob. *τὰ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τά* etc. Editi et ceteri *αὐτὰ τὰ ἐν ταῖς*. Paulo post Gobler. et Felckmanni 1. *διακρινόμενοι* pro *διακρίνωμεν*. [De verbis *δόκιμοι τραπεζῖται* vd. p. 109. not. e.]

P. 670. καθ' αὐτὰ τὰ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λεγόμενα, καὶ ὡς δόκιμοι τραπεζῖται διακρίνωμεν, εἰ ἴδιόν τι πρὸς τὰ κτίσματα ἔχει τὸ πνεῦμα ἢ ἴδιον τοῦ θεοῦ ἐστιν, ἵνα ἢ κτίσμα αὐτὸ εἴπωμεν, ἢ ἄλλο μὲν τῶν κτισμάτων, ἴδιον δὲ καὶ [a] ἓν τῆς ἐν τριάδι θεότητος. τάχα κἂν οὕτως ἐντραπῶσι, μαθόντες ὅσον ἀπᾴδει τῶν θείων λογίων τὰ ἐφευρηθέντα παρ' αὐτῶν τῆς βλασφημίας ῥήματα.

22. Τὰ κτίσματα τοίνυν ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν, ἀρχὴν ἔχοντα τοῦ γίνεσθαι· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν[1]) καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. ἐκ δὲ τοῦ θεοῦ λέγεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐδεὶς γάρ, φησίν, οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτως καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα [b] τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ[2]). ποία τοίνυν ἐκ τῶν προειρημένων συγγένεια τῷ πνεύματι πρὸς τὰ κτίσματα; τὰ μὲν γὰρ κτίσματα οὐκ ἦν, ὁ δὲ θεὸς ὢν ἐστιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ πνεῦμα. τὸ δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲ κτίσμα, ἵνα μὴ κατ' ἐκείνους καὶ [c] ὁ ἐξ οὗ ἐστι τὸ πνεῦμα κτίσμα εἶναι νομισθῇ. τίς οὖν τῶν τοιούτων ἀφρόνων ἀνέξεται, λεγόντων καὶ αὐτῶν ἐν καρδίᾳ μὴ εἶναι θεόν[3]); καὶ γὰρ [d] εἰ ὥσπερ οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ, οὕτως καὶ τὰ τοῦ θεοῦ εἰ μὴ τὸ ἐν αὐτῷ πνεῦμα, πῶς οὐ δύςφημον ἂν εἴη λέγειν κτίσμα τὸ ἐν τῷ θεῷ πνεῦμα τὸ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ ἐρευνῶν[4]); μαθήσεται γὰρ ἐκ τούτων εἰπεῖν ὁ τοιοῦτος τὸ μὲν τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα ἔξωθεν αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου εἶναι, τὸν δὲ

P. 671. ἐν τῷ πατρὶ λόγον [e] εἶναι κτίσμα. πάλιν τε πνεῦμα ἁγιωσύνης καὶ [f] ἀνακαινώσεως ἔστι τε καὶ λέγεται τὸ πνεῦμα· γράφει γὰρ ὁ Παῦλος· τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν[5]). καὶ πάλιν φησίν· ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν[6]), ὅτε καὶ πρὸς Τίτον γράφων ἔλεγεν· ὅτε δὲ ἡ χρη-

1) Genes. 1, 1. 2) 1. Cor. 2, 11. 12. 3) Psal. 14 [13. LXX.], 1. 4) 1. Cor. 2, 10. 5) Rom. 1, 4. 6) 1. Cor. 6, 11.

a. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. ἓν item legitur in Basil. Ceteri vero et editi ἴδιον καὶ ἐν τῇ ἀγεννήτῳ (Reg. 2. ἀγενήτῳ) τριάδι τῆς θεότητος.

b. Sic Reg. 1. et 2. Seguer. Gobl. et Felckm. 1., sed Gobler. et Felckm. 1. art. τοῦ omittunt. In aliis et editione Comm. non habetur ἐκ τοῦ. Ibid. Reg. 1. Seguer. et Felckm. 1. ποία νῦν. Paulo post Regius 2. sic habet: ὁ δὲ θεὸς ὢν ἐστιν, ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα παραγαγών. ὢν ἐστι, φημὶ, ἐξ οὗ καί etc.

c. ὁ abest a Regio 1. et Seguer.

d. Sic Reg. 1. Seguer. Gobl. et Felckmanni 1. Ceteri et editi εἰ abiiciunt. Mox iidem et Reg. 2. et Basil. habent ut hic exstat. Alii et editi omittunt οὕτως

probi mensarii discernamus, num proprium aliquid habeat Spiritus P.670. cum rebus creatis, vel an proprius sit Dei, ut eum vel rem creatam vel alium a rebus creatis propriumque divinitatis Trinitatis et unum ex ea esse dicamus. Forsan enim hoc pacto erubescent illi, ubi didicerint, quantum impietatis verba, quae commenti sunt, a divinis oraculis discrepent.

22. Itaque res creatae ex nulla re factae sunt habentque existendi principium. Siquidem *in principio fecit Deus caelum et terram* et omnia, quae in eis sunt. At Spiritus sanctus ex Déo esse dicitur. *Nemo* enim, inquit, *scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est; ita et quae Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est.* Quaenam igitur cognatio Spiritus cum rebus creatis ex his esse videtur? Etenim res creatae non erant, at Deus is est, qui est, ex quo et ipse Spiritus est. Quod autem ex Deo est, non potest esse ex nihilo neque res creata, ne secundum eos ille quoque, ex quo Spiritus sanctus est, res creata esse putetur. Quis ergo huiusmodi insipientes ferre possit, qui et ipsi in corde suo dicunt non esse Deum? Nam si quemadmodum nemo novit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita et quae sunt Dei nemo novit, nisi Spiritus, qui in ipso est; an non summae impietatis fuerit dicere rem creatam esse Spiritum, qui in Deo est et qui profunda Dei scrutatur? Nam qui ea mente est, fateri utique cogetur, spiritum hominis extra hominem esse, et Verbum, quod est in Patre, rem item creatam esse. Praeterea Spiritus et est et dicitur spiritus sanctitatis P.671. et renovationis. Scribit siquidem Paulus: *Qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctitatis ex resurrectione mortuorum *Iesus Christus Dominus noster.* Et iterum dicit: *Sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi et in Spiritu Dei nostri.* Haec quoque ad Titum scribit: *Cum*

* In vulgata habetur *Iesu Christi Domini nostri*, quae quo referenda sint, varia est auctorum sententia. Plerique tamen haec verba Ἰησοῦ Χριστοῦ etc. ad illa referri volunt v. 3. περὶ τοῦ υἱοῦ. Sed hic non posse commodo referri nisi ad verba τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ cuivis perspicuum est.

καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, εἰ μὴ τὸ ἐν αὐτῷ πνεῦμα. Ibidem Reg. 1. Seguer. Basil. Anglic. particulam οὖν abiiciunt, quam alii et editi post vocem πῶς addunt. Item ibid. pro οὐ δύςφημον Reg. 1. οὐκ ἄνουν. Abest quoque ab Anglic. ἂν εἴη.

e. Sic Reg. 1. et Seguer. Alii autem et editi hic post λόγον addunt καὶ τὸ πνεῦμα. Iidem Reg. 1. Seguer. et Reg. 2. mox κτίσμα. Alii autem et editi κτίσματα.

f. Gobler. Felckm. 1. et Seguer. hic et infra ἀνακαινίσεως.

P. 671. στότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων ᵃτῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι ᵇκληρονόμοι κατ' ἐλπίδα γενηθῶμεν ζωῆς αἰωνίου[1])· τὰ δὲ κτίσματα ἁγιαζόμενά εἰσι καὶ ἀνακαινιζόμενα· ἐξαποστελεῖς γὰρ τὸ πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς[2]), καὶ ὁ Παῦλος δέ φησιν· ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου[3]).

23. Τὸ τοίνυν μὴ ἁγιαζόμενον παρ' ἑτέρου μηδὲ ᶜμετέχον ἁγιασμοῦ, ἀλλ' αὐτὸ μεθεκτὸν ὄν, ἐν ᾧ καὶ τὰ κτίσματα πάντα ἁγιάζεται, πῶς ἂν εἴη ἓν τῶν πάντων, ἴδιον τῶν μετεχόντων αὐτοῦ; ἀνάγκη γὰρ τοῖς τοῦτο λέγουσιν εἰπεῖν καὶ τὸν υἱόν, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ἕνα τῶν πάντων εἶναι. πνεῦμα ᵈζωοποιὸν λέγεται· ὁ ἐγείρας γάρ, φησίν, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν σώματα διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν[4])· καὶ ὁ μὲν κύριός ἐστιν ἡ αὐτοζωὴ καὶ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος[5]), ἔλεγε δὲ ᵉαὐτὸς ὁ κύριος· τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν[6])· τὰ δὲ κτίσματα, ᶠὡς εἴρηται, ζωοποιούμενά ἐστι δι' αὐτοῦ. τὸ δὲ μὴ μετέχον ζωῆς, ἀλλ' αὐτὸ μετεχόμενον καὶ ζωοποιοῦν τὰ κτίσματα, ποίαν ἔχει συγγένειαν πρὸς τὰ γενητά; ἢ πῶς ὅλως ἂν εἴη τῶν κτισμάτων, ἅπερ ἐν ἐκείνῳ παρὰ τοῦ λόγου ζωοποιεῖται; χρῖσμα λέγεται τὸ πνεῦμα καὶ ἔστι σφραγίς· ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης γράφει· καὶ ὑμεῖς τὸ χρῖσμα ὃ ἐλάβετε παρ' αὐτοῦ, μένει ἐν ὑμῖν, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις
P. 672. διδάσκῃ ὑμᾶς, ᵍἀλλ' ὡς τὸ αὐτοῦ χρῖσμα, τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων[7]), ἐν δὲ τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ γέγραπται· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με[8]), ὁ δὲ Παῦλός φησιν· ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως[9])· ʰτὰ δὲ κτίσματα τούτῳ σφραγίζεται καὶ χρίεται καὶ περὶ πάντων

1) Tit. 3, 4—7. 2) Psal. 104 [103. LXX.], 30. 3) Hebr. 6, 4. 4) Rom. 8, 11. 5) Act. 3, 15. 6) Ioan. 4, 14; 7, 39. 7) 1. Ioan. 2, 27. 8) Esa. 61, 1. 9) Ephes. 1, 13; 4, 30.

a. Reg. 1. Seguer. Basil. Goblerian. et Felckm. 1. ἐξ ἔργων ἐν δικαιοσύνῃ ὧν etc. Anglic. ἐξ ἔργων τῶν ἐκ δικαιοσύνης ὧν etc. Editi vero et ceteri ἐξ ἔργων δικαιοσύνης ἃ ἐποιήσαμεν.
κληρονόμοι abest a Reg. 1. et Seguer. Ibid. Seguer. γεννηθῶμεν. Item mox Reg. 1. τὰ ἁγιαζόμενα. Ceteri et editi τά omittunt. Mox item haec verba καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς desunt in Regio 2. Felckm. 2. et editione Commel.

autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non P.671. *ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Salvatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitae aeternae.* At quod res creatas spectat, ipsae sanctae efficiuntur et renovantur: *Emittes* enim *Spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terrae.* Et Paulus: *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum caeleste, et participes facti sunt Spiritus sancti.*

23. Itaque qui non ab alio sanctus efficitur neque sanctimoniae fit particeps, sed ipse alios participes reddit, in quo et res universae creatae sanctae efficiuntur, qui inquam fieri potest ut is locum inter res omnes habeat, vel proprius illorum sit, qui ipsius fiunt participes? Nam qui haec ita esse pugnaverint, eos etiam concedere necesse sit, Filium, per quem res omnes factae sunt, unam tamen illarum esse. Spiritus item vivificus dicitur: *Qui suscitavit,* inquit, *Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem eius Spiritum in vobis.* Et Dominus quidem ipsa est vita et *auctor vitae,* ut ait Petrus. Idem tamen Dominus ait: *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Res autem creatae, uti dictum est, vitam per ipsum accipiunt. Qui igitur vitae non fit particeps, sed ipse alios participes facit, et vitam rebus creatis impertit, qualem quaeso cognationem cum rebus factis habere potest? Aut qua tandem ratione inter res creatas censendus sit, cum ipsae in illo vitam a Verbo accipiant? Unctio quoque Spiritus dicitur, et est item sigillum; unde Ioannes scribit: *Et vos unctionem quam accepistis ab eo, manet in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos; sed sicut unctio eius,* nempe eius Spiritus, *docet vos de* P.672. *omnibus.* Et apud Esaïam Prophetam legitur: *Spiritus Domini super me, cuius causa unxit me.* Paulus etiam ait: *In quo et credentes signati estis in diem redemtionis.* At res creatae illo signantur et

c. Sic Reg. 1. et Anglic. At Gobler. et Felckm. 1. *μετέχων*. Alii vero et editi *μέτοχον*. Reg. 1. et Seguer. mox *ἁγιάζονται*.

d. Reg. 2. Felckm. 2. et editi *ζωοποιοῦν*. Mox Reg. 1. et Seguer. vocem *Ἰησοῦν* omittunt.

e. Sic Reg. 1. Seguer. et Basil. Alii et editi *αὐτοῖς*.

f. Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ὥσπερ*. Item Reg. 1. et Seguer. post *εἴρηται* addunt *καί*.

g. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. et Anglic. In aliis autem et editis haec *ἀλλ' ὡς* usque ad *περὶ πάντων* desunt. Basil. ib. habet *ἀλλὰ τὸ αὐτοῦ* etc.

h. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. Ceteri et editi *εἰ δὲ τὰ μὲν*

P. 672. *διδάσκεται. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα χρῖσμα καὶ σφραγίς ἐστιν, ἐν ᾧ χρίει καὶ σφραγίζει πάντα ὁ λόγος, ποία ὁμοιότης ἢ ἰδιότης τοῦ χρίσματος καὶ τῆς σφραγίδος πρὸς τὰ χριόμενα καὶ σφραγιζόμενα; οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἂν εἴη τῶν πάντων* [a]*αὐτό. οὐ γὰρ ἂν εἴη ἡ σφραγὶς ἐκ τῶν σφραγιζομένων οὐδὲ τὸ χρῖσμα ἐκ τῶν χριομένων, ἀλλ' ἴδιόν ἐστι τοῦτο τοῦ χρίοντος καὶ σφραγίζοντος λόγου. τὸ μὲν γὰρ χρῖσμα τὴν εὐωδίαν καὶ πνοὴν τοῦ χρίοντος ἔχει, καὶ οἱ χριόμενοι τούτου μεταλαμβάνοντες λέγουσι· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν*[1]), *ἡ δὲ σφραγὶς τὴν* [b]*μορφὴν Χριστοῦ τοῦ σφραγίζοντος ἔχει, καὶ ταύτης οἱ σφραγιζόμενοι μετέχουσι, μορφούμενοι κατ' αὐτήν, λέγοντος τοῦ ἀποστόλου· τεκνία μου, οὓς πάλιν* [c]*ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν*[2]). *οὕτω δὲ σφραγιζόμενοι εἰκότως καὶ κοινωνοὶ θείας φύσεως γινόμεθα, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος*[3]), *καὶ οὕτω μετέχει πᾶσα ἡ κτίσις τοῦ λόγου ἐν τῷ πνεύματι.*

24. *Καὶ διὰ τοῦ πνεύματος λεγόμεθα πάντες μέτοχοι τοῦ θεοῦ· οὐκ οἴδατε γάρ, φησίν, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστὲ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐν ὑμῖν οἰκεῖ; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς*[4]). *εἰ κτίσμα δὲ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἂν τις ἐν αὐτῷ* [d]*μετουσία τοῦ θεοῦ γένοιτο ἡμῖν, ἀλλ' ἢ ἄρα κτίσματι μὲν συνηπτόμεθα, ἀλλότριοι δὲ τῆς θείας φύσεως ἐγενόμεθα, ὡς κατὰ μηδὲν* [e]*αὐτῆς μετέχοντες. νῦν δὲ ὅτε λεγόμεθα μέτοχοι Χριστοῦ καὶ μέτοχοι θεοῦ, δείκνυται τὸ ἐν ἡμῖν χρῖσμα καὶ ἡ σφραγὶς μὴ οὖσα τῆς τῶν γενητῶν φύσεως, ἀλλὰ* [f]*τῆς τοῦ υἱοῦ διὰ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος συνάπτοντος ἡμᾶς τῷ πατρί. τοῦτο γὰρ ὁ Ἰωάννης, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, διδάσκων ἔγραψεν· ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν τῷ θεῷ μένομεν καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ αὐτὸς ἔδωκεν ἡμῖν*[5]). *εἰ δὲ τῇ τοῦ πνεύματος μετουσίᾳ γινόμεθα κοινωνοὶ θείας φύσεως, μαίνοιτ' ἂν τις λέγων τὸ πνεῦμα τῆς κτιστῆς φύσεως καὶ μὴ τῆς τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο γὰρ* [g]*καὶ ἐν οἷς γίνεται, οὗτοι θεοποιοῦνται, εἰ δὲ θεοποιεῖ, οὐκ*

1) 2. Cor. 2, 15. 2) Galat. 4, 19. 3) 2. Petr. 1, 4. 4) 1. Cor. 3, 16. 17. 5) 1. Ioan. 4, 13.

κτίσματα etc. Paulo post Reg. 1. Segu. Gobler. Felckm. 1. et Ottobon. *εἰ δὲ τὸ πνεῦμα χρίσμα καί* etc. Alii et editi *τὸ δὲ πνεῦμα καὶ χρίσμα καί* etc. Reg. 2. tamen et Anglic. *καί* ante *χρῖσμα* omittunt. Mox Reg. 1. et Seguerian. *πάντα ὁ λόγος*. Editi et alii *ὁ λόγος τὰ πάντα*.

a. Reg. 2. et Felckm. 2. et editi *αὐτός*. Mox Reg. 1. et Seguer. *ἡ σφραγίς* etc. ut hic exstat. In aliis *ἡ* ante *σφραγίς* et *ἐκ* post *χρῖσμα* deest, praeterea Reg. 2. Felckm. 2. Ottob. et editio Commelin. omittunt *οὐδὲ τὸ χρῖσμα ἐκ τῶν χριομένων*.

b. Felckm. 2. vocem *μορφήν* omittit et pro *ἔχει* habet *ἐστί*.

c. Regius. 2. *ὤδινον*. Ibidem Reg. 1. Seguer. Basil. *μέχρις οὗ*.

d. Regius 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *μετουσία τοῦ υἱοῦ ἐγίνετο ἐν ὑμῖν*.

unguntur ac de omnibus docentur. Si igitur Spiritus unctio sive unguentum et sigillum est, in quo omnia ungit et signat Verbum, quaenam similitudo et convenientia unguenti et sigilli esse potest cum his rebus, quae unguntur et signantur? Nequit proinde fieri ut ipse inter res omnes numeretur. Nec enim aliquis ex his, qui signantur, sigillum ipse dicendus sit, nec similiter aliquis ex his, qui unguntur, unguentum idem erit. Sed id proprium est ungentis et signantis Verbi. Unguentum quidem ungentis suavitatem et odorem retinet, cuius participes facti qui unguntur dicunt: *Christi bonus odor sumus.* Sigillum vero signantis Christi effigiem servat, cuius qui signantur participes effecti ad eam conformantur, ut ait Apostolus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Hoc autem modo signati convenienter divinae naturae consortes reddimur, uti docet Petrus, atque ita universae res creatae Verbi in Spiritu fiunt participes. P. 672.

24. Omnes similiter per Spiritum Dei participes dicimur. *Nescitis,* inquit, *quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Sed si Spiritus sanctus res creata esset, nulla sane Dei communicatio nobis in ipso esset, sed rei creatae coniungeremur, et divinae naturae alieni essemus, utpote nulla in parte eius facti participes. Nunc vero cum Christi et Dei participes dicamur, utique constat, unguentum et sigillum, quod in nobis est, non ad rerum factarum sed ad Filii naturam pertinere, qui nos per Spiritum, qui in ipso est, Patri coniungit. Id ipsum nos Ioannes, uti supra dictum est, his verbis docet: *In hoc cognoscimus, quia in Deo manemus et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Si porro Spiritus communicatione divinae naturae consortes efficimur, nemo certe nisi insanus dixerit, Spiritum non Dei, sed creatae esse naturae. Nec enim alia de causa hi, in quibus ille est, Dii efficiuntur. Quod si deos efficit, dubium non est, quin eius natura

Goblerian. et Felckm. 1. *ἡμῖν*. Mox *μέν* sequ. deest in Seguer. Ibid. Anglic. *ἀλλ' ἢ ἄρα* etc. Alii et editi *ἀλλ' εἰ ἄρα*.

e. Reg. 1. et Seguer. *αὐτοῦ*. Mox Reg. 1. Seguer. Basil. Gobl. et Felckm. 1. *ὅτε*. Ceteri et editi *ὁπότε*.

f. Sic Reg. 1. Seguer. Basil. et Anglic. Alii et editi artic. *τῆς* omittunt. Ibidem Reg. 1. Seguerian. et Basil. pro *ἐν αὐτῷ* habent *ἐν αὐτῇ*. Item Reg. 1. et Seguer. vocem *πνεύματος* abiiciunt. Mox iidem et Reg. 2. Basil. et Anglic. *ἡμᾶς τῷ πατρί*. Ottob. *τῷ πνεύματι*. Alii et editi *ἡμᾶς πατρί*. Iidem Anglicano excepto art. *ὁ* ante *Ἰωάννης* habent. Reg. 1. et Segu. *εἴρηται* omittunt et habent *ἔγραφε*. Gobler. et Felckm. 1. sic habent: *Ἰωάννης γράφει· ἐν τούτῳ* etc. Paulo post Regius 1. et 2. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. *αὐτὸς ἐν ἡμῖν*. Editi et alii *ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν*.

g. Ita Regius 1. Seguer. Basil. Gobler. et Felckm. 1. Sic autem Anglic. habet: *καὶ ἐν ἀνθρώποις γίνεται, καὶ ἐν οἷς γίνεται, οὗτοι θεοποιοῦνται.* Ceteri et editio Commel. *καὶ ἐν ἀνθρώποις γίνεται, καὶ δι' αὐτοῦ θεοποιοῦνται.*

P. 673. ἀμφίβολον ὅτι ἡ τούτου φύσις θεοῦ ἐστι. καὶ ἔτι [a] δὲ φανερώτερον εἰς ἀναίρεσιν τῆς αἱρέσεως ταύτης ἐν τῷ ἑκατοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ ᾄδεται, ὡς ἔμπροσθεν εἴπομεν· ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς[1]), ὁ δὲ Παῦλος [b] γράφει Τίτῳ· διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ[2]). εἰ δὲ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ λόγου ἐν πνεύματι [c] ἁγίῳ κτίζει τὰ πάντα καὶ ἀνακαινίζει, ποία ὁμοιότης ἢ συγγένεια τῷ κτίζοντι πρὸς τὰ κτίσματα; ἢ ὅλως πῶς ἂν εἴη ἐν ᾧ κτίζεται τὰ πάντα κτίσμα; ἀκολουθεῖ γὰρ τῇ τοιαύτῃ δυσφημίᾳ καὶ ἡ [d] εἰς τὸν υἱὸν βλασφημία, ὥστε τοὺς λέγοντας τὸ πνεῦμα κτίσμα εἰπεῖν ὅτι καὶ ὁ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα κτίζεται, κτίσμα ἐστίν. εἰκὼν τοῦ υἱοῦ λέγεται καὶ ἔστι τὸ πνεῦμα· οὓς γὰρ [e] προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ[3]). οὐκοῦν τοῦ υἱοῦ καὶ κατ' ἐκείνους ὁμολογουμένου μὴ εἶναι κτίσματος, οὐκ ἂν εἴη οὐδὲ ἡ τούτου εἰκὼν κτίσμα, ὁποία γὰρ ἂν εἴη ἡ εἰκών, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν οὗ ἐστιν ἡ εἰκὼν εἶναι· ὅθεν εἰκότως καὶ πρεπόντως ὁ λόγος ὁμολογεῖται μὴ ὢν κτίσμα, εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὑπάρχων. [f] ὁ ἄρα τοῖς κτίσμασι συναριθμῶν τὸ πνεῦμα πάντως που καὶ τὸν υἱὸν ἐν τούτοις συναριθμήσει, δυσφημῶν ἐν τούτῳ καὶ τὸν πατέρα διὰ τὴν εἰς τὴν εἰκόνα [g] τούτου δυσφημίαν.

32. Συμφώνως ἄρα ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν δείκνυται μὴ εἶναι κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ ἴδιον τοῦ λόγου καὶ τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος· οὕτω γὰρ τῶν μὲν ἁγίων ἡ διδασκαλία εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ἀδιαίρετον τριάδα συνάγεται, καὶ μία πίστις αὕτη τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας [a]ἐστί· τῶν δὲ Τροπικῶν ἡ ἀλόγιστος μυθοπλαστία διαφωνεῖ μὲν πρὸς τὰς γραφάς, συμφωνεῖ δὲ τῇ τῶν Ἀρειομανιτῶν ἀλογίᾳ, καὶ [b]εἰκὸς αὐτοὺς οὕτως ὑποκρίνασθαι ἀπάτης ἕνεκεν τῶν ἀκεραίων. ἀλλὰ χάρις τῷ κυρίῳ ὅτι, ὡς γράφεις, οὐκ ἔλαθον σκέποντες ἑαυτοὺς τῇ πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς προςποιήτῳ ἀντιλογίᾳ· καὶ γὰρ καὶ παρ᾽ ἐκείνων ἐμισήθησαν, [c]ὅτι μόνον τὸ πνεῦμα καὶ οὐχὶ καὶ τὸν λόγον κτίσμα λέγουσι, καὶ παρὰ πάντων δὲ κατεγνώσθησαν ὡς τῷ ὄντι πνευματομαχοῦντες καὶ μετ᾽ ὀλίγον [d]γινόμενοι νεκροί, ἔρημοι καὶ κενοὶ τοῦ πνεύματος ὄντες. κατὰ γὰρ τὸν μακάριον ἀπόστολον ψυχικοὶ ἄνθρωποι ὄντες οὐκ ἠδυνήθησαν δέξασθαι τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ, ὅτι πνευματικῶς ἀνεκρίνοντο, οἱ δὲ τὰ τῆς ἀληθείας φρονοῦντες ἀνακρίνουσι μὲν τὰ πάντα, αὐτοὶ δὲ ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀνακρίνονται[2]), ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὸν κύριον ἀποκαλύπτοντα αὐτοῖς ἐν τῷ πνεύματι ἑαυτόν τε καὶ δι᾽ ἑαυτοῦ τὸν πατέρα.

P. 682. 33. Ἐγὼ μὲν οὖν καίπερ ἐν ἐρήμῳ διάγων, διά γ᾽ οὖν τὴν ἀναίδειαν τῶν ἐκτραπέντων ἀπὸ τῆς ἀληθείας οὐ φροντίσας τῶν γελᾶν ἐθελόντων διὰ τὸ ἀσθενὲς καὶ ταπεινὸν τῆς διὰ τῶν λόγων ἀποδείξεως δι᾽ ὀλίγων γράψας ἀπέστειλα [e]τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, πολλὰ παρακαλῶν, ἵνα ἐντυγχάνων τούτοις τὰ μὲν διορθώσῃ, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀσθενῶς εἰρημένοις συγγινώσκῃς. κατὰ γὰρ τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ τῶν πατέρων ἀποστολικὴν πίστιν παρέδωκα, μηδὲν ἔξωθεν [f]ἐπινοήσας, ἀλλ᾽ ὅπερ ἔμαθον ἐνεχάραξα συμφώνως ταῖς ἁγίαις γραφαῖς. σύμφωνον γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς προαποπεφασμένοις πρὸς βεβαίωσιν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἐπινενόηται, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι᾽ ἑαυτοῦ ἐδίδασκε τὴν Σαμαρεῖτιν καὶ δι᾽ αὐτῆς ἡμᾶς τὴν τῆς ἁγίας τριάδος τελειότητα ἀδιαίρετον ὑπάρχουσαν καὶ [g]μίαν θεότητα. αὐτὴ ἡ ἀλήθεια μαρτυρεῖ, ὥς φησι τῇ Σαμαρείτιδι· πίστευέ μοι, γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προςκυνηταὶ προςκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι

1) Col. 1, 20. 2) 1. Cor. 2, 14.

a. Reg. 1. et Seguer. ἐστι addunt, alii cum editis omittunt. Mox iidem Reg. 1. et Seguer. nec non Gobler. et Felckm. 1. habent ἀλόγιστος. Ceteri vero et editi ἀλλόπιστος.

b. Sic Reg. 1. et Seguer. Alii vero et editi εἰκότως.

c. Hunc locum ita restituimus ex mss.

que in illo reconciliare cupiens, *pacificans sive quae in caelis sive* P. 681.
quae in terris sunt.

32. Itaque ex divinarum Scripturarum consensu evidens est Spiritum sanctum rem creatam non esse, sed proprium esse Verbi et Patris divinitatis. Sic enim Sanctorum doctrina ad sanctam et individuam Trinitatem adstruendam conspirat, eaque una est Catholicae Ecclesiae fides. At absurdae Tropicorum fabulae a Scripturis valde dissentiunt consentiuntque omnino cum Arianorum haeresi; unde verisimile sit, illos non alia de causa ita dissimulare nisi ut facilius simplices deciperent. Sed gratiae domino habendae, quod, ut scribis, fictam suam cum Arianis contentionem obtegere non potuerint. Siquidem et illorum odium in se ipsos concitaverunt, ut qui solum Spiritum non autem Verbum rem creatam esse dicant, et ab aliis omnibus reprobantur, quod liqueat vere eos bellum contra sanctum Spiritum gerere ac proinde brevi fore mortuos, utpote Spiritu vacuos et destitutos. Nempe quia sunt animales homines, non potuerunt, ut docet beatus Apostolus, percipere quae sunt Spiritus Dei, utpote qui spiritualiter diiudicarentur. At qui ea, quae sunt veritatis, sapiunt, omnia quidem diiudicant, ipsi vero a nemine diiudicantur, quandoquidem Dominum in seipsis habent, qui illis et seipsum et per seipsum Patrem in Spiritu patefacit.

33. Ego itaque tametsi in solitudine degens, tamen propter eo- P. 682.
rum impudentiam, qui a veritate deflexerunt, nihil omnino de illis curans, quibus forte meae ratiocinationes infirmae et humiles atque adeo irridendae videbuntur, haec pauca, quae scripsi, ad tuam pietatem placuit mittere, teque vehementer rogo, ut in his legendis alia quidem emendes, alia vero, quae infirma occurrent, mihi condones. Siquidem nihil ipse tradidi nisi secundum Apostolicam fidem, prout ea nobis a patribus tradita est, nihilque externum sum commentus, sed quod didici, iuxta mentem sanctarum Scripturarum his litteris exaravi. Id enim optime cum his congruit, quae ad veritatis confirmationem ex sanctis Scripturis adduximus. Non ergo extrinsecus accersita est haec nostra doctrina, sed ipse Dominus Iesus Christus per seipsum quidem Samaritanam ac nos per illam deinde docuit, quam perfecta et absoluta sit sancta Trinitas, eamque individuam ac unam divinitatem existere. Id inquam ipsa testatur veritas, ubi Samaritanae ait: *Crede mihi, mulier, quia venit hora et nunc est, cum veri adoratores ado-*

Reg. 1. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. In aliis et editis desunt *ὅτι μόνον* usque ad *κατεγνώσθησαν.*

d. Seguer. Basil. et Anglic. *γενόμενοι.*

e. Sic Reg. 1. Ottobon. et Seguer. nec non Reg. 2., qui tamen *τῇ σου* habet. Ceteri et editi *τῇ σῇ* et *τῇ σου* et *πολλά* omittunt.

f. Reg. 1. et Segu. *ἐπινοῶν* et mox *ἅπερ.*

g. Reg. 2. *τῇ μιᾷ θεότητι.*

P. 682. καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. [a]πνεῦμα ὁ θεός; καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν[1]). δέδεικται τοίνυν ἐντεῦθεν, ὡς ἡ ἀλήθεια μὲν αὐτὸς ὁ υἱός ἐστιν, ὡς αὐτός φησιν· ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια[2]), [b]περὶ οὗ καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ ἐπεκαλεῖτο λέγων· ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου[3]). οἱ ἀληθινοὶ τοίνυν προσκυνηταὶ προσκυνοῦσι μὲν τῷ πατρί, ἀλλ' ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, ὁμολογοῦντες υἱὸν καὶ ἐν αὐτῷ τὸ πνεῦμα· ἀχώριστον γὰρ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ὡς ἀχώριστος ὁ υἱὸς τοῦ πατρός. αὐτὴ ἡ ἀλήθεια [c]μαρτυρεῖ ἡ λέγουσα· πέμψω ὑμῖν τὸν παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν[4]), [d]τουτέστιν οἱ ἀρνούμενοι αὐτὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ υἱῷ. χρὴ τοίνυν κατὰ μίμησιν τῶν ἀληθινῶν ὁμολογεῖν καὶ προσδραμεῖν τῇ ἀληθείᾳ. ἂν δ' ἄρα καὶ μετὰ ταῦτα μή τε μαθεῖν θέλωσι μήτε νοεῖν δύνωνται, κἂν τῶν δυσφημιῶν πανέσθωσαν, καὶ μὴ διαιρείτωσαν τὴν τριάδα, ἵνα μὴ [e]διαιρεθῶσι ἀπὸ τῆς ζωῆς, μηδὲ τοῖς κτίσμασι συναριθμείτωσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ ὡς οἱ τότε Φαρισαῖοι τῷ Βεελζεβοὺλ τὰ τοῦ πνεύματος ἀνετίθεσαν, οὕτως καὶ οὗτοι τὰ ἴσα τολμῶντες ἀσύγγνωστοι καὶ ὧδε καὶ μετὰ ταῦτα τὴν τιμωρίαν [f]μετ' ἐκείνων ὑπομείνωσιν.

P. 683.

[g]ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΣΕΡΑΠΙΩΝΑ

κατὰ τῶν λεγόντων κτίσμα τὸν υἱόν.

1. Ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον [h]καὶ οὕτως ὀλίγα γεγραφέναι, καὶ κατηγόρουν ἐμαυτοῦ πολλῆς ἀσθενείας ὡς μὴ δυνηθέντος τοσοῦτον γράψαι, ὅσον ἀνθρώποις ἔξεστι λέγειν κατὰ τῶν ἀσεβούντων εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐπειδὴ δέ, ὡς γράφεις, τινὲς τῶν ἀδελφῶν ἠξίωσαν καὶ ταῦτα ἐπιτεμεῖν, ἵνα ἔχωσιν ἐξ ἑτοίμου καὶ δι' ὀλίγων

1) Ioan. 4, 21. 23. 24. 2) Ioan. 14, 6. 3) Psal. 43 [42. LXX.], 5. 4) Ioan. 15, 26; 14, 17.

a. Reg. 2. et Felckm. 2. addit ὅτι. At haec verba ὅτι πνεῦμα ὁ θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν desunt in Anglic. Basil. et edit. Commel.

b. Gobler. et Felckm. 1. περὶ οὗ καὶ ὁ Δαβὶδ λέγων etc. Mox post οἱ ἀληθινοί particula τοίνυν additur a Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1., sed ab aliis et editis omittitur. Ibidem Reg. 1. Gobler. et Felckm. 1. προσκυνήσουσι.

c. Verbum μαρτυρεῖ abest a Reg. 1. Gobler. et Felckm. 1. anonymo.

d. Sic Reg. 1. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. At Ottobon. ὅ ἐστι. Alii vero et edit. Commel. ὅς ἐστιν, sed mendose. Ibidem Reg. 1. et Seguerian. αὐτό habent, alii et editi αὐτόν. Item pro ἐν τῷ υἱῷ, ut legitur in Reg. 1. Seguer. Gobler. et Felckm. 1., alii cum editis habent ἐν τῷ Χριστῷ.

e. Seguerian. αἱρέθωσιν. Gobler. et Felckm. 1. διαιρείσθωσαν. Paulo post Reg. 1. et Seguer. habent οἱ τότε. Editi et alii οἵ ποτε.

f. Editi et Felckm. 2. omittunt μετ' ἐκείνων.

rabunt Patrem in Spiritu et veritate. Nam et Pater tales quaerit, *qui adorent eum. Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.* Inde enim perspicuum est, veritatem ipsum esse Filium, ut ipse ait: *Ego sum veritas,* quem et Propheta David his verbis invocabat: *Emitte lucem tuam et veritatem tuam.* Veri igitur adoratores Patrem quidem adorabunt, sed in Spiritu et veritate, Filium videlicet et in Filio Spiritum confitendo. Nam a Filio separari non potest Spiritus, uti nec a Patre Filius, quemadmodum ipsa veritas his verbis docet: *Mittam vobis Paraclitum, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, quem mundus non potest accipere,* hoc est qui eum ex Patre in Filio esse negant. Qui igitur voluerint veros imitari adoratores, eos veritatem confiteri et amplecti necesse omnino est. Quocirca illi, quos hic refellendos suscepi, si nec post haec velint quod verum est discere, nec intelligere possint, saltem impia proferre desinant, nec Trinitatem audeant separare, ne ipsi a vita separentur, nec Spiritum sanctum inter res creatas numerent, ne quemadmodum sancti Spiritus opera Pharisaei olim Beelzebuli attribuebant, sic et illi paris audaciae rei hic et in futura vita aeterno supplicio sine ulla spe veniae cum illis afficiantur.

P. 682.

EIUSDEM

P. 683.

AD EUNDEM EPISCOPUM SERAPIONEM

adversus eos qui filium rem creatam esse contendunt.

1. Ego quidem pauca me ita scripsisse existimabam, atque adeo me ipse maximae imbecillitatis accusabam, qui nec tantum scribere potuissem, quantum adversus eos, qui in Spiritum sanctum impii sunt, licet hominibus dicere. Quando vero, ut scribis, quidam ex fratribus postulaverunt, ut haec in compendium redigerentur, quo paratiores ac

g. Sic Ottob. In Basil. et Anglic. inscribitur item *ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Σεραπίωνα κατὰ τῶν λεγόντων κτίσμα τὸν υἱόν* et ad marginem *ἐπιστολὴ δευτέρα.* Regius autem, Seguer. Gobler. et Felckm. 1. pro titulo haec habent verba: *ταῦτα ἐκ τῶν προειρημένων κατ' ἐπιτομὴν ἐγράφη κατ' αὐτῶν πάλιν τῶν λεγόντων κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Id est *Haec ex praedictis compendio scripta sunt contra eosdem qui dicunt Spiritum sanctum rem creatam esse.* Quae item exstant in margine codicis Basiliensis. In omnibus porro mss. etiam in Felckm. 2. est numero secunda sive sequitur praecedentem. In editis autem primo loco sive ante praecedentem ponitur, cum huiusmodi titulo: *τοῦ ἐν ἁγίοις* etc. *ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα τὸν ἐπίσκοπον κατὰ τῶν λεγόντων ὅτι ὁ υἱὸς κτίσμα ἐστίν. Sancti Patris* etc. *Epistola ad Serapionem Episcopum, contra eos qui dicunt Filium esse rem creatam.* Vide admonitionem p. 645. [p. 667. huius ed.] num. 2.

h. Felckm. 2. *καί* omittit. Mox Basil. Anglic. et Felckm. 2. et editi *γεγραφηκέναι.* Ibid. Gobler. et Felckm. 1. *ἐκατηγόρουν.* Item ibidem Anglic. *πολλὴν ἀσθένειαν.* Paulo post Reg. et Seguer. *γράψαι.* Alii et editi *γράφειν.*

p.683. ἀπολογεῖσθαι μὲν τοῖς ἐρωτῶσι περὶ τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως, διελέγχειν δὲ τοὺς ἀσεβοῦντας, ἐποίησα καὶ τοῦτο, θαῤῥῶν ὅτι συνείδησιν ἔχων ἀγαθὴν, εἴ τι καὶ ἐν τούτοις παραλέλειπται, ἀναπληρώσεις. οἱ Ἀρειανοὶ εἰς ἑαυτοὺς στραφέντες καὶ μηδὲν πλέον ἢ ἔξωθεν ἑαυτῶν νοοῦντες κατὰ τοὺς Σαδδουκαίους ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς [a] ἐξεδέξαντο τὴν θεόπνευστον γραφήν. ἀκούοντες γ' οὖν σοφίαν καὶ ἀπαύγασμα καὶ λόγον εἶναι τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν εἰώθασιν [b] ἐπιλέγειν· πῶς δύναται τοῦτο εἶναι; ὥςπερ οὐ δυνάμενοι εἶναι ὃ μὴ δύνανται αὐτοὶ νοεῖν· ὥρα γὰρ αὐτοὺς καὶ περὶ τοῦ παντὸς τοιαῦτα διανοεῖσθαι· πῶς δύναται ἡ κτίσις μὴ οὖσά ποτε γενέσθαι; ἢ πῶς δύναται χοῦς γῆς πλασθῆναι λογικὸς ἄνθρωπος, ἢ πῶς τὸ φθαρτὸν ἄφθαρτον γενέσθαι; ἢ πῶς ἡ γῆ ἐπὶ θαλασσῶν τεθεμελίωται, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτὴν ὁ θεός[1]); καὶ λοιπὸν ἐπιλέγειν αὐτοὺς ἑαυτοῖς· φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ [c] ἀποθνήσκομεν[2]), ἵνα δηλονότι φθειρομένων αὐτῶν συμφθαρῇ καὶ ἡ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν μανία.

2. Τῶν μὲν οὖν Ἀρειανῶν θνητὸν καὶ φθαρτὸν τὸ τοιοῦτον φρόνημα, ὁ δὲ τῆς ἀληθείας λόγος, ὅνπερ ἔπρεπε καὶ αὐτοὺς διανοεῖσθαι, τοιοῦτός ἐστιν· εἰ πηγὴ καὶ φῶς καὶ πατήρ ἐστιν ὁ θεός, οὐ θέμις εἰπεῖν οὔτε τὴν πηγὴν ξηρὰν οὔτε τὸ φῶς χωρὶς αὐγῆς οὔτε τὸν θεὸν χωρὶς λόγου, ἵνα μὴ ἄσοφος καὶ ἄλογος καὶ [d] ἀφεγγὴς ᾖ ὁ θεός. ἀϊδίου τοιγαροῦν ὄντος τοῦ πατρὸς ἀνάγκη καὶ τὸν υἱὸν ἀΐδιον εἶναι· ἃ γὰρ ἂν ἐν τῷ πατρὶ νοήσωμεν, ταῦτα καὶ ἐν τῷ υἱῷ εἶναι οὐκ ἀμφίβολον, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ κυρίου· πάντα
p.684. ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστι, [e] καὶ τὰ ἐμὰ πάντα τοῦ πατρός ἐστιν[3]). αἰώνιος γ' οὖν ἐστιν ὁ πατήρ, αἰώνιός ἐστι καὶ ὁ υἱός, δι' αὐτοῦ γὰρ οἱ αἰῶνες γεγόνασιν[4]). [f] ὢν ἐστιν ὁ πατήρ, ἀνάγκη καὶ ὁ υἱὸς ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν[5]), ὡς εἶπεν ὁ Παῦλος. οὐ θέμις εἰπεῖν ἐπὶ πατρός· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, ἀθέμιτον εἰπεῖν ἐπὶ υἱοῦ· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. παντοκράτωρ ἐστὶν ὁ πατήρ, παντοκράτωρ ἐστὶ [g] καὶ ὁ υἱός, λέγοντος τοῦ Ἰωάννου· ὁ ὢν

1) Psal. 24 [23. LXX.], 2. 2) 1. Cor. 15, 32. 3) Ioan. 16, 15; 17, 10 4) Hebr. 1, 2. 5) Rom. 9, 5.

a. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi διεδέξαντο.

b. Gobler. et Felckm. 1. λέγειν. Mox verba ὥςπερ οὐ δυναμένου εἶναι absunt ab Anglic. et Ottobon.

c. Reg. ἀποθνήσκωμεν. Item ibidem Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. δηλονότι. Ceteri et editi δῆλον ἂν εἴη ὅτι. Mox Reg. συμφθαρῇ. Alii editique συμφθαρήσεται.

d. Basil. Felckm. 2. et editio Commel ἀφεγγής omittunt. Ibid. ᾖ abest a Reg et Seguer.

e. Haec verba καὶ τὰ ἐμὰ πάντα τοῦ πατρός ἐστι, quae habent Reg. Seguer Anglic. Gobler. et Felckm. 1. ac legit Nannius, desunt in aliis et editis. Paul post καί abest a Reg. et Seguer.

promtiores esse possint cum ad breviter respondendum his, qui ipsos P. 683. de fide nostra interrogant, tum ad impios refutandos; id ego eo maiore fiducia suscepi, quod cum recta sis praeditus conscientia, si quid omissum fuerit, tu ipse non aegre supplebis. Ariani toti ad seipsos conversi, nihilque aliud atque quod extra ipsos positum est more Sadducaeorum cogitantes, divinam Scripturam humanis ratiociniis expendunt. Cum igitur Filium Patris sapientiam, splendorem et Verbum esse audiunt, percunctari solent, qui istud possit esse, quasi id esse non possit, quod ipsi intelligere non queunt. Certe idem peraeque possumus de universo mundo inquirere: Quomodo res, quae aliquando non erat, potuit fieri? Quomodo pulvis terrae potuit effici homo ratione praeditus? Quomodo quod corruptioni subiectum est, incorruptum fieri potest? Quomodo terra super maria fundata est, et super flumina praeparavit eam Deus? Denique nihil aliud superest, quam ut ipsi sibi dicant: *Manducemus et bibamus, cras enim moriemur,* ut videlicet corruptis illis simul corrumpatur insana eorum haeresis.

2. Nihil igitur nisi mortale et corruptum est in hac Arianorum sententia. At veritatis sermo, quem utique illos meditari decebat, huiusmodi est: Si fons, si lux, si pater est Deus, nefas certe dictu est, vel fontem aridum vel lucem sine splendore vel Deum sine Verbo sive ratione esse, ne videlicet sapientiae, rationis et splendoris expers credatur Deus. Itaque quia aeternus est Pater, necesse est Filium esse quoque aeternum. Quaecunque enim in Patre esse intellexerimus, non est dubitandum quin haec eadem sint in Filio, cum ipse Dominus dicat: *Omnia, quaecunque habet Pater, mea sunt,* et mea omnia Patris P. 684. sunt. Itaque aeternus est Pater; aeternus item est Filius, siquidem per illum facta sunt saecula. Vere est Pater; vere quoque necessario est Filius, *qui est super omnia Deus benedictus in saecula, amen,* ut ait Paulus. Non licet de Patre dicere: fuit aliquando cum non esset; nefas similiter est de Filio dicere: fuit aliquando cum non esset. Omnipotens est Pater; omnipotens etiam est Filius, Ioanne dicente: *Qui*

f. Haec verba *ὁ πατὴρ., ἀνάγκη καὶ ὁ υἱὸς, ὁ ὢν* desunt in Reg. et Seguer. Ibidem in Reg. Seguer. ac editis scribitur *ὢν ἐστι*, sed mendum est, ut videtur, scribendumque *ὢν ἐστιν ὁ πατήρ*, ut exigit sensus. [Praeterea ad vocem *ἀνάγκη* in margine adnotatum est: forte *ἀνάγκῃ*.] Mox Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. habent *ὡς εἶπεν ὁ Παῦλος*. Alii et editi *ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος*. Ibidem post *θέμις* Reg. Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. *οὖν* omittunt, at alii et editi addunt. Mox item Reg. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. omittunt verba *οὐδὲ ἐπὶ υἱοῦ*, quae in aliis et editis habentur post *ἐπὶ πατρός*. Quae sequuntur ibidem *ἀθέμιτον εἰπεῖν ἐπὶ υἱοῦ, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν* ex mss. Regio restituimus.

g. *καί* deest in Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. *λέγοντος τοῦ Ἰωάννου, ὁ ὢν* etc. Alii mss. *λέγοντος τοῦ Ἰωάννου, τάδε λέγει, ὁ ὢν* etc. Editi *λέγοντος τοῦ Ἰωάννου, τόδε λέγει, ὁ ὢν* etc.

P.684. ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ[1]). φῶς ἐστιν ὁ πατήρ, ἀπα-
γασμα ὁ υἱὸς καὶ φῶς ἀληθινόν. ἀληθινὸς θεὸς ὁ πατήρ, ἀληθι-
νὸς θεὸς ὁ υἱός, οὕτω γὰρ ὁ Ἰωάννης ἔγραψεν· ἐσμὲν ἐν τῷ ἀλη-
θινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς
θεὸς καὶ ζωὴ [a]ἡ αἰώνιος[2]). καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν ὧν ἔχει ὁ πα-
τήρ, ὃ μὴ τοῦ υἱοῦ ἐστι. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρὶ καὶ
ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ[3]), ἐπειδὴ τὰ τοῦ πατρὸς ταῦτα ἐν τῷ υἱῷ
ἐστι, καὶ πάλιν ταῦτα ἐν τῷ πατρὶ νοεῖται. οὕτω νοεῖται [b]καὶ τὸ
ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[4]), ἐπειδὴ οὐκ ἄλλα ἐν τούτῳ καὶ ἄλλα
ἐν τῷ υἱῷ, ἀλλὰ τὰ ἐν τῷ πατρὶ ταῦτα ἐν τῷ υἱῷ ἐστι, καὶ ἃ βλέ-
πεις [c]δὲ ἐν τῷ πατρί, ἐπειδὴ βλέπεις ἐν τῷ υἱῷ, νοεῖται καλῶς
τὸ ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν πατέρα[5]).

3. Τούτων δὲ οὕτω δεικνυμένων ἀσεβής ἐστιν ὁ λέγων κτίσμα
[d]εἶναι τὸν υἱόν. ἀναγκασθήσεται γὰρ εἰπεῖν κτίσμα καὶ τὴν πηγὴν
βρύουσαν, κτίσμα τὴν σοφίαν, τὸν λόγον, ἐν ᾧ ἐστι πάντα τὰ τοῦ
πατρός. ἄλλως τε καὶ ἀπὸ τούτων [e]ἄν τις ἴδοι τὸ σαθρὸν τῆς
αἱρέσεως τῶν Ἀρειομανιτῶν. ὧν ἐσμεν ὅμοιοι, καὶ τὴν ταυτότητα
ἔχομεν τούτων καὶ ὁμοούσιοί ἐσμεν. ἄνθρωποι γ' οὖν ὅμοιοι καὶ
[f]ταυτότητα ἔχοντες ὁμοούσιοί ἐσμεν ἀλλήλων, τὸ αὐτὸ γὰρ πᾶσι τὸ
θνητόν, τὸ φθαρτόν, τὸ τρεπτόν, τὸ ἐκ μὴ ὄντων. καὶ [g]ἄγγελοι
δὲ πρὸς ἑαυτούς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσαύτως ὁμοφυῆ ἐστιν ἀλλή-
λων. οὐκοῦν ἐρευνάτωσαν οἱ περίεργοι, εἰ ἔστι τις ὁμοιότης πρὸς
τὸν υἱὸν τοῖς κτίσμασιν, ἢ τὰ ἐν τῷ υἱῷ δύνανται εὑρεῖν ἐν τοῖς
γενητοῖς, ἵνα καὶ κτίσμα τολμήσωσιν εἰπεῖν τὸν τοῦ [h]θεοῦ λόγον.
ἀλλ' οὐκ ἂν εὕροιεν οἱ πάντα προπετεῖς καὶ πλανώμενοι περὶ τὴν
P.685. εὐσέβειαν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς κτίσμασιν οὐδέν ἐστι παντοκράτωρ καὶ
οὐδὲν παρὰ τοῦ ἑτέρου κρατεῖται, ἕκαστον γὰρ [i]αὐτοῦ ἐστι τοῦ
θεοῦ· οἱ μὲν γὰρ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ[6]), ἡ δὲ γῆ τοῦ
κυρίου ἐστί, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς[7]), ἡ θάλασσα εἶδε καὶ ἔφυγε[8]),
καὶ τὰ πάντα δοῦλα[9]) τοῦ πεποιηκότος ἐστί, ποιοῦντα τὸν λόγον
αὐτοῦ καὶ ὑπακούοντα τῷ προστάγματι αὐτοῦ· ὁ δὲ υἱὸς παντο-
κράτωρ ἐστὶν ὡς ὁ πατήρ. καὶ τοῦτο γέγραπται καὶ δέδεικται.
[k]πάλιν τε ἐν τοῖς κτίσμασιν οὐδέν ἐστιν ἄτρεπτον τῇ φύσει. τῶν
γὰρ ἀγγέλων τινὲς οὐκ ἐτήρησαν τὴν ἰδίαν τάξιν[10]), καὶ ἄστρα οὐ

1) Apocal. 1, 8. 2) 1. Ioan. 5, 20. 3) Ioan. 14, 10. 4) Ioan. 10, 30. 5) Ioan. 14, 9. 6) Psal. 19 [18. LXX], 2. 7) Psal. 24 [23. LXX.], 1. 8) Psal. 113 [112. LXX.], 3. 9) Psal. 119 [118. LXX.], 91. 10) Iud. 6.

a. ἡ deest in Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1.

b. Basil. Felckm. 2. anonymus et editio Commel. καί omittunt.

c. Sic Reg. et Seguer. At alii et editi δέ et ἐπειδή omittunt. Ibidem καί ante νοεῖται deest in Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1.

d. εἶναι abest a Reg. Seguer. Gobler.

st, qui erat et qui venturus est, omnipotens. Lux est Pater; splendor et lux vera est Filius. Deus verus est Pater; Deus verus est quoque Filius. Ita enim scripsit Ioannes: *Sumus in vero, in Filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus et vita aeterna.* Denique nihil habet Pater, quod non sit Filii. Idcirco enim Filius in Patre et Pater in Filio est, quia quae sunt Patris, haec in Filio sunt, et rursus eadem in Patre intelliguntur. Ita sane istud intelligi debet: *Ego et Pater unum sumus,* quia non alia sunt in Patre et alia in Filio, sed quae in Patre sunt, eadem sunt in Filio. Unde quia quae in Patre vides vides quoque in Filio, recte illud intelligitur: *Qui videt me, videt Patrem.* P. 684.

3. His ergo ita confirmatis impius sine dubio ille habendus est, qui Filium rem creatam esse contendit. Hinc enim fateri cogetur, rem creatam ipsum quoque esse fontem, unde emanat creata sapientia et Verbum, in quo omnia, quae Patris sunt, existunt. Praeterea vel ex his comprehendi potest, quam futilis sit Arianorum haeresis. Nempe quorum sumus similes, eandem quoque quam illi naturam habemus, atque adeo consubstantiales sumus. Quia igitur homines similes sumus et eadem nobis est natura, sumus idcirco invicem consubstantiales. Eadem enim omnibus est mortalitas, corruptio, mutabilitas et origo ex nihilo. Angeli pariter inter se aliaque omnia naturae similitudine secum conveniunt. Scrutentur ergo homines plus aequo curiosi, si inter Filium et res creatas intersit aliqua similitudo, vel si ea, quae in Filio sunt, in rebus factis reperire possint, quo illis liceat Verbum Dei rem creatam appellare. Verum id nunquam invenient viri perquam temerarii atque a vera pietate aberrantes. Nam in rebus P. 685. creatis nihil est omnipotens, nullaque in alterius sed solius Dei est potestate. Siquidem *caeli enarrant gloriam Dei,* et *Domini est terra et plenitudo eius. Mare vidit et fugit.* Omnia denique creatori famulantur faciuntque verbum eius et eius mandato obediunt. At Filius omnipotens est ut Pater, quod utique et scriptum et ostensum est. Item nihil inter res creatas naturâ immutabile est. Siquidem quidam ex Angelis ordinem suum non servaverunt, et *stellae non sunt mun-*

et Felckm. 1. Mox post εἰπεῖν Reg. et Seguer. omittunt κτίσμα.

e. Sic Reg. et Seguer. At Ottob. ἀπὸ τούτων ἴδοι τις. Ceteri et editi ἀπὸ τούτων μάλιστα ἴδοι τό etc. Ibidem Reg. et Seguer. αἱρέσεως τῶν Ἀρειανῶν.

f. Felckm. 2. et editi τὴν ταυτότητα. Mox τὸ φθαρτόν abest a Gobler. Felckm. 1. Reg. et Seguer.

g. Ita Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At alii et editi ἀγγέλοις. Ibid. Reg. et Seguerian. τὰ ἄλλα πάντα. Ceteri et editi τὰ ἄλλα δὲ πάντα.

h. Reg. et Seguer. θεοῦ υἱόν.

i. Reg. Segu. Angl. Gobl. Felckm. 1. ἑαυτοῦ. Iidem (praeter Angl.) omitt. τοῦ θεοῦ.

k. Sic Reg. et Seguer. In aliis vero et editis deest τε.

P. 685. καθαρὰ ἐνώπιον αὐτοῦ[1]), καὶ ὁ μὲν διάβολος ἔπεσεν ἀπ' οὐρανοῦ ὁ δὲ Ἀδὰμ παρέβη, καὶ πάντα ἀλλοιούμενά ἐστιν. ὁ δὲ υἱὸς ἄτρεπτός ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος ὡς ὁ πατήρ· καὶ τοῦτο ὁ Παῦλος ὑπεμνησεν [a]ἐκ τοῦ ἑκατοστοῦ καὶ πρώτου ψαλμοῦ λέγων· καὶ σὺ κατ' ἀρχάς, κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡςεὶ περιβόλαιον ἀλλάξεις αὐτά, καὶ ἀλλαγήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι[2]), [b]καὶ πάλιν λέγει· Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας[3]).

4. Καὶ πάλιν τὰ γενητὰ πάντα οὐκ ἦν καὶ γέγονε, τὴν γὰρ γῆν ὡς οὐδὲν ἐποίησε, καὶ ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα[4])· [c]καὶ ποιήματα δέ ἐστι καὶ κτίσματα, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀρχὴν ἔχει τοῦ γενέσθαι. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ [d]πάλιν· ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα[5]). ὁ δὲ υἱὸς ὢν ἐστι καὶ ἐπὶ πάντων θεὸς ὡς ὁ πατήρ, καὶ [e]τοῦτο οὕτω δέδεικται· καὶ οὐ ποιούμενός ἐστιν, ἀλλὰ ποιῶν, καὶ οὐ κτιζόμενος, ἀλλὰ κτίζων καὶ ποιῶν τὰ ἔργα τοῦ πατρός. δι' αὐτοῦ γὰρ οἱ αἰῶνες γεγόνασι[7]), καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν[8])· [f]ὡς δὲ ἀπόστολος ἐδίδαξε τὸ ἐν τῷ ψαλμῷ· αὐτὸς κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν ἐθεμελίωσε, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ εἰσιν οἱ οὐρανοί[9]). καὶ πάλιν τῶν κτισμάτων οὐδέν ἐστι τῇ φύσει θεός, ἀλλ' ἕκαστον τῶν γενομένων [g]ὃ καὶ γέγονε τοῦτο καὶ ἐκλήθη, τὸ μὲν οὐρανός, [h]ἄλλο δὲ γῆ, καὶ οἱ μὲν φωστῆρες, τὰ δὲ ἄστρα, καὶ ἄλλα θάλασσα καὶ ἄβυσσοι καὶ τετράποδα, καὶ λοιπὸν ἄνθρωπος, καὶ πρὸ τούτων ἄγγελοι [i]καὶ ἀρχάγγελοι, χερουβίμ, σεραφὶμ καὶ δυνάμεις, ἀρχαί, ἐξουσίαι, κυριότητες, παράδεισος, καὶ οὕτως ἕκαστον διαμένει. [k]εἰ δὲ καὶ θεοί τινες ἐκλήθησαν, ἀλλ' οὐ

P. 686. τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ μετουσίᾳ τοῦ υἱοῦ. οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς εἶπεν· εἰ ἐκείνους εἶπεν θεούς, πρὸς οὓς ὁ λόγος [l]τοῦ θεοῦ ἐγένετο[10]). διὸ

1) Iob. 25, 5. 2) Hebr. 1, 10 — 12. cll. Psal. 102 [101. LXX.], 26—28. 3) Hebr. 13, 8. 4) Rom. 4, 17. 5) Genes. 1, 1. 6) Esa. 66, 2. 7) Hebr. 1, 2. 8) Ioan. 1, 3. 9) Hebr. 1, 10. cll. Psal. 102 [101. LXX.], 26. 10) Ioan. 10, 35.

a. Gobler. et Felckm. 1. ἐκ τοῦ Δαβὶδ λαβὼν τὴν χρῆσιν. Paulo post Reg. et Seguer. διαμενεῖς et infra ἀλλάξεις, ubi alii et editi διαμένεις et ἑλίξεις.

b. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. omittunt καὶ πάλιν λέγει. Mox pro καὶ πάλιν Reg. et Seguer. habent πάλιν τε.

c. Sic Reg. et Seguer. In Anglic. καί deest, alii et editi δέ omittunt. Mox ibid. Re[illegible] ...ῦ γίνεσθαι.

d. πάλιν deest in Gobler. et Felckm. 1. Ibidem Basil. ἐποίησε τὰ πάντα. Mox Reg. et Seguer. ὢν ἐστιν ἐπὶ πάντων θεός, ὡς πατήρ.

e. Sic Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. In aliis et editis deest τοῦτο. Ibid. Reg. et Seguer. καὶ οὐ ποιούμενος, alii et editi ὡς οὐ etc.

f. Ita Reg. et Seguer. At Gobler. et Felckm. 1. ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος ἔδειξε·

dae in conspectu eius, Diabolus e caelis cecidit, Adam praevaricatus P. 685.
est; postremo cunctae res mutantur. Filius vero immutabilis est ut Pater, idque Paulus ex centesimo primo Psalmo his verbis docet: *Et tu in principio, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt caeli; ipsi peribunt, tu autem permanebis; et omnes ut vestimentum veterascent, et velut amictum mutabis eos et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.* Et iterum: *Iesus Christus heri et hodie ipse et in saecula.*

4. Praeterea quicquid est factum, factum est cum antea nihil esset. Nam terram, quae antea nihil erat, fecit. Et qui *vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt.* Atqui res factae sunt item creatae. Idcirco enim initium existendi habent. Nam *in principio fecit Deus caelum et terram* nec non omnia, quae in eis sunt. Et iterum: *Manus mea fecit haec omnia.* Filius autem, ut Pater, Deus est super omnia, quod quidem probatum est, nec est res, quae fit, sed ipse res facit, nec denique creatur, sed ipse Patris opera creat et facit. Nam per ipsum et saecula et omnia facta sunt, et sine ipso factum est nihil, atque, ut Apostolus ex Psalmo ostendit, ipse initio terram fundavit, et opera manuum eius sunt caeli. Insuper nulla res creata naturâ Deus est, sed singulae quod factae sunt idipsum appellatae sunt; hinc alia caelum, alia terra dicta est, aliae luminaria, aliae astra, aliae maria, abyssi et quadrupedes, aliaque homo, ut et ante res illas Angeli, Archangeli, Cherubim, Seraphim, Virtutes, Principatus, Potestates, Dominationes, Paradisus; atque ita res illae singulae perseverant. Quod si nonnulli dii appellati sunt, certe non ex naturâ, sed quod Filii participes facti sint, id nomen sunt consecuti. Sic enim ipse ait: *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est.* Unde P. 686.

αὐτὸς κατ' ἀρχὰς, κύριε. Alii et editi pro *δέ* habent *καί* et *τά* pro *τό* et *κύριε* post *αὐτός*, iidemque cum Gobleriano et Felckm. 1. habent *ἐθεμελίωσας* et *χειρῶν σου.*

g. Reg. Segner. Gobler. et Felckm. 1. *καί* omittunt.

h. Sic Reg. et Seguer. Alii vero et editi *τὸ δὲ γῆ, οἱ δὲ φωστῆρες.* Mox Reg. et Seguer. *θάλασσαι καὶ ἄβυσσος.* Gobler. et Felckm. 1. *ἄστρα καὶ θάλασσαι.*

i. Reg. et Seguer. omittunt *καί* et *σεραφὶμ καί.* In Ottobon. autem deest *ἀρχάγγελοι* et *σεραφίμ.*

k. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. ut et legit Nannius. Alii vero et editi *καὶ θεοὶ δέ τινες.* Mox Reg. et Seguer. *τῇ μετουσίᾳ.* At alii et editi *τῇ* omittunt. Ibidem in Reg. et Seguer. *καί* deest ante *αὐτός.*

l. Ita Reg. et Seguer., ut et legitur Ioan. 10, 35. Ceteri et editi *τοῦ* omittunt. Mox post *διό* Reg. et Seguer. *καί* addunt. Ibidem paulo post sic habent Basil. Anglic. Reg. et Ottob.: *ἔστιν ὅτε τινὲς τρέπονται ἀκούοντες.* Gobler. vero et Felckm. 1. *ἔστιν ὅτε τινὲς τρέποντες ἀκούοντες.* Sic item Seguer., sed *ὅτι* additum est secunda manu pro *ὅτε,* quod aberat. Editi *ἔστιν ὅτε τρέπονται ἀκούοντες.*

P. 686. μὴ ὄντες τῇ φύσει θεοὶ ἔστιν ὅτε τινὲς τρέπονται, ἀκούοντες· ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε[1]). τοιοῦτος ἦν ὁ ἀκούσας· σὺ δὲ εἶ ἄνθρωπος καὶ οὐ θεός[2]). ὁ δὲ υἱὸς θεὸς ἀληθινός ἐστιν ὡς ὁ πατήρ. ἐν αὐτῷ γάρ [a]ἐστιν καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ· καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης ἔγραψεν[3]), ὡς δέδεικται, ὁ δὲ Δαβὶδ ψάλλει· ὁ θρόνος σου, ὁ θεός, εἰς [b]αἰῶνα αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου[4]), καὶ [c]ὁ προφήτης δὲ Ἡσαΐας βοᾷ· ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπορία Αἰθιόπων· καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται. καὶ ἀκολουθήσουσιν οἱ ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ προςκυνήσουσί σοι, ὅτι ἐν σοὶ ὁ θεός. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, καὶ οὐκ ᾔδειμεν[5]). τίς δή ἐστιν ὁ θεός, ἐν ᾧ ὁ θεός, εἰ μὴ ὁ υἱὸς ὁ λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί [d]ἐστιν[6]);

5. Τίς τούτων ὄντων καὶ γεγραμμένων οὐ συνορᾷ, [e]ἐπεὶ τῶν μὲν κτισμάτων οὐδὲν ὅμοιον ὁ υἱὸς ἔχει, πάντα δὲ τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστιν, ὅτι ὁμοούσιος ἂν εἴη ὁ υἱὸς τῷ πατρί; ὥςπερ γὰρ εἰ τῶν κτισμάτων τινὰ εἶχεν ὁμοιότητα καὶ πρὸς αὐτά τινα εἶχε συγγένειαν, ὁμοούσιος ἂν αὐτοῖς ἦν· οὕτως ἀλλότριος μὲν ὢν κατ' οὐσίαν τῶν γενητῶν, ἴδιος δὲ τοῦ πατρὸς λόγος, καὶ [f]οὐκ ἄλλος ὢν οὗτος ἐκείνου, ἐπειδὴ καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἴδια πάντα τὰ τοῦ πατρός, ὁμοούσιος εἰκότως ἂν εἴη τῷ πατρί. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πατέρες νοήσαντες ὡμολόγησαν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ ὁμοούσιον καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν. συνεῖδον γὰρ καλῶς, ὅτι κτιστὴ οὐσία οὐ δύναται [g]ἄν ποτε εἰπεῖν· πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστιν[7]), ἀρχὴν γὰρ ἔχουσα τοῦ γίνεσθαι οὐκ ἔχει τὸ ὢν καὶ τὸ ἦν ἀϊδίως. [h]καὶ διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ταῦτ' ἔχει ὁ υἱός, καὶ πάντα δὲ τὰ προειρημένα τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστιν, ἀνάγκη [i]μὴ κτιστὴν εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ὁμοούσιον τῷ πατρί. ἄλλως τε καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἂν εἴη κτιστὴ οὐσία, δεκτικὴ τῶν ἰδίων τοῦ θεοῦ· ἴδια δὲ αὐτοῦ ἐστιν ἐξ ὧν γινώσκεται [k]ὁ θεός, οἷον τὸ παντοκράτωρ, τὸ ὤν, τὸ ἀναλλοίωτον καὶ τὰ ἕτερα τὰ προειρημένα,

1) Psal. 82 [81. LXX.], 6. 7. 2) Ezech. 28, 2. 9. 3) Ioan. 14, 10. 4) Psal. 45 [44. LXX.], 7. 5) Esai. 45, 14. 15. 6) Ioan. 14, 10. 7) Ioan. 16, 15.

a. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. At alii et editi γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ πατήρ etc.

b. Ita Reg. Seguer. et Graecus Scripturae textus. Ceteri et editi τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

c. Gobler. et Felckm. 1. καὶ ὁ Ἡσαΐας· ἐκοπίασεν. Ibid. Basil. et Anglican. ἐμπορίαι. Mox Gobler. et Felckm. 1. Σαβαείμ, ut et habet Graecus Scripturae textus. Reg. et Seguer. Σαβαείν. Alii et editi Σαβαίν. Item mox Reg. et Seguer. ἀκολουθήσουσί σοι ὀπίσω.

d. ἐστιν deest in Reg. et Seguer.

e. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν etc.

f. Ita Reg. et Seguer. At alii et editi οὐκ omittunt. Ibidem Gobler. Felckm. 1. Anglic. Reg. et Segner. οὗτος ἐκείνου. Ceteri et editi οὗτος ἐκείνων. Mox Reg.

quia naturâ non sunt dii, fit aliquando ut quidam mutentur haecque P. 666. audiant: *Ego dixi: dii estis et filii Excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriminì.* Talis ille erat, cui dictum est: *Tu vero homo es et non Deus.* At Filius Deus verus est non secus ac Pater. In ipso siquidem est et Pater in Filio, quemadmodum Ioannes scripsit, uti ostensum est. David autem psallit: *Sedes tua, Deus, in saecula saeculi. Virga aequitatis virga regni tui.* Et Propheta Esaias clamat: *Laboravit Aegyptus et negotiatio Aethiopiae, et Sabaim viri excelsi ad te transibunt, et te sequentur vincti manicis et adorabunt te, quia in te Deus est. Tu enim es Deus Israël, et nesciebamus.* Quis vero Deus est, in quo est Deus, nisi Filius, qui dicit: *Ego in Patre et Pater in me est?*

... ita se habeant ac conscripta sint, quis non videt,
Fil... ntialem, quandoquidem nihil simile habet
... sunt Patris, sunt etiam Filii?
... similitudinem et co-
... nia ab iisdem se-
... st' Verbum, nec
..., eiusdem propria
... se. Haec siquidem
... Synodo Filium con-
... si sunt. Recte enim
... unquam dicere: *Om-*
... a cum existendi initium
... dici nequit. Ac proinde
... e Patris esse dictum est,
... iam non esse creatam, sed
... tum certe id...
... dari et superexaltari. Igitur
... erbum habetur, ita per ipsum
... potentia Patri concinitur, quo

... ri ... ox τὸν quo-

Felckm. Commel. ἀΐδιος. Ιου...

g. Sic Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Anglic., sed a tribus postremis abest ἐστι. Ceteri et editi υἱὸν, τουτέστιν ὁμοούσιον.

h. Ita Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Ottobon. Ceteri autem cum edit. Commel. δροσίσαντα. Ibid. Reg. et Seguer. εἶδε. Alii et editi οἶδε.

i. Felckm. 2. et editi οὐκ ἔστι μὲν et mox γέγονε μὲν πάντα τὰ ἔργα.

k. Felckm. 2. et editio Commel. ὥσπερ γάρ.

P. 666. μὴ ὄντες τῇ φύσει θεοὶ ἔστιν ὅτε τινὲς τρέπονται, ἀκούοντες· ἐ
εἶπα, θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρω
ἀποθνήσκετε1). τοιοῦτος ἦν ὁ ἀκούσας· σὺ δὲ εἶ ἄνθρωπος κ
οὐ θεός2). ὁ δὲ υἱὸς θεὸς ἀληθινός ἐστιν ὡς ὁ πατήρ. ἐν αὐτ
γάρ [a]ἐστιν καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ· καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης ἔγραψε
ὡς δέδεικται, ὁ δὲ Δαβὶδ ψάλλει· ὁ θρόνος σου, ὁ θεός, εἰς [b]α
ῶνα αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου4). κ
[c]ὁ προφήτης δὲ Ἡσαΐας βοᾷ· ἐκοπίασεν Αἴγυπτος καὶ ἐμπορ
Αἰθιόπων· καὶ οἱ Σαβαεὶμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται. κ
ἀκολουθήσουσιν οἱ ὀπίσω σου δεδεμένοι χειροπέδαις, καὶ προσκ
νήσουσί σοι, ὅτι ἐν σοὶ ὁ θεός. σὺ γὰρ εἶ ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, κ
οὐκ ᾔδειμεν5). τίς δή ἐστιν ὁ θεός, ἐν ᾧ ὁ θεός, εἰ μὴ ὁ υἱὸς
λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί [d]ἐστιν6);

5. Τίς τούτων ὄντων καὶ γεγραμμένων οὐ συνορᾷ, [e]ἐπεὶ τῶ
μὲν κτισμάτων οὐδὲν ὅμοιον ὁ υἱὸς ἔχει, πάντα δὲ τὰ τοῦ πατ
τοῦ υἱοῦ ἐστιν, ὅτι ὁμοούσιος ἂν εἴη ὁ υἱὸς τῷ πατρί; ὥσπερ γὰ
εἰ τῶν κτισμάτων τινὰ εἶχεν ὁμοιότητα καὶ πρὸς αὐτά τινα εἶχ
συγγένειαν, ὁμοούσιος ἂν αὐτοῖς ἦν, οὕτως ἀλλότριος μὲν ὢν κατ
οὐσίαν τῶν γενητῶν, ἴδιος δὲ τοῦ πατρὸς λόγος, καὶ [f]οὐκ ἄλλο
ὢν οὗτος ἐκείνου, ἐπειδὴ καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἴδια πάντα τὰ τοῦ πατρός, ὁμοούσιος εἰκότως ἂν εἴη τῷ πατρί. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πατέρες νοήσαντες ὡμολόγησαν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ ὁμοούσιον καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν. συνεῖδον γὰρ καλῶς, ὅτι κτιστὴ οὐσία οὐ δύναται [g]ἄν ποτε εἰπεῖν· πάντα, ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστιν7), ἀρχὴν γὰρ ἔχουσα τοῦ γίνεσθαι οὐκ ἔχει τὸ ὢν
καὶ τὸ ἦν ἀϊδίως. [h]καὶ διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ταῦτ' ἔχει ὁ υἱός, κα
πάντα δὲ τὰ προειρημένα τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ ἐστιν, ἀνάγκη [i]μ
κτιστὴν εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' ὁμοούσιον τῷ πατρί. ἄλλως τε καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἂν εἴη κτιστὴ οὐσία, δεκτικὴ τῶν ἰδίων τοῦ θεοῦ· ἴδια δὲ αὐτοῦ ἐστιν ἐξ ὧν γινώσκεται [k]ὁ θεός, οἷον τὸ παντοκράτωρ, τὸ ὤν, τὸ ἀναλλοίωτον καὶ τὰ ἕτερα τὰ προειρημένα.

1) Psal. 82 [81. LXX.], 6. 7. 2) Ezech. 28, 2. 9. 3) Ioan. 14, 10. 4) Psal. 45 [44. LXX.], 7. 5) Esai. 45, 14. 15. 6) Ioan. 14, 10. 7) Ioan. 16, 15.

a. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. At alii et editi γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ πατήρ etc.

b. Ita Reg. Seguer. et Graecus Scripturae textus. Ceteri et editi τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

c. Gobler. et Felckm. 1. καὶ ὁ Ἡσαΐας· ἐκοπίασεν. Ibid. Basil. et Anglican. ἐμπορίαι. Mox Gobler. et Felckm. 1. Σαβαεὶμ, ut et habet Graecus Scripturae textus. Reg. et Seguer. Σαβαείν. Alii et editi Σαβαίν. Item mox Reg. et Seguer. ἀκολουθήσουσί σοι ὀπίσω.

d. ἐστιν deest in Reg. et Seguer.

e. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν etc.

f. Ita Reg. et Seguer. At alii et editi οὐκ omittunt. Ibidem Gobler. Felckm. 1. Anglic. Reg. et Seguer. οὗτος ἐκείνου. Ceteri et editi οὗτος ἐκείνων. Mox Reg.

quia naturâ non sunt dii, fit aliquando ut quidam mutentur haecque P. 686. audiant: *Ego dixi: dii estis et filii Excelsi omnes. Vos autem sicut homines morimini.* Talis ille erat, cui dictum est: *Tu vero homo es et non Deus.* At Filius Deus verus est non secus ac Pater. In ipso siquidem est et Pater in Filio, quemadmodum Ioannes scripsit, uti ostensum est. David autem psallit: *Sedes tua, Deus, in saecula saeculi. Virga aequitatis virga regni tui.* Et Propheta Esaias clamat: *Laboravit Aegyptus et negotiatio Aethiopiae, et Sabaim viri excelsi ad te transibunt, et te sequentur vincti manicis et adorabunt te, quia in te Deus est. Tu enim es Deus Israël, et nesciebamus.* Quis vero Deus est, in quo est Deus, nisi Filius, qui dicit: *Ego in Patre et Pater in me est?*

5. Quae cum ita se habeant ac conscripta sint, quis non videt, Filium Patri esse consubstantialem, quandoquidem nihil simile habet cum rebus creatis, sed quaecunque sunt Patris, sunt etiam Filii? Quemadmodum enim si quam cum rebus creatis similitudinem et cognationem haberet, illis consubstantialis esset, ita quia ab iisdem secundum substantiam alius est, propriumque Patris est Verbum, nec alius ab illo est; cum item omnia, quae Patris sunt, eiusdem propria sint, verum sane est eum Patri consubstantialem esse. Haec siquidem fuit mens et sententia Patrum, cum in Nicaena Synodo Filium consubstantialem et ex substantia Patris esse confessi sunt. Recte enim perspexerunt, nullam creatam substantiam posse unquam dicere: *Omnia, quaecumque habet Pater, mea sunt.* Nam cum existendi initium habeat, eam et proprie esse et semper fuisse dici nequit. Ac proinde quia haec Filio conveniunt, et omnia, quae Patris esse dictum est, Filii quoque sunt, necesse est Filii substantiam non esse creatam, sed Patri consubstantialem. Unde cum alias ob causas tum certe idcirco creata dici non potest substantia, quod proprietatum Dei capax sit. Proprietates autem eius appello, ex quibus Deus cognoscitur, ut quod sit omnipotens, quod proprie sit, quod sit immutabilis, aliaque superius dicta, ne videlicet ipse Deus rebus creatis, uti volunt insipientes,

et Seguer. πάντα τὰ τοῦ πατρός. Alii et editi τά omittunt.

g. Sic Reg. et Seguer. At in aliis et editis ἂν deest. Paulo post Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Anglic. habent τοῦ γίνεσθαι. Ceteri et editi τοῦ γενέσθαι.

h. Ita Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. anonymus. At alii et editio Commel. ἀϊδίως· ὁ δὲ υἱὸς διὰ τοῦτο ἀΐδιος. ἐπειδή etc. Mox Gobler. Felckmanni 1. anonymus et Anglic. δέ omittunt post πάντα. Ibidem Reg. et Seguer. προειρημένα τοῦ πατρός. Alii et editi προειρημένα περὶ τοῦ πατρός.

i. Sic Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. anonymus et Anglican. At alii οὖν μή. Paulo post Anglic. ἄλλως τε δὲ καί etc.

k. Ita Reg. et Seguer. In aliis et editis ὁ deest.

P. 687. ἵνα μὴ ὁμοούσιος [a]τῶν κτισμάτων αὐτὸς ὁ Θεὸς φαίνηται κατὰ τοὺς ἄφρονας, ἔχων ἅπερ καὶ τὰ κτίσματα ἔχειν δύναται.

6. Καὶ [b]οὕτως δ' ἄν τις διελέγξειεν τὴν ἀσέβειαν τῶν λεγόντων κτίσμα εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον. ἡ πίστις ἡμῶν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον [c]πνεῦμά ἐστι, λέγοντος αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ τοῖς ἀποστόλοις· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος[1]). εἶπε δὲ οὕτως, ἵνα ἐξ ὧν οἴδαμεν, ἀπὸ τούτων νοῶμεν καὶ περὶ τῶν [d]προειρημένων. ὥςπερ οὖν οὐκ ἂν εἴποιμεν τοὺς πατέρας ποιητὰς ἀλλὰ γεννήτορας, καὶ αὐτοὺς δὲ ἡμᾶς οὐκ ἄν εἴποι τις κτίσμα πατέρων, ἀλλὰ υἱοὺς φύσει καὶ ὁμοουσίους τῶν πατέρων, οὕτως εἰ πατὴρ ὁ Θεός, πάντως υἱοῦ φύσει καὶ ὁμοουσίου ἐστὶ πατήρ. Ἀβραὰμ γ' οὖν οὐκ ἔκτισε τὸν [e]Ἰσαὰκ ἀλλ' ἐγέννησε· Βεσελεὴλ δὲ καὶ Ἐλιὰβ οὐκ ἐγέννησαν, ἀλλ' ἐποίησαν πάντα τε ἔργα τὰ ἐν τῇ σκηνῇ[2]), καὶ ναυπηγὸς δὲ καὶ οἰκοδόμος οὐ γεννῶσιν ἃ ποιοῦσιν, ἀλλ' ἕκαστος ἐργάζεται, ὁ μὲν τὸ σκάφος, ὁ δὲ τὴν οἰκίαν. ὁ μέν τοι Ἰσαὰκ οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ γεννᾷ φύσει [f]καὶ ὁμοούσιον τὸν Ἰακώβ, καὶ ὁ Ἰακὼβ δὲ οὕτως τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. ὥςπερ οὖν μαίνοιτ' ἄν τις λέγων τὴν οἰκίαν ὁμοούσιον τοῦ οἰκοδόμου καὶ τὸ σκάφος τοῦ ναύπηγοῦ, οὕτως πρεπόντως ἄν τις εἴποι πάντα υἱὸν ὁμοούσιον εἶναι τοῦ ἑαυτοῦ πατρός. εἰ τοίνυν πατήρ ἐστι καὶ υἱός, ἀνάγκη τὸν υἱὸν φύσει καὶ ἀληθείᾳ εἶναι [g]υἱόν, τοῦτο δέ ἐστι τὸ ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρί, ὡς ἐπὶ πολλῶν ἐδείχθη. ἀμέλει περὶ μὲν τῶν ποιημάτων· αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν[3]), περὶ δὲ τοῦ υἱοῦ ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν[4]), ὁ δὲ Δανιὴλ εἰδὼς υἱὸν τοῦ Θεοῦ, οἶδε καὶ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν μὲν υἱὸν εἶδε [h]δροσίζοντα τὴν κάμινον, περὶ δὲ τῶν ἔργων εἰρηκώς· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν [illegible][5]) ἕκαστον μὲν τῶν κτισμάτων κατέλεξε, τὸν δὲ υἱὸν οὐ συνηρίθμησε τούτοις [illegible] πατρὶ δὲ ὑμνούμενος [illegible] εἰδὼς ὅτι οὐκ ἔστιν [i]ἔργον ἀλλὰ δι' αὐτοῦ γέγονε μὲν τὰ ἔργα, ἐν [illegible] -οκαλύπτεται [illegible] ὑπερυψούμενός ἐστιν. [k]ὥςπερ οὖν δι' αὐτοῦ [illegible] ὁ ὕμνος, τοῖς γινώσκουσιν, οὕτως δι' αὐτοῦ ἡ εὐλογία καὶ [illegible]

1) Matth. 28, 19. 2) Exod. 36, 1. 3) Psal. 148, 5. 4) Psal. 4[illegible] LXX.], 2. 5) Hymn. III. puer. 25. 34 [Dan. 3, 49. 57. Vulg.].

a. Sic Reg. Seguer. Basil. et Anglic. At alii et editi αὐτῶν τῶν κτισμάτων.

b. Ita Reg. et Seguer. At alii et editi δὲ omittunt. Mox Basil. τὸν τούτου λόγον.

c. Sic Reg. et Seguer. Ceteri vero et editi omittunt ἐστι. Mox verba τοῖς ἀποστόλοις, πορευθέντες habentur in Reg. [illegible] Seguer. Anglic. Gobler. et Fe[illegible] legit Nannius, sed desunt in a[illegible] tis. Ibidem Reg. et Seguer. [illegible] πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου ε[illegible]

d. Reg. et Seguer. εἰρημένω[illegible] que mox et Gobler. ac Felckm. [illegible] mus εἴποιμεν, ubi alii et editi ε[illegible]

consubstantialis esse videretur, ea nempe habens, quae illae habere possent. P. 667.

6. Sic autem etiam refutari potest eorum impietas, qui Dei Filium rem creatam esse pugnant. Nempe fides nostra est in Patrem, Filium et Spiritum sanctum, ipso Filio ad apostolos dicente: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Quibus sane verbis usus est, ut ex his, quae novimus, ea, quae dicta sunt, intelligeremus. Quemadmodum ergo patres non opifices sed genitores appellamus, ac proinde nemo nos a patribus creatos, sed patrum esse naturâ filios et consubstantiales dicere possit; ita si Pater est Deus, profecto Pater est Filii, qui sit naturâ filius ipsique proinde consubstantialis. Hinc Abraham non creavit sed genuit Isaac, Beseleel autem et Eliab non genuerunt, sed fecerunt omnia opera, quae in tabernaculo erant. Similiter navium et aedificiorum fabricatores non gignunt quae faciunt, sed illi quidem navem, hi domum construunt. Sic item Isaac non fecit, sed genuit sibi naturâ consubstantialem Iacob, ut et Iacob Iudam ac fratres eius. Quocirca ut is sana mente non esset, qui domum vel navem opifici esse consubstantialem diceret; ita profecto fateri convenit, omnem filium suo patri esse consubstantialem. Qua propter si vere et Pater et Filius est, necesse omnino est Filium naturâ et veritate filium hoc est Patri consubstantialem esse, quod quidem multis demonstratum est. Certe de operibus dicitur: *Ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt*, de Filio autem: *Eructavit cor meum Verbum bonum.* Daniel quoque Filium Dei optime noverat; noverat et Dei opera. Itaque Filium quidem flammas fornacis rore irrigantem vidit; at cum de operibus dixisset: *Benedicite omnia opera Domini Domino*, singulas quidem res creatas enumeravit, sed inter eas Filium minime collocavit, quippe qui non esset nescius, illum opus non esse, sed per ipsum facta esse opera, eumque in Patre laudari et superexaltari. Igitur quemadmodum Dei cognitio per ipsum Verbum habetur, ita per ipsum et in ipso benedictio, laus, gloria et potentia Patri concinitur, quo

idem post *πατέρας* Reg. et Seguer. adnt *ἑαυτῶν*. Ibidem Gobler. et Felcknni 1. *οὐκ ἂν εἴποι κτίσμα*.

e. Ita Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. ut et legit Nannius, at alii et editi *υἱόν*.

x Reg. et Seguer. *καὶ Βεσελεὴλ δέ* etc.

f. Sic Reg. Seguer. et Anglic. At Otbon. *φύσει τὸν Ἰακὼβ υἱόν*. Ceteri editio Commel. *καὶ τὸν Ἰακώβ*. Mox dem Gobler. et Felckm. 1. *ὁ δὲ τὸν ύδα. ὥςπερ οὖν* etc. Reg. habet quoe *τὸν Ἰούδα*.

g. Sic Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Anglic., sed a tribus postremis abest *ἐστι*. Ceteri et editi *υἱὸν, τουτέστιν ὁμοούσιον*.

h. Ita Reg. Seguer. Gobler. Felckm. 1. et Ottobon. Ceteri autem cum edit. Commel. *δροσίσαντα*. Ibid. Reg. et Seguer. *εἶδε*. Alii et editi *οἶδε*.

i. Felckm. 2. et editi *οὐκ ἔστι μέν* et mox *γέγονε μὲν πάντα τὰ ἔργα*.

k. Felckm. 2. et editio Commel. *ὥςπερ γάρ*.

P. 687. δόξα καὶ τὸ κράτος ὁμολογεῖται τῷ πατρὶ δι' αὐτοῦ [a]καὶ ἐν αὐτῷ, ἵνα καὶ εὐπρόσδεκτος ἡ τοιαύτη ὁμολογία γένηται, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν. ἐκ πολλῶν μὲν οὖν καὶ ἐκ τούτων δέδεικται [b]καὶ δείκνυ-
P. 688. ται ἀσεβὴς ὁ λέγων κτίσμα εἶναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον.

7. Ἀλλ' ἐπειδὴ προφασίζονται τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις γεγραμμένον, τὸ κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ [1]), καὶ [c]ἐπιλέγουσιν ἑαυτοῖς· ἰδοὺ ἔκτισε καὶ κτίσμα ἐστίν· ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἐκ τούτου δεῖξαι ὅσον πλανῶνται, μὴ εἰδότες τὸν σκοπὸν τῆς θείας γραφῆς. εἰ μὲν οὖν υἱός ἐστι, μὴ λεγέσθω κτίσμα, εἰ δὲ κτίσμα, μὴ λεγέσθω υἱός. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅση διαφορά ἐστι κτίσματος καὶ υἱοῦ. καὶ ἐπειδὴ ἡ τελείωσις οὐκ εἰς [d]κτίστην καὶ κτίσμα, ἀλλ' εἰς πατέρα καὶ υἱὸν κρατεῖ, ἀνάγκη μὴ λέγεσθαι κτίσμα ἀλλ' υἱὸν τὸν κύριον. οὐ γέγραπται οὖν; φησι. ναὶ γέγραπται καὶ ἀναγκαίως εἴρηται, ἀλλὰ κακῶς νοοῦσι τὸ καλῶς εἰρημένον οἱ αἱρετικοί. εἰ γὰρ ἐνόουν καὶ ἐγίνωσκον τὸν χαρακτῆρα τοῦ Χριστιανισμοῦ, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἔλεγον κτίσμα εἶναι, οὐδὲ προσέκοπτον τῷ γεγραμμένῳ καλῶς. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, διὰ τοῦτο, ὡς γέγραπται, ἐν σκότῳ διαπορεύονται [2]), ἡμᾶς δὲ ὅμως ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἵν' ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἐν τούτῳ δειχθῶσιν ἄφρονες, ἡμεῖς δὲ μὴ παραλίπωμεν τὸν κατὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔλεγχον, ἴσως καὶ αὐτοὶ μεταγνῶσιν. ὁ χαρακτὴρ τοίνυν τῆς ἐν Χριστῷ πίστεώς ἐστιν οὗτος, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον ὄντα θεόν, ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος [3]), σοφίαν ὄντα καὶ δύναμιν τοῦ πατρός, Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία [4]), τοῦτον ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἄνθρωπον [e]γεγενῆσθαι διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰωάννης εἰρηκώς· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, μετ' ὀλίγα εἶπε· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο [5]), ἴσον τῷ εἰπεῖν· ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὁ [f]μὲν κύριος περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγε· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα [6]); [g]ὁ δὲ Παῦλος παρ' αὐτοῦ μαθὼν ἔλεγεν· εἷς θεός, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς [7]). ἄνθρωπος δὲ γενόμενος καὶ οἰκονομήσας τὰ ἀνθρώπινα, τροπώσας τε καὶ καταργήσας [h]τὸν καθ' ἡμῶν θάνατον κάθηται νῦν ἐν δεξιᾷ

1) Prov. 8, 22. 2) Psal. 82 [81. LXX.], 5. 3) Ioan. 1, 1. 4) 1. Cor. 1, 24. 5) Ioan. 1, 14. 6) Ioan. 7, 19; 8, 40. 7) 1. Tim. 2, 5.

a. Editio Commel. et Felckm. 2. καί omittunt. Mox Seguer. ἵνα εὐπρόσδεκτος.

b. Ita Reg. Seguer. et Basil. et Anglic. At alii et editi omittunt καὶ δείκνυται.

c Sic Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. Ceteri vero et editio Commel. ἐπεὶ λέγουσιν. Mox Regius et Segner. ἔκτισε. Alii et editio Commel. ἐκτίσθη, editio autem Paris. et Colon. κτίστης. Ibidem post ἀναγκαῖον Reg. et Seguer. omittunt ἐστι.

d. Ita Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. At Ottobon. ἐκτίσθη καί etc. Alii et editio Commel. κτίσιν καὶ κτίσμα, male.

e. Sic Reg. Segner. Gobler. et Felckm. 1. Alii et editio Commel. γενέσθαι. Mox

grata et accepta sit huiusmodi confessio, sicuti Scripturae testantur. P. 687.
Itaque cum ex multis rationibus tum ex istis perspicuum et evidens est, impium eum esse, quicumque Dei Verbum rem creatam esse con- P. 688.
tendit.

7. Verum cum maxime his Proverbiorum verbis niti videantur: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua*, atque ad hunc modum concludant: „Ecce igitur creavit, ac proinde res est cre- „ata;" e re sane fuerit ex hoc etiam loco ostendere, quantum illi hallucinentur et a scopo divinae Scripturae aberrent. Enimvero si Filius est, res creata ne dicatur; sed si res est creata, Filius non appelletur. Namque supra probatum est, quantum esset rei creatae et Filii discrimen. Deinde cum initiatio sive Baptismus non in nomine creatoris et rei creatae, sed in nomine Patris et Filii perficitur, necesse est Dominum non rem creatam sed Filium vocari. „At, inqui- „unt, an non id scriptum est?" Ita sane scriptum est et necessario dictum; sed haeretici quod bene dictum est male profecto intelligunt. Si enim Christianismi formam et characterem intelligerent cognoscerentve, Dominum gloriae rem creatam esse nequaquam dicerent, neque quod recte scriptum est illis instar scopuli esset. Hi igitur *nescierunt neque intellexerunt,* quam ob rem, uti scriptum est, *in tenebris ambulant.* Verumtamen rem explicare necesse est, cum ut illi etiam hoc in loco desipere convincantur, tum ne nos ipsi refutationem illorum impietatis praetermisisse videamur, ac denique fortasse ut iidem ipsi quoque resipiscant. Is est itaque Christianae fidei character, Filium Dei, qui Verbum Deus est (nam *in principio erat Verbum et Deus erat Verbum*), qui sapientia et virtus Patris est (Christus enim *Dei virtus et Dei sapientia*), in fine saeculorum hominem propter nostram salutem factum esse. Ioannes enim, qui dixit: *In principio erat Verbum,* mox subiecit: *et Verbum caro factum est,* quod idem est ac si diceret: homo factus est. Quin etiam ipse Dominus de seipso aiebat: *Quid me quaeritis interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* Paulus vero ab eodem doctus scribit: *Unus Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus,* homo inquam factus, qui rebus humanis optime administratis et morte, cuius rei eramus,

post *σωτηρίαν* Reg. et Seguer. omittunt *ἐδέησεν*, quae vox ibi in aliis et editis habetur. Ibidem iidem Reg. et Seguer. *αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰωάννης εἰρηκὼς, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, μετ᾽ ὀλίγα* etc. Gobler. et Felckm 1. *Ἰωάννης γάρ φησι ..... καὶ μετ᾽ ὀλίγα.* Alii et editi *οὕτως γὰρ Ἰωάννης εἴρηκεν .... καὶ μετ᾽ ὀλίγα.*

f. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *μέν* omittunt. Mox in Seguer. *τήν* deest ante *ἀλήθειαν*.

g. Gobler. et Felckm. 1. *ὁ δὲ Παῦλός φησιν· εἷς θεός* etc. Ibid. *καί* abest ab editione Commel.

h. Ottobon. *τὸν καθ᾽ ἡμᾶς.* Ibidem Reg. et Seguer. *κάθηται νῦν* etc. Alii et editio Commel. *νῦν* omittunt.

P. 688. τοῦ πατρός, ἐν αὐτῷ ὢν καὶ τοῦ πατρὸς ὄντος ἐν αὐτῷ, ὥςπερ ἦν ἀεὶ καὶ ἔστι διαπαντός.

14. Haec igitur cogitanti mihi maior in hoc dicto occurrit sententiae profunditas. Quapropter multis antea Dominum precatus, qui supra puteum sedit et super mare deambulavit, ad dispensationem redeo in illo pro nobis exhibitam. Fortassis ex illa lectionis assequar intellectum. Omnis itaque divina Scriptura hanc annunciat et praedicat, maximeque Ioannes, qui ait: *Verbum caro factum est et habitavit in nobis,* et Paulus his verbis: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Ideo enim Deus cum esset atque homo factus esset, ut Deus excitabat mortuos, verbo sanabat universos, mutavit etiam aquam in vinum, non enim hominis haec erant opera; prout autem gestabat corpus, sitiebat, laborabat et patiebatur, non enim haec erant deitati propria. Et ut Deus quidem aiebat: *Ego in Patre et Pater in me,* ut autem corpus gestabat, Iudaeos arguebat: *Quid me quaeritis interfi-*

τωνας, quae vox cum desit in Reg. Segu. Gobler. et Felckm. 1.. expuncta est.

d. Reg. et Seguer. soli *τὸ μὲν παλαιόν,* non male. Paulo post editi *ὡς ἄνωθεν.* Sed in Reg. Segu. Gobler. et Felckm. 1. *ὡς* deest.

e. Sic Basil. Anglic. et editi. Reg. vero Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. *μείζονα πάντα τῆς ἐν τῷ ῥητῷ.* Mox Gobler. et Felckm. 1. *παρακαλέσας τὸν κύριον, ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν.* Ibidem Anglic. *καθισθέντα.*

f. Gobler. et Felckm. 1. *λαβὼν ὑπήκοος γεν.* omissis intermediis.

g. *διὰ τοῦτο* etc. leguntur in Concil. Lateranensi tom. 6. Conciliorum pag. 304 [Mansi Conc. Coll. Tom. X. pag. 1103.]. Ibidem legitur in Lateran. *ἄνθρωπος γεγονώς, ὡς μὲν Θεὸς ὢν τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετέβαλλεν, ὡς δὲ σῶμα φορῶν ἐδίψα, καὶ ἐκοπία, καὶ ἔπασχεν· οὐ γὰρ ἦν ἴδια ταῦτα τῆς θεότητος.* Mox Reg. et Seguer. *πάντα θεραπεύων.*

h. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. *ταῦτα τὰ ἔργα.*

p. 706. ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός[1]) [a]ἐγίνετο δὲ ταῦτα οὐ διῃρημένως κατὰ τὴν τῶν γινομένων ποιό-τητα, ὥςτε τὰ μὲν τοῦ σώματος χωρὶς τῆς θεότητος, τὰ δὲ τῆ[ς] θεότητος χωρὶς τοῦ σώματος δείκνυσθαι, συνημμένως δὲ πάντ[α] ἐγίνετο, καὶ εἷς ἦν ὁ ταῦτα ποιῶν κύριος παραδόξως τῇ ἑαυτ[οῦ] χάριτι. ἔπτυε γὰρ ἀνθρωπίνως, καὶ τὸ πτύσμα ἦν ἔνθεον, ἐν αὐ-τῷ γὰρ ἐποίει τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἐκ [b]γενετῆς τυφλοῦ ἀναβλέπει[ν]
p. 708. καὶ δεικνύναι δὲ θέλων ἑαυτὸν θεὸν ἀνθρωπίνῃ γλώττῃ τοῦτο ση-μαίνων ἔλεγεν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[2]). καὶ μόνον δὲ θέλω[ν] [c]ἐθεράπευε, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ἐκτείνων χεῖρα ἤγειρε τὴν πενθε-ρὰν Πέτρου πυρέσσουσαν, καὶ τὴν τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατέρ[α] ἤδη τελευτήσασαν ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνήγειρεν.

15. Αἱρετικοὶ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἰδίαν ἀπαιδευσίαν ἐμάνησαν, καὶ οἱ μὲν τὰ σωματικὰ βλέποντες τοῦ σωτῆρος ἠρνήσαντο τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος[3]), οἱ δὲ τὰ τῆς θεότητος θεωροῦντες ἠγνόησαν τὸ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο[4])· ὁ δὲ πιστὸς καὶ ἀποστολικὸς ἀνὴρ εἰδὼς τὴν τοῦ κυρίου φιλανθρωπίαν βλέπων μὲν τὰ τῆς θεότητο[ς] σημεῖα θαυμάζει τὸν ἐν τῷ σώματι κύριον, θεωρῶν δὲ πάλιν κα[ὶ] [d]τὰ τοῦ σώματος ἴδια ὑπερεκπλήσσεται, κατανοῶν τὴν ἐν αὐτοῖς τῆς θεότητος ἐνέργειαν. τοιαύτης δὲ οὔσης τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως, ὅταν τινὲς εἰς τὰ ἀνθρώπινα βλέποντες [e]ἴδωσι τὸν κύ-ριον διψῶντα ἢ κοπιῶντα ἢ πάσχοντα, καὶ μόνον φλυαρήσωσιν ὡς κατὰ ἀνθρώπου τοῦ σωτῆρος, ἁμαρτάνουσι μὲν μεγάλως, δύ-νανται δὲ ὅμως ταχέως μεταγινώσκοντες λαμβάνειν συγγνώμ[ην] ἔχοντες πρόφασιν τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν. [[f]ἔχουσι γὰρ κ[αὶ] τὸν ἀπόστολον συγγνώμην αὐτοῖς νέμοντα, καὶ οἱονεὶ χεῖρα αὐτ[οῖς] ἐν τῷ λέγειν ἐκτείνοντα, ὅτι καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐ-σεβείας μυστήριον, θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί[5]).] ὅταν δὲ πάλιν τ[ὰ] τῆς θεότητος ἔργα θεωροῦντές τινες [g]διστάζωσι περὶ τῆς τοῦ σω-ματος φύσεως, καὶ αὐτοὶ μὲν ἁμαρτάνουσι τὰ μέγιστα, ὅτι καὶ τε-βλέποντες ἐσθίοντα καὶ πάσχοντα φαντάζονται φαντασίαν, συγγι-νώσκειν δὲ ὅμως καὶ τούτοις ταχέως μεταγινώσκουσιν ὁ Χριστὸ[ς] δύναται διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς ἔχειν πρόφασιν τὴν ἐκ τῶν ἔργων ὑπὲ[ρ] ἄνθρωπον μεγαλειότητα. ἐπειδὰν δὲ τὴν ἀμφοτέρων τούτ[ων]

1) Ioan. 8, 40. 2) Ioan. 10, 30. 3) Ioan. 1, 1. 4) Ioan. 1, 1[4]
5) 1. Tim. 3, 16.

a. Reg. et Seguer. παρὰ τοῦ πατρός μου. Ibidem ἐγίνετο δὲ ταῦτα etc. usque ad ποιῶν κύριος inclusive habentur in Concil. Lateran. eodem loco.

b. Reg. Seguer. Anglican. et Felckm. 2. γεννητῆς. Editi et alii γενετῆς.

c. Reg. et Seguer. ἐθεράπευσε. Mox δέ deest in Gohler. et Felckm. 1. Ibi[dem] mox πυρέσσουσαν. αἱρετικοὶ μέν om[issis] intermediis. Haec autem αἱρετικοὶ μ[ὲν] cum sequentibus bene multis habentur [in] Concilio Lateranensi loco supra cit[ato]. Mox Lateran. κατὰ τὴν οἰκείαν ἀπαιδε-σίαν. Reg. et Seguer. κατὰ τὴν ἰδ[ίαν]

cere, hominem, qui veritatem vobis loquutus sum, quam audivi a P. 705.
Patre? Haec autem nequaquam divisim facta sunt iuxta gestarum rerum rationem, ita ut quae a corpore fierent, sine divinitate, quae autem a divinitate, sine corpore exhiberentur; sed coniunctim omnia agebantur, et unus erat Dominus, qui ea mirabiliter per suam efficiebat gratiam. Spuebat enim ut homo, sputum tamen divinum erat, per ipsum quippe caeco a nativitate visum restituit. Et cum vellet sese Deum exhibere, humana lingua idipsum significans aiebat: *Ego et Pa-* P. 706.
ter unum sumus, solaque voluntate sua sanabat. Humanam item manum extendens socrum Petri febricitantem erexit, et Archisynagogi filiam iam defunctam a mortuis suscitavit.

15. Haeretici igitur ignorantia sua insaniunt, quorum alii corporea Salvatoris respicientes negarunt illud: *In principio erat Verbum,* alii quae divinitatis sunt spectantes ignoraverunt illud: *Verbum caro factum est.* Vir autem fidelis et Apostolicus, gnarus Dominicae benignitatis, ubi conspicit divinitatis signa, miratur eum qui in corpore est Dominum. Rursus cum ea, quae corpori sunt propria, intuetur, obstupescit animadversa in illis divinitatis efficacia. Eiusmodi cum sit Ecclesiastica fides, ubi quidam humana spectantes Dominum vident sitientem vel laborantem vel patientem, et Salvatori velut homini obtrectant, magnopere quidem peccant, possunt tamen celeriter poenitentiam agendo veniam consequi, cum habeant pro excusatione imbecillitatem corporis. [Cum maxime Apostolus veniam eis concedat, et quasi manum illis porrigat haec dicendo: *Revera magnum est pietatis mysterium, Deus manifestatus est in carne.*] Cum autem rursus quidam divinitatis opera considerantes dubitaverint de corporis natura, ipsi quoque maxime peccant, quod licet eum videant comedentem et patientem, phantasma nihilominus ipsum arbitrentur; verum illis item cito resipiscentibus veniam Christus donare potest, quod et ipsi pro excusatione habeant magnitudinem operum hominis potestatem excedentium. Verum posteaquam utrorumque inscitiam et caecitatem su-

ἀπαιδευσίαν. Editi et ceteri minus recte *κατὰ τὴν ἰδίαν παίδευσιν.* Ibid. edit. Commel. et Felckm. 2. *ἐμάνισαν* mendose.

d. *τά* deest in Seguer.

e. Gobler. et Felckm. 1. *ἴδωσι τὸν κύριον τὰ τοῦ σώματος πάσχοντα, καὶ μόνον φλυαρήσουσιν ὡς* etc.

f. Haec, quae uncinis includuntur usque ad *ἐν σαρκί,* in nullis codicibus leguntur praeterquam in Felckm. 2. ubi ad marginem sunt scripta; unde videntur potius glossema cuiusdam alius esse, quam Athanasii verba. Placuit tamen ea retinere, cum exploratum omnino non sit, sintne adiectitia, an cum in aliis codicibus vitio scribarum omissa fuissent, ad huius codicis marginem restituta sint; quod non semel vidimus. In omnibus editis haec eadem habentur.

g. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *διστάσωσι.* Anglic. et Felckm. 2 *διστάξωσι.* Basil. et edit. Paris. *διστάζωσι.* Edit. Commel. *διστάξουσι.*

P.706. ἄγνοιαν καὶ πήρωσιν ὑπερβάντες οἱ δοκοῦντες ἔχειν τοῦ νόμου γνῶσιν, ᵃοἷοι ἦσαν οἱ τότε Φαρισαῖοι, εἰς μανίαν τραπῶσι, αὐτὸν τὸν ἐν τῷ σώματι ᵇὄντα λόγον τέλεον ἀρνήσωνται, τὰ τῆς θεότητος ἔργα τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς τούτου δαίμοσιν φέρωσιν, εἰκότως ἀσύγγνωστον ἔχουσι τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης ἀσε- ἐπιτιμίαν. τόν τε γὰρ διάβολον εἰς θεὸν ἐλογίσαντο, καὶ τὸν θινὸν καὶ ὄντως ὄντα θεὸν οὐδὲν πλέον ἐν τοῖς ἔργοις ἔχειν δαιμόνων ἡγήσαντο.

16. Εἰς τοιαύτην τοίνυν ἀσέβειαν πεπτωκότες ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ Φαρισαῖοι. τοῦ γὰρ σωτῆρος
P.707. κνύοντος τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα (νεκροὺς γὰρ ἤγειρε, τυφλοῖς ἐχα- ζετο τὸ βλέπειν, χωλοὺς ἐποίει περιπατεῖν, κωφῶν ἤνοιγε ἀκοήν, ἀλάλους ἐποίει λαλεῖν, καὶ τὴν κτίσιν ὑποτεταγμένην κνυεν, ἐπιτάσσων τοῖς ἀνέμοις καὶ περιπατῶν ἐπ' αὐτῆς τῆς θα- λάττης), οἱ μὲν ὄχλοι ἐξεπλήσσοντο καὶ ἐδόξαζον τὸν θεόν, θαυμαστοὶ Φαρισαῖοι ἔλεγον τοῦ Βεελζεβοὺλ εἶναι τὰ τοια- ἔργα, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο οἱ ἄφρονες τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν διάβολον μεταφέροντες. ὅθεν ἀκολούθως ὁ σωτὴρ ἀσύγγνωστα ἄφυκτα βλασφημεῖν αὐτοὺς ἀπεφήνατο. ἕως μὲν γὰρ εἰς τὰ ἀν- θρώπινα βλέποντες ἐχώλευον τῇ διανοίᾳ λέγοντες· οὐχ ᵉὁ τοῦ τέκτονος υἱός[1]; καὶ πῶς οὗτος οἶδε γράμματα μὴ μεμα- θηκώς[2]; καὶ τί σὺ ποιεῖς περὶ σεαυτοῦ σημεῖον[3]; καὶ κατα- νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ[4]), ἔφερεν αὐτοὺς ὡς εἰς υἱὸν ἀνθρώπου ἁμαρτανόντων αὐτῶν λυπούμενος ἐπὶ πωρώσει αὐτῶν ἔλεγεν· εἰ ἔγνωτε καὶ ὑμεῖς τὰ εἰς εἰρήνην[5] γὰρ καὶ τῷ ᶠμεγάλῳ Πέτρῳ ὡς περὶ ἀνθρώπου λαλήσαντι θυρωροῦ καὶ οὕτως ἀποκρινομένῳ συνέγνω κλαύσαντι ὅτε δὲ πεσόντες ἐπιπεπτώκασι καὶ πλέον ἐμάνησαν, ὥστε τὰ θεοῦ ἔργα λέγειν εἶναι ᵍτοῦ Βεελζεβούλ, οὐκέτι λοιπὸν ἤνεγκεν, εἰς γὰρ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐβλασφήμουν, λέγοντες τὸν ποιοῦντα μὴ εἶναι θεὸν ἀλλὰ Βεελζεβούλ, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἀρ- ρητα τολμῶντας αἰωνίως ἐτιμωρήσατο. ἶσον γὰρ ἦν αὐτοῖς μᾶν ʰκαὶ εἰπεῖν ὁρῶντας τὴν τοῦ κόσμου τάξιν καὶ τὴν εἰς

1) Matth. 13, 55. 2) Ioan. 7, 15. 3) Ioan. 6, 30. 4) Matth. 27 5) Luc. 19, 42.

a. Seguer. οἷοι ἦσαν recte. Reg. οἳ ἦσαν. Editi οἷον ἦσαν. Mox φαρισαῖοι deest in Felckm. 2. In Seguer. scribitur φαρισσαῖοι, et vulgo alias. Post eam vocem sequebantur in editis καὶ οἱ νῦν Ἀρειανοί, quae cum desint in Reg. Segu Basil. Anglic. Goblerian. et Felckm. 1. et alioqui superflua videantur, omissa sunt.

b. ὄντα deest in Reg. Seguer. et Felckm. 1. sed legitur in ceteris Mox Reg. Seguer. et Basil. ἀρνήσωνται recte, editi ἀρνήσονται. Infra et Seguer. αναφέρωσιν, rectius editi ἀναφέρουσιν. Mox edit. cum quibusdam codicibus τὴν τοιαύτης. Edit. Paris. et Reg.

pergressi, qui videntur habere legis scientiam (quales tum erant Pha- P. 706.
risaei), in insaniam versi fuerint, et quod in corpore est Verbum omnino negaverint, aut divinitatis opera diabolo eiusque daemonibus attribuerint, merito pro tali impietate indeprecabili sunt supplicio obnoxii. Nam et diabolum pro Deo habuerunt, eumque, qui vere et reipsa Deus est, existimarunt nihilo plus in operibus posse quam daemones.

16. In eiusmodi igitur impietatem prolapsi erant illius temporis Iudaei et inter Iudaeos Pharisaei. Salvatore enim exhibente opera Pa- P. 707.
tris (nam mortuos excitabat, caecis visum donabat, claudos ambulare faciebat, surdis auditum aperiebat, mutis loquelam praestabat, declarabatque sibi subditam creaturam esse, imperans ventis, in ipso mari deambulans), turbae quidem obstupescebant et glorificabant Deum, at contra admirandi illi Pharisaei aiebant Beelzebulis esse eiusmodi opera, nec erubescebant insipientes illi Dei potestatem in diabolum transferre. Unde iure merito Salvator declaravit blasphemiam proferre homines, quae nec veniam nec remissionem haberet. Nam dum humana respicientes claudicarent animo dicentes: *Nonne hic est ille fabri filius?* et *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* et *Quod tu facis signum de teipso?* et *Descendat nunc de cruce, et credemus ei*; patienter tulit homines, utpote qui in Filium hominis peccarent, dolensque super illorum caecitate dicebat: *Si cognovissetis et vos quae ad pacem.* Etenim et magno Petro, quod ut de homine loquenti ostiariae eodem ille modo respondisset, ploranti ignovit Dominus. Verum ubi illi iam antea lapsi iterum prolapsi sunt et ad maiorem insaniam devenerunt, ita ut Dei opera Beelzebulis esse dicerent, non ulterius illos tulit; in suum enim Spiritum blasphemabant dicentes, eum, qui haec faceret, non esse Deum sed Beelzebulem. Quapropter eos utpote non ferenda ausos aeternis addixit suppliciis. Perinde enim erat illud, ac si, dum cernerent mundi ordinem et providentiam haec gu-

Gobler. et Felckm. 1. *τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης.*

c. Seguer. *δεικνύντος.* Ibid. Gobler. et Felckm. 1. *τοῦ πατρὸς ἔργα τὰ θαύματα, οἱ μὲν ὄχλοι ἐξεπλ.* omissis multis. Ibidem Reg. et Seguer. *ἐχαρίσατο.* Editi *ἐχαρίζετο.*

d. Seguer. *θαλάσσης.* Mox Reg. *ἐξεπλήττοντο.* Paulo post *θαυμαστοί* deest in Gobler. et Felckm. 1.

e. *τοῦ* deest in editis. Sed legitur in Reg. et Seguer. et habetur in Evangelio. Mox *σύ* legitur in Felckm. 2. et in editis habeturque in Evangelio, sed deest in ceteris omnibus manuscriptis. Paulo post Reg. et Seguer. *ἀπὸ τοῦ σταυροῦ* recte. Editi *ἐπὶ τοῦ σταυροῦ.*

f. *μεγάλῳ* abest a Gobler. et Felckm. 1. Mox Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *λαλησάσῃ τῇ θυρωρῷ.* Editi et alii *λαλησάσης τῆς θυρωροῦ.* Gobler. Anglic. et Felckm. 1. mox habent *ἀποκρινομένῳ.*

g. Reg. *τόν* male. Mox Seguer. et alii quidam codices cum editis habent *τὸ κατὰ πνεῦμα.* Sed *κατά* deest in Anglic. et in Reg. deletum est.

h. *καί* deest in Felckm. 2.

P.707. πρόνοιαν, ὅτι καὶ ἡ κτίσις ὑπὸ τοῦ Βεελζεβοὺλ γέγονε, καὶ ὁ ἥλιος
ὑπακούων τῷ διαβόλῳ ἀνατέλλει, καὶ δι᾽ αὐτὸν περιπολεῖ τὰ ἄστρα
ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ γὰρ ὥςπερ ταῦτα τοῦ θεοῦ, οὕτω κἀκεῖνα τοῦ
πατρὸς ἦν ἔργα, καὶ εἰ ἐκεῖνα [a]τοῦ Βεελζεβούλ, ἐξ ἀνάγκης καὶ
ταῦτα τοῦ Βεελζεβούλ. καὶ ποῦ λοιπὸν αὐτοῖς τὸ ἐν ἀρχῇ ἐποί-
ησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν[1]); ἀλλ᾽ οὐδὲν ξένον τῆς τοι-
αύτης αὐτῶν μανίας, ἐπεὶ καὶ οἱ τῆς τοιαύτης αὐτῶν γνώμης πα-
τέρες ἐν τῇ ἐρήμῳ πρὸ ὀλίγου ἐξελθόντες ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου
μόσχον πλάσαντες αὐτῷ τὰς εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας παρὰ [b]θεοῦ
γενομένας ἀνατιθέντες ἔλεγον· οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἱ ἀνα-
γαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου[2]). διὰ γ᾽ οὖν ταύτην τὴν βλασφημίαν
καὶ τότε τῶν τοιαῦτα τολμησάντων τὴν μὲν ἀρχὴν οὐκ ὀλίγοι
πολλοὶ δὲ ἀνῃρέθησαν, ἐπηγγείλατο δὲ ὁ θεὸς λέγων· ᾗ δ᾽ ἂν
ἡμέρᾳ [c]ἐπισκέψωμαι, ἐπάξω ἐπ᾽ αὐτοὺς τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν[3]).
καὶ γὰρ ἕως μὲν κἀκεῖνοι δι᾽ ἄρτους καὶ ὕδωρ ἐγόγγυζον, ἐπὶ το-
σοῦτον αὐτοὺς [d]οὕτως ἔφερεν, ὡς εἴ τις τροφὸς τροφοφορήσειε τὸν
P.708. ἑαυτῆς υἱόν, ὅτε δὲ πλέον ἐμάνησαν, καὶ ὡς ψάλλει κατ᾽ αὐτῶν
τὸ πνεῦμα, ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτῶν ἐν ὁμ[...]ώματι μόσχου ἐσθί-
οντος χόρτον[4]), [e]τὸ τηνικαῦτα λοιπὸν ἀσύγγν[...]στα τολμήσαντες
ἐπατάχθησαν, ὥς φησιν ἡ γραφή, περὶ τῆς ποιήσ[...]ως τοῦ μόσχου
οὗ ἐποίησεν Ἀαρών[5]).

17. Τοιαῦτα καὶ νῦν τολμῶντες οἱ Φαρισαῖοι τοι[...]
κασι παρὰ τοῦ σωτῆρος [f]τὴν ἀπόφασιν, οἵαν καὶ ὁ π[...]
ὑπονοηθεὶς Βεελζεβοὺλ ἔσχεν ἤδη καὶ ἔχει, ὥςτε αὐτο[...]
ἡτοιμασμένον πῦρ ἐκείνῳ αἰωνίως συγκατεσθίεσθαι με[...]
οὐ γὰρ δὴ σύγκρισίν τινα ποιούμενος τῆς [g]εἰς ἑαυτὸν καὶ [...]
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λεγομένης [h]βλαςφημίας, καὶ ὡς μείζον[...]
τος τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ τοῦτο μείζονα τὴν αἰτίαν ἐχούσ[...]
εἰς τὸ πνεῦμα γινομένης, ταῦτ᾽ εἴρηκεν· μὴ γένοιτο. φθάσ[...]
ἐδίδαξεν, ὅτι πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ ἐστι, καὶ [...]
υἱοῦ τὸ πνεῦμα λήψεται καὶ αὐτὸ δοξάσει τὸν υἱόν, καὶ [...]
πνεῦμα τὸν υἱὸν δίδωσιν, ἀλλ᾽ ὁ υἱὸς παρέχει τὸ πνεῦμα[...]
θηταῖς καὶ δι᾽ αὐτῶν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν. οὐχ ο[...]
εἴρηκεν ὁ σωτήρ, ἀλλ᾽ ὡς εἰς αὐτὸν ἐπ᾽ ἀμφοτέροις γινομ[...]

1) Gen. 1, 1. 2) Exod. 32, 4. 3) Exod. 32, 34. 4) Psal[...] LXX.], 20. 5) Exod. 32, 35.

a. τοῦ ante Βεελζεβούλ deest in editis. Sed habetur in Reg. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1. Mox in iisdem desunt ἐξ ἀνάγκης καὶ ταῦτα τοῦ βεελζεβούλ propter ὁμοιοτέλευτον. In iisdem mox τό deest.

b. Reg. et Seguer. παρὰ τ[...] item [...]

c. Gobler. et Felckm. 1. ἐπ[...]ias [...]

d. Sic Reg. et Seguer. rect[...] Co[...] τος. Mox Gobler. et Felckm. [...] ἐπ[...] φορήσεις mendose. Paulo p[...] S[...] Commel. et Felckm. 2. male [...]

bernantem, ausi essent dicere, rerum naturam a Beelzebule fuisse con- P. 707.
ditam, aut solem, ut diabolo obsequeretur, oriri, et eius causa astra in caelo circumagi. Nam quemadmodum haec Dei sunt, ita et illa Patris erant opera, et si illa Beelzebulis, necessario et ista Beelzebulis fuerint; et quorsum postea haec referent: *In principio fecit Deus caelum et terram?* Verum non insolens est isthaec eorum insania. Siquidem horum Patres eadem mente praediti in eremo, cum nuper ex Aegypto egressi essent, vitulo a se conflato Dei erga se beneficia referentes dicebant: *Hi sunt dii tui, Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Ob hanc itaque blasphemiam protinus ex iis, qui talia ausi fuerant, initio non pauci sed plurimi occisi sunt, denuntiavit quoque Deus dicens: *Qua die visitabo, inducam super eos peccatum eorum.* Nam quamdiu illi ob panis et aquae penuriam obmurmurabant, homines tolerabat, haud secus quam nutrix alumnum suum, ubi autem ad maiorem insaniam progressi, ut psallit contra eos Spiritus, *Muta-* P. 708.
verunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis foenum; iam cum rem indeprecabilem ausi essent, percussi sunt, ut ait Scriptura, ob fabricatum vitulum, quem fecerat Aaron.

17. Eadem et nunc ausi Pharisaei talem a Domino retulerunt 'amnationem, qualem Beelzebul, quem illi eorum auctorem suspicati unt, iam tum habuit et habet; ita ut ipsi quoque in igne ab aeteritate illi praeparato cum ipso absumendi sint. Non enim haec ideo quutus est, ut blasphemiam in se prolatam cum blasphemia in Spi'um sanctum conferret, quasi Spiritus sanctus se maior esset, ideo maius crimen esset blasphemia in Spiritum sanctum; absit. Nam docuerat, omnia, quae Pater habet, Filii esse, et ex Filio Spiri- esse accepturum, ipsumque Spiritum glorificaturum esse Filium. que Spiritus Filium dat, sed Filius Spiritum praebet Discipulis, ac r illos iis, qui in se credunt. Non eo itaque animo loquutus est

a Reg. Seguer. et Graecus Scripturae ...us *δόξαν αὐτῶν.* Editi *δόξαν αὐτοῦ.* ...l. et Felckm. 1. *δόξαν τοῦ Θεοῦ.*

... *τό* deest in Goblerian. et Felckm. 1. ... pro *ἐπατάχθησαν* Anglic. *ἐμαστίσαν.* Felckm. 2. *ἐπεστάχθησαν.* Edit. ...mel. *ἐπετάχθησαν.*

... Sic Reg. et Seguer. In editis *τήν* ...l. Mox Reg. et Seguer. *οἵαν* recte. ... *οἷα.* Infra post *πῦρ* in Felckm. 2. ...n editis *ἐκείνῳ.* In aliis omnibus ...*ῳ.* Utraque lectio quadrare potest, sed praestare videtur prior. Mox post *μετ' αὐτοῦ* Reg. et Seguer. *ὑπ' αὐτοῦ.*

g. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Editi *εἰς ἑαυτόν.*

h. Sic Reg. Seguer. Anglic. Gobler. et Felckm. 1. et edit. Paris., in qua tamen deest *βλασφημίας* post *γινομένης*, edit. Commelin. *λεγομένης βλασφημίας ταῦτ' εἴρηκεν* omissis intermediis propter repetitam *βλασφημίας* vocem. Ibidem Basil. *τοιαῦτα εἴρηκεν.*

P. 708. βλασφημίας, καὶ τῆς μὲν ἐλάττονος, τῆς δὲ ὑπερβαλλούσης, ταῦτα λελάληκεν ὁ κύριος. καὶ γὰρ [a]καὶ αὐτοὶ οἱ Φαρισαῖοι ἀμφότερα ἦσαν λέγοντες, καὶ ἄνθρωπον βλέποντες αὐτὸν ἐλοιδόρουν· πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη[1]; καὶ πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας[2]; καὶ τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα θεωροῦντες οὐ μόνον [b]ἠρνοῦντο τὴν θεότητα αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ ταύτης ἔλεγον ἐν αὐτῷ εἶναι τὸν Βεελζεβοὺλ καὶ αὐτοῦ εἶναι τὰ ἔργα. διὰ τοῦτο ὡς εἰς αὐτὸν ἀμφοτέρων λεγομένων, καὶ τῆς μὲν [c]ἐλάττονος βλασφημίας οὔσης διὰ τὸ ἀνθρώπινον, τῆς δὲ μείζονος διὰ τὴν θεότητα, ἐπὶ τῇ μείζονι κατ' αὐτῶν τὸ ἄφυκτον τῆς τιμωρίας ἔλεγεν. ἀμέλει τοὺς μαθητὰς παραθαρσύνων καὶ λέγων, [d]ὅτι εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐπεκάλεσαν[3]), ἑαυτὸν εἶναι τὸν οἰκοδεσπότην ἔλεγε τὸν καὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων οὕτως βλασφημούμενον.

18. [e]Εἰ δὲ οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες ἐν Βεελζεβοὺλ οὐδένα ἕτερον ἢ τὸν κύριον ἐλοιδόρουν, δῆλον τοίνυν ἐστὶν ὡς τὸ λεγόμενον· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία, εἰς αὐτόν ἐστι τὸν κύριον λεγομένη. καὶ τὸ ῥητὸν ὅλον περὶ ἑαυτοῦ σημαίνων ἔλεγεν ὁ σωτήρ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τοῦ παντὸς οἰκοδεσπότης, πάλιν γὰρ ἀσφαλείας ἕνεκα τὸ αὐτὸ εἰπεῖν οὐκ ὀκνητέον. τὸ [f]διψᾶν, τὸ κοπιᾶν, τὸ κοιμᾶσθαι, τὸ ῥαπίζεσθαι, τὸ ἐσθίειν ἀνθρώπων ἐστὶν ἴδια, τὰ δὲ ἔργα, ἃ

P. 709. ἐποίει ὁ κύριος, [g]οὐκ ἔτι ἀνθρώπων, ἀλλὰ θεοῦ ἦν αὐτὰ ποιεῖν. ὅταν οὖν τινες, καθὰ πρότερον εἶπον, ταῦτα βλέποντες ὡς ἀνθρώπῳ λοιδορῶνται τῷ κυρίῳ, ἐλάττονος [h]ἂν ἀξιοῖντο τιμωρίας· τῶν τὰ τοῦ θεοῦ ἔργα μεταφερόντων εἰς τὸν διάβολον. οἱ γὰρ τοιοῦτοι [i]οὐ μόνον τὰ ἅγια τοῖς κυσὶν ῥίπτουσι, ἀλλὰ καὶ τὸν θεὸν τῷ διαβόλῳ συγκρίνουσι καὶ τὸ φῶς λέγουσιν εἶναι σκότος. ταύτην [k]γ' οὖν εἶναι τῶν Φαρισαίων τὴν ἀσύγγνωστον βλασφημίαν ὁ Μάρκος παρετηρήσατο λέγων· ὃς δ' ἂν βλασφημήσῃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου ἁμαρτίας. ὅτι ἔλεγον· πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει[4]). καὶ ὁ μὲν ἐκ [l]γενετῆς τυφλὸς ἀναβλέψας ἐμαρτύρει· ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου. εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν[5]), οἵ τε ὄχλοι θαυμάζοντες ἐπὶ τοῖς

1) Matth. 13, 54. 2) Ioan. 8, 57. 3) Matth. 10, 25. 4) Marc. 3, 29. 30. 5) Ioan. 9, 32. 33.

a. In Reg. et Seguer. deest καί secundum. Paulo post Seguer. Goblerian. et Felckm. 1. ἀμφότεροι. Alii et editi ἀμφότερα.

b. Sic omnes mss. praeter Felckm. 2., qui cum editis habet ἠρνήσαντο.

c. Reg. et Seguer. τῆς μὲν ἀνθρωπίνης βλασφημίας, male. Paulo post τῆς δὲ μείζονος διὰ τὴν θεότητα desunt in Felckm. 2. Edit. Commel. διὰ τῆς θεότητος.

d. ὅτι deest in Gobler. et Felckm. 1. καί sequens deest in iisdem, et ibidem τῶν deest in iisdem et in Basil.

Salvator; sed quasi blasphemia in utrumque prolata in seipsum recurreret, et illa minor, alia maior esset, haec loquutus est Dominus. Etenim utramque proferebant Pharisaei; cum enim hominem cernerent, ipsi convitiabantur: *Unde huic sapientia isthaec?* et *Quinquaginta annos nondum habes et Abraham vidisti?* Et Patris opera cum conspicerent, non solum eius divinitatem negaverunt, verum etiam contra illam loquuti aiebant in ipso Domino esse Beelzebulem et Beelzebulis esse eiusmodi opera. Quapropter quasi utraque blasphemia in se diceretur, et alia quidem minor esset, quod humanitatem, alia maior, quod divinitatem spectaret, de maiori dixit eius vindictam indeprecabilem illis esse. Certe cum Discipulis suis firmitatem fiduciamque praeberet his verbis: *Si patremfamilias Beelzebulem vocaverunt*, se patremfamilias esse declaravit, qui sic a Iudaeis maledictis incesseretur.

P. 708.

18. Quod si Iudaei, dum dicerent *in Beelzebulem*, nulli nisi Domino convitiabantur, perspicuum sane est, illud *Blasphemia vero in Spiritum* de ipso Domino dictum esse totamque sententiam ad seipsum Salvatorem retulisse. Ipse namque universi paterfamilias est; idipsum quippe confirmationis causa iam repetere subterfugiendum non est. Sitire, laborare, dormire, colaphis caedi, comedere hominum propria sunt; opera autem, quae faciebat Dominus, non hominum sed Dei P. 709.
erant. Cum igitur quidam, uti superius dixi, his conspectis Domino ut homini convitiarentur, minus supplicium merebantur, quam ii, qui Dei opera diabolo adscriberent. Hi enim non solum sancta canibus proiiciunt; sed et Deum diabolo comparant et lucem tenebras esse dicunt. Hanc certe esse Pharisaeorum nunquam remittendam blasphemiam Marcus observavit his verbis: *Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habet remissionem, sed reus est aeterni delicti; quoniam dicebant: spiritum immundum habet.* Et is, qui a nativitate caecus fuerat, visu recepto testificabatur: *A saeculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos caeci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam.* Turbae autem admirantes super iis, quae

e. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *οἱ δὲ ἰουδαῖοι* omisso *εἰ*. Infra in iisdem deest *τοίνυν*. Editi et alii ut in contextu.

f. Reg. et Seguer. *διψῆν*. Gobler. et Felckm. 1. *διψεῖν* mendose.

g. Reg. *οὐκ ἔτι ἀνθρώπου*. Seguer. Gobl. et Felckm. 1. *οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου*. Editi et alii *οὐκέτι ἀνθρώπων*. Mox *καθὰ πρότερον εἶπον* desunt in Gobleriano et Felckm. 1.

h. *ἂν* deest in Reg. et Seguer.

i. *οὐ* deest in Reg.

k. Goblerian. et Felckm. 1. *οὖν*. Mox Seguer. *φαρισσαίων*. Ibidem Gobler. et Felckm. 1. *ἀσύγγνωστον τιμωρίαν καὶ βλασφημίαν*. Paulo post *παρετηρήσατο* in edit. Paris. Reg. Seguer. Gobleriano et Anglic. At Basil. Felckm. 1. et 2. *παρητήσατο*. Editio Commel. *παρετήρσατο*, mendose.

l. Gobler. et Felckm. 1. *γενητῆς*. Infra Reg. Seguer. Basil. et Anglic. *γεγεννημένου*. Editi *γεγενημένου*. Paulo post Gobler. et Felckm. 1. *οἱ δὲ ὄχλοι*.

p.709. [a]γινομένοις ὑπὸ τοῦ κυρίου ἔλεγον· ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου· μὴ δαιμόνιον δύναται τυφλῶν ὀφθαλμοὺς ἀνοίγειν[1]· οἱ δὲ νομιζόμενοι ἁδροὶ τοῦ νόμου οἱ Φαρισαῖοι οἱ τὰ κράσπεδα πλατύνοντες καὶ κομπάζοντες ὡς πλέον τι τῶν ἄλλων γινώσκοντες οὐδ' οὕτως ᾐσχύνοντο, κατὰ δὲ τὸ γεγραμμένον ἔθυον οἱ τάλανες δαιμονίῳ καὶ οὐ θεῷ[2]), λέγοντες δαιμόνιον ἔχειν τὸν κύριον καὶ δαιμόνων εἶναι τὰ τοῦ θεοῦ ἔργα. ἔπασχον δὲ τοῦτο δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἵνα μόνον ἀρνήσωνται τὸν ταῦτα ποιοῦντα θεὸν εἶναι καὶ τοῦ θεοῦ υἱόν. εἰ γὰρ τὸ ἐσθίειν καὶ τοῦ σώματος ἡ ὄψις ἐδείκνυεν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον, διατί μὴ ἐκ τῶν ἔργων ἐθεώρουν αὐτὸν εἶναι ἐν τῷ πατρὶ καὶ τὸν πατέρα ἐν αὐτῷ; ἀλλ' οὐκ ἤθελον, μᾶλλον δὲ αὐτοὶ τὸν Βεελζεβοὺλ εἶχον [b]ἐν ἑαυτοῖς φθεγγόμενον, ὡς ἐκ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἄνθρωπον αὐτὸν μόνον ὀνομάζειν, ἐκ δὲ τῶν ἔργων, ἃ ἦν ἴδια θεοῦ, μηκέτι θεὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν, ἀλλὰ τὸν ἐν αὐτοῖς Βεελζεβοὺλ ἀντ' ἐκείνου θεοποιεῖν, ἵνα σὺν αὐτῷ λοιπὸν [c]αἰωνίως ἐν τῷ πυρὶ κολάζωνται.

19. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ ἀναγνώσματος παρατήρησις τοιαύτην ἔμφασιν [d]τινα παρέχειν μοι δοκεῖ καὶ δεικνύειν εἰς αὐτὸν φθάνειν ἀμφοτέρας τὰς βλασφημίας καὶ περὶ ἑαυτοῦ εἰρηκέναι τὸ υἱὸς ἀνθρώπου καὶ τὸ πνεῦμα, ἵν' ἐκ τούτου μὲν τὸ σωματικὸν ἑαυτοῦ δείξῃ, ἐκ δὲ τοῦ πνεύματος τὴν πνευματικὴν ἑαυτοῦ καὶ νοητὴν καὶ [e]ἀληθεστάτην θεότητα δηλώσῃ. καὶ γὰρ τὸ μὲν λαβεῖν δυνάμενον συγγνώμην ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου συνέταξεν, ἵνα τὸ σωματικὸν ἑαυτοῦ σημάνῃ, τὴν δὲ ἀσύγγνωστον βλασφημίαν εἰς τὸ πνεῦμα φθάνειν δεδήλωκεν, ἵνα πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σωματι-

p.710. κοῦ [f]τοῦτο λέγων τὴν ἑαυτοῦ θεότητα δείξῃ. τοῦτον δὲ τὸν χαρακτῆρα καὶ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ ἑώρακα, ὁπηνίκα περὶ τῆς τοῦ σώματος βρώσεως διαλεγόμενος καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς ἑωρακὼς τοὺς σκανδαλισθέντας φησὶν ὁ κύριος· τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει; ἐὰν οὖν [g]θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον; τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή[3]). καὶ ἐνταῦθα γὰρ ἀμφότερα περὶ ἑαυτοῦ εἴρηκε, [h]σάρκα καὶ πνεῦμα, καὶ τὸ πνεῦμα πρὸς τὸ κατὰ σάρκα διέστειλεν, ἵνα μὴ μόνον τὸ φαινόμενον ἀλλὰ καὶ τὸ ἀόρατον αὐτοῦ πιστεύσαντες [i]μάθωσιν, ὅτι καὶ ἃ λέγει οὐκ ἔστι σαρκικὰ ἀλλὰ πνευματικά.

1) Ioan. 10, 21. 2) Deut. 32, 17. 3) Ioan. 6, 61—63.

a. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. γενομένοις. Ibidem Regius et Goblerianus παρὰ τοῦ κυρίου.

b. Sic Regius quem sequimur. Seguer. ἑαυτοῖς omisso ἐν. Editi et alii ἐν αὐτοῖς. Ibidem Reg. Seguerian. Basil. ὧς. Editi et ceteri ὡς. Infra Reg. et Seguer. ἴδια θεοῦ. Editi et alii ἴδια τοῦ θεοῦ.

a Domino facta fuerant, aiebant: *Haec verba non sunt daemonium habentis; numquid daemonium potest caecorum oculos aperire?* Pharisaei autem, qui legis peritissimi putabantur, qui fimbrias dilatabant et gloriabantur quasi plus aliquid caeteris scirent, ne ita quidem erubuere, sed ut scriptum est, *Immolabant* miseri *daemonio et non Deo,* dicentes Dominum habere daemonium et Dei opera daemonum esse. Et hoc nulla alia de causa, quam ut negarent Deum esse et Dei Filium qui haec ageret. Si enim comestio speciesque corporis eum etiam hominem esse declarabat, quare non ex operibus perspiciebant, ipsum in Patre esse et Patrem in ipso? Atqui id nolebant illi, imo potius ipsum Beelzebulem habebant in se loquentem, ut ex humanis eum hominem duntaxat vocarent, ex operibus autem, quae Dei propria erant, non itidem illum esse Deum confiterentur, sed pro eo Beelzebulem in seipsis habitantem Deum facerent, ut cum illo tandem aeternum igne cruciarentur. P. 709

19. Quin et ipsa lectionis observatio videtur mihi talem quandam sententiam exhibere et indicare, utramque blasphemiam ad ipsum pertingere, et de seipso illum dixisse *Filius hominis* et *Spiritus,* ut ex illo quae corpus suum spectarent, ex spiritu vero spiritualem suam et intelligibilem verissimamque divinitatem declararet. Siquidem id, de quo venia obtineri potest, ad Filium hominis retulit, ut corporea sua significaret, blasphemiam autem non remittendam ad spiritum pertingere declaravit, ut dum ad differentiam sui corporis haec diceret, suam divinitatem commonstraret. Hanc autem loquendi formam etiam P. 710.
in Evangelio secundum Ioannem animadverti, ubi de corporis esu disserens ac propterea multos scandalizatos videns ait Dominus: *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam. Verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.* Nam hic etiam utrumque de se dixit, carnem et spiritum, et spiritum a carne distinxit, ut non solum quod apparet, sed etiam quod invisibile eius est credentes discerent, ea, quae ipse loqueretur, non esse carnalia sed

c. Basil. *αἰωνίων πυρί.* Anglic. *αἰωνίας τῷ πυρί.*

d. In Gobler. et Felckm. 1. *τινα* deest. Iidem mox *ἀμφοτέρας ἑαυτὸν φθάνειν* omisso *εἰς.* Mox Regius et Seguer. *περὶ αὐτοῦ.* Ibid. iidem cum Gobler. et Felckmanni 1. *τὸ υἱὸς ἀνθρώπου* recte. In Gobler. et Felckm. 1. *τοῦ* legitur ante *ἀνθρώπου.*

e. Reg. Seguer. et Felckm. 2. *ἀληθῆ.*

f. Sic Reg. et Seguer. Editi *τούτου.*

g. Sic Reg. et Seguer. Gobl. autem et Felckm. 1. *θεωρεῖτε.* Mox *ἀναβαίνοντα* deest in Reg. Seguer. Gobler. et Felckmanni 1.

h. Iidem *σὰρξ καὶ πνεῦμα.*

i. Reg. et Seguer. *μάθωμεν.* Ibidem *καί* deest in Gobler. et Felckm. 1. Hoc loco abutuntur Heterodoxi, qui ex Athanasii verbis confici pugnant, Corpus et Sanguinem Christi non rejpsa, sed *spiritualiter* tantum in Sacramento haberi. Sed

P. 710. πόσοις γὰρ ἤρκει τὸ σῶμα πρὸς βρῶσιν, ἵνα καὶ τοῦ κόσμου παντὸς τοῦτο τροφὴ γένηται; ἀλλὰ διὰ τοῦτο τῆς εἰς [a]οὐρανοὺς ἀναβάσεως ἐμνημόνευσε τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα τῆς σωματικῆς ἐννοίας αὐτοὺς ἀφελκύσῃ, καὶ λοιπὸν τὴν εἰρημένην σάρκα βρῶσιν ἄνωθεν οὐράνιον καὶ πνευματικὴν τροφὴν παρ' αὐτοῦ διδομένην μάθωσιν· ἃ γὰρ λελάληκα, φησίν, ὑμῖν πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή[1]· ἴσον τῷ εἰπεῖν· τὸ μὲν δεικνύμενον καὶ διδόμενον [b]ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας ἐστὶν ἡ σάρξ, ἣν ἐγὼ φορῶ· ἀλλ' αὕτη ὑμῖν καὶ τὸ ταύτης αἷμα παρ' ἐμοῦ [c]πνευματικῶς δοθήσεται τροφή, ὥστε πνευματικῶς ἐν ἑκάστῳ ταύτην ἀναδίδοσθαι, καὶ γίνεσθαι πᾶσι φυλακτήριον εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου. οὕτως καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν [d]ἀφέλκων ὁ κύριος ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν πνεῦμα εἴρηκε τὸν θεόν[2]) ὑπὲρ τοῦ μηκέτι σωματικῶς αὐτὴν ἀλλὰ πνευματικῶς διανοεῖσθαι περὶ τοῦ θεοῦ. οὕτως καὶ ὁ προφήτης θεωρῶν τὸν λόγον [e]τὸν γενόμενον σάρκα εἴρηκε· πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς κύριος[3]), ἵνα μὴ ἐκ τοῦ φαινομένου νομίσῃ τις ἄνθρωπον ψιλὸν εἶναι τὸν κύριον, ἀλλὰ καὶ πνεῦμα ἀκούων γινώσκῃ θεὸν εἶναι τὸν ἐν σώματι ὄντα.

P. 711. 20. [f]Ἑκάτερον οὖν δῆλον ἂν εἴη λοιπόν, ὅτι ὁ τὸν πρᾶον ὁρῶν τὰ περὶ ἑαυτοῦ διαλεγόμενον, ἐὰν μὲν τὰ σωματικὰ αὐτοῦ μόνον βλέπων καὶ μὴ πιστεύων λέγοι· πόθεν τούτῳ ἡ σοφία;

1) Ioan. 6, 63. 2) Ioan. 4, 24. 3) Thren. 4, 20.

si expendantur Athanasii verba, hic eius esse scopus deprehendetur, ut ex Ioannis loco supra citato probet, Christum humanitatem iuxta ac divinitatem suam Iudaeis indicasse et magnum inter utramque posuisse discrimen. Unde post allatum Ioannis locum subsumit S. Doctor: *Nam hic etiam utrumque de se dixit, Carnem et Spiritum* (id est, ut supra explicat ipse, divinitatem) *et Spiritum a carne distinxit, ut non solum quod apparet, sed etiam quod invisibile eius est credentes discerent, ea, quae ipse loqueretur, non esse carnalia, sed spiritualia.* Ubi advertas velim, hic Athanasium de Eucharistia loquentem agnoscere corpus Christi cum divinitate in Eucharistia esse, atque id quod invisibile est (divinitatem nempe) aeque credendum esse, atque illud, quod apparet, id est quod ex sua natura apparet, nempe corpus, licet ex divina virtute in Sacramento invisibile sit.

Quod autem subiungit, verba Christi de Eucharistia loquentis *non esse carnalia sed spiritualia*, et inferius, *carnem Christi esse cibum e supernis caelestem et spiritualem* atque *spiritualiter dari*, verissima sunt, eo nempe quo Athanasius indicat modo. Duo enim hisce verbis intelligit: 1°. Non alimenti carnalis more dividi carnem Christi, ut hominibus detur: *Non enim, ait, hominibus corpus satis esset ad esum, ut totius mundi fieret alimentum.* Quibus verbis planum est non excludi praesentiam ut vocant realem, sed divisionem partium. 2°. Vult S. Doctor carnem Christi in Eucharistia non esse corporalem alimoniam, sed spiritualem, quae datur, ut *fiat,* inquit, *tutamen in resurrectionem vitae aeternae.* Quod utique nemo est inficiatus. Neque enim in hisce omnibus verbis Athanasii usquam dicitur, corpus Christi non esse vel spiritualiter tantum esse in Eucharistia; quae tamen est vera Catholicos inter et Calvinianos quaestio. Possem hic plurima adferre Cyrilli *Alexandrini et Isidori* Pelusiotae loca, quibus dilucide commonstratur vera existentia Corporis Christi in Eucharistia. Enimvero cum *70. circiter* post defunctum Athanasium annos scripserint, suam pariter et Athanasii sententiam explicarunt. Neque enim a *tempore Atha-*

spiritualia. Quot enim hominibus corpus satis esset ad esum, ut illud P. 710. totius mundi fieret alimentum? Sed ideo meminit ascensionis Filii hominis in caelum, ut a corporali cogitatione ipsos retraheret, atque hinc ediscerent, carnem de qua loquutus fuerat, cibum e supernis caelestem et spiritualem alimoniam ab ipso dari. Nam *quae loquutus sum vobis,* inquit, *spiritus et vita sunt.* Quod perinde est ac si diceret: „quod ostenditur et datur pro mundi salute, caro est, quam ego ge„sto; sed haec vobis cum eius sanguine a me spiritualiter esca da„bitur, ita ut haec spiritualiter unicuique tribuatur, et fiat singulis „tutamen in resurrectionem vitae aeternae." Sic et Samaritanam Dominus abstrahens a sensibilibus Deum dixit esse Spiritum, ut deinceps illa non corporaliter sed spiritualiter de Deo cogitaret. Sic itidem Propheta cum Deum carnem factum contemplaretur, ait: *Spiritus faciei nostrae Christus Dominus,* ne quis ex eo, quod apparebat, Dominum esse merum hominem existimaret, sed dum Spiritum audiret, Deum agnosceret esse eum, qui in corpore esset.

20. Planum itaque utrumque fuerit, eum, qui Dominum videt de P. 711. se disserentem, si tantum corporalia eius spectet et non credens dicat: *Unde huic ista sapientia?* peccare quidem et tanquam in Filium

nasii ad suum aevum Aegyptiacae Ecclesiae immutata fides est. Verum cum id notarum harumce brevitas non ferat, et alioqui saepissime res agitata fuerit, unum alterumve sufficiat ex Isidoro apponere. Primum ex lib. 1. Epist. 109. *καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς μυστικῆς τὸν ἄρτον τὸν κοινὸν, σῶμα ἴδικὸν τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως ἀποφαῖνον. Et in Mystica mensa communem panem proprium Incarnationis corpus reddat* (Spiritus S.) Et lib. 1. Ep. 23. *ἡμεῖς ἐπὶ σινδόνος τὸν ἄρτον τῆς προθέσεως ἁγιάζοντες, σῶμα χριστοῦ ἀδιστάκτως εὑρίσκομεν. Nos propositionis panem in sindone sanctificantes, Christi corpus sine dubitatione reperimus.* Quibus quid apertius?

Porro minus recte Card. Perronius hunc Tractatum Athanasio abiudicavit: ex his enim, quae in Monito diximus, constat eius esse germanum fetum. Qua de re eruditus nemo iam ambigit.

In hoc autem opere Spiritus nomine divinitatem Christi saepe intelligit sanctus Doctor. Quod ab Hilario itemque a multis Patribus antiquioribus admissum retulerunt nostri in Praefatione ad Hilarii novam Editionem [Hil. Pictav. Opp. Paris. 1693.] num. 57. et sequentibus.

a. Reg. et Seguer. *εἰς οὐρανόν.*

b. Sic Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. Editi vero *ὑπὲρ τοῦ κόσμου δοθήσεται τροφή* omissis multis.

c. Gobler. et Felckm. 1. *πνευματικῶς.* Reg. et Seguer. *πνευματικῶν,* minus recte ni fallor. Ibid. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ὥστε.* Editi et ceteri *ὡς.*

d. Gobler. et Felckm. 1. *ἐφέλκων.*

e. Sic Reg. et Seguer. *τόν* deest in editis et aliis. Paulo post Reg. et Seguer. *πνεῦμα πρὸ προσώπου.* Felckmanni 2. *πνεῦμα προσώπων.* Editi et alii *πνεῦμα προσώπου* et sic Graecus Hieremiae textus.

f. Sic editi et quidam codd. recte, Reg. vero Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἐκ δὴ τούτου δῆλον ἂν εἴη λοιπὸν* (*λοιπὸν* deest in Gobler. et Felckm. 1.) *τοῖς πᾶσι τὸ εὐαγγελικὸν ῥητόν· ὅτι τὸν κύριον ὁρῶν ἢ καὶ περὶ* (Gobler. et Felckm. 1. *ἢ τὰ περὶ*) *ἑαυτοῦ διαλεγόμενος.* Mox Reg. et Seguer. *εἰς τὰ σωματικά.* Ibid. Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *μόνον ἀποβλέπων, καὶ μὴ* (*μή* deest in Reg. et Segu.) *προπετευόμενος λαλήσῃ· πόθεν.*

p. 711. τη[1]); ἁμαρτάνει μὲν καὶ ὡς εἰς υἱὸν ἀνθρώπου [a]βλασφημεῖ, ἀλλ' ὁ ὁρῶν αὐτοῦ τὰ ἔργα τὰ πνεύματι ἁγίῳ γινόμενα καὶ λέγων τὸν τοιαῦτα ποιοῦντα μὴ εἶναι θεὸν καὶ τοῦ θεοῦ υἱόν, ἀλλὰ τῷ Βεελζεβοὺλ αὐτὰ ἐπιγράφων, φανερῶς βλασφημεῖ, ἀρνούμενος αὐτοῦ τὴν θεότητα. καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ εὐαγγελικῷ ῥητῷ[2]), [b]καθὰ πολλάκις εἴρηται, λέγων υἱὸν ἀνθρώπου τὸ κατὰ σάρκα καὶ ἀνθρώπινον αὐτοῦ δείκνυσιν, ἵνα τὸ πνεῦμα λέγων δηλώσῃ αὐτοῦ εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐν ᾧ τὰ πάντα εἰργάζετο. ὅθεν τὰ μὲν ἔργα ποιῶν ἔλεγεν· εἰ ἐμοὶ μὴ πιστεύετε, κἂν τοῖς ἔργοις μου πιστεύετε, ἵνα γνῶτε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί[3]), μέλλων δὲ [c]ἑαυτὸν σωματικῶς προσφέρειν ὑπὲρ ἡμῶν, ὁπηνίκα δι' αὐτὸ τοῦτο ἀνέβη εἰς Ἱερουσαλήμ, ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ γὰρ ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν[4]. τὰ μὲν γὰρ ἔργα θεὸν ἀληθινὸν αὐτὸν ἐποίει πιστεύεσθαι, ὁ δὲ θάνατος ἐδείκνυεν αὐτὸν ἀληθῶς ἔχοντα σῶμα, διὸ εἰκότως υἱὸν ἀνθρώπου ἔλεγε τὸν παραδιδόμενον, ὁ λόγος γὰρ ἀθάνατος καὶ ἄψαυστός ἐστι καὶ αὐτοζωὴ [d]τυγχάνει ὤν. ἀλλ' οὔτε τούτοις ἐπίστευον οἱ Φαρισαῖοι, οὔτε ἃ ἐποίουν τούτων οἱ υἱοὶ βλέπειν ἐβούλοντο· ὅθεν ἠρέμα πάλιν αὐτοὺς ὁ κύριος ἐλέγχει λέγων· εἰ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται. εἰ δὲ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ[5]). [e]καὶ ὧδε δὲ ἐν πνεύματι θεοῦ ἔλεγεν, οὐχ ὡς ἐλάττων ὢν τοῦ πνεύματος οὐδὲ ὡς τοῦ πνεύματος [f]αὐτὰ ἐνεργοῦντος αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα πάλιν δηλώσῃ, ὅτι αὐτὸς λόγος ὢν τοῦ θεοῦ αὐτὸς διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργεῖ τὰ πάντα, καὶ [g]διδάξῃ τοὺς ἀκούοντας, ὅτι ὅσῳ τὰ τοῦ πνεύματος ἔργα τῷ Βεελζεβοὺλ ἀνατιθέασι, [h]τοσούτῳ τὸν χορηγοῦντα τὸ πνεῦμα δυσφημοῦσι. καὶ γὰρ τοῦτο λέγων δείκνυσιν ὅτι μὴ ἀγνοοῦντες ἀλλ' ἑκόντες εἰς τὴν τοιαύτην ἀναπόδραστον βλασφημίαν ἑαυτοὺς περιπείρουσι, καὶ [i]αἰσχύνονται, καίτοι γινώσκοντες τὰ τοιαῦτα ἔργα [k]ὄντα τοῦ θεοῦ, ὅτι τῷ Βεελζεβοὺλ ἀνατιθέασιν αὐτὰ οἱ παράφρονες, καὶ ἐξ ἀκαθάρτου πνεύματος ἔλεγον γίνεσθαι ταῦτα.

1) Matth. 13, 54. 2) Matth. 12, 32. 3) Ioan. 10, 38. 4) Matth. 26, 45. 5) Matth. 12, 27. 28.

a. βλασφημεῖ, ἀρνούμενος αὐτοῦ. Sic Gobler. et Felckm. l. omissis multis ob repetitam vocem βλασφημεῖ. Ibid. Reg. et Seguer. ἂν δὲ ὁρῶν. Basil. ἀλλ' ὁρῶν, alii et editi ἀλλ' ὁ ὁρῶν. Mox Reg. et Seguerian. γινόμενα λέγῃ τὸν ταῦτα et paulo post iidem καὶ υἱὸν θεοῦ. Mox ii ipsi ἐπιγράφει.

b. Reg. et Seguer. soli καθώς. M. in iisdem post ἀνθρώπου deest εἶναι quae vox in editis legebatur. Paulo post Basil. ἑαυτοῦ δείκνυσι. Ibid. in edd. legitur ἵνα δέ, sed particula δέ deest in Reg. et Seguer. et superflua est. In

hominis blasphemare, si quis vero eius opera videat in Spiritu sancto facta dicatque, eum, qui talia edidit, nec Deum esse nec Dei Filium, sed ea Beelzebuli adscribat, manifesto blasphemare negando eius divinitatem. Etenim in Evangelico dicto, uti saepe dictum est, cum dicit Filium hominis, carnalem et humanam suam naturam indicat, ut cum Spiritum dicit, declaret suum esse sanctum Spiritum, in quo omnia operabatur. Unde cum opera ederet, aiebat: *Si mihi non creditis, saltem operibus meis credite; ut cognoscatis quia ego in Patre et Pater in me.* Cum autem seipse pro nobis corporaliter oblaturus esset, quando ea de causa ascendit Ierosolymam, Discipulis suis aiebat: *Dormite iam et requiescite; ecce enim appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum.* Nam opera quidem effecere, ut verus Deus crederetur, mors autem eius palam fecit, eum revera corpus habere, ideoque iure Filium hominis dicebat eum esse, qui tradebatur. Verbum enim immortale et intactile et ipsissima vita est. Verum nec iis Pharisaei credebant, neque volebant ipsa filiorum suorum opera videre; quapropter eos rursum leniter coarguit Dominus his verbis: *Si ego in Beelzebulem eiicio daemonia, Filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in Spiritu Dei eiicio daemonia, profecto pervenit in vos regnum Dei.* Hic autem dixit *in Spiritu Dei*, non quod minor esset ipse Spiritu, nec quasi Spiritus ea in se operaretur, sed ut rursum declararet, se, cum Dei Verbum esset, per Spiritum omnia operari, auditoresque doceret, se, cum Spiritus opera Beelzebuli adscriberent, in ea operantem Spiritum blasphemare. Etenim haec cum dicit, ostendit, eos non ex ignorantia sed sponte sua se in hanc evidentissimam blasphemiam implicasse, nec erubuisse, quod ea opera, quae vel ipsi Dei esse compertum haberent, amentes Beelzebuli adscripsissent atque ab impuro spiritu facta asseverassent. P. 711.

Reg. et Seguer. quos sequimur *εἰργάζετο*. Editi et alii *εἰργάσατο*. Paulo post Reg. *πιστεύητε*. Ibid. *μου* post *ἔργοις* deerat in editis, sed habetur in Reg. et Seguer. Ibidem Seguer. *πιστεύητε*.

c. Anglic. *αὐτοῦ*. Id. mox post *ὁπηνίκα* habet *καί*. Paulo post Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *ἔλεγε κατιδίαν τοῖς μαθηταῖς* omisso *αὐτοῦ*. Ibidem Reg. Seguer. edit. Commel. et alii quidam codices *καθεύδετε*, et ita legitur in Graeco Evangelii textu. Edit. Paris. Gobler. et Felckm. 1. *καθεύδεσθε*. Ibid. *τό* deest in Reg. Seguer. et Basil. In aliis et in editis legitur.

d. Sic Reg. et Seguer. In aliis et editis *ὤν* deest. Mox edit. Paris. Reg. Seguer. et Anglic. *οἱ Φαρισαῖοι* (sed Seguer. de more *Φαρισσαῖοι*) et ita legit Nannius. Edit. Commel. *οἱ Ἰουδαῖοι*. Mox Reg. et Seguerian., quos sequi visum est, *οἱ υἱοί*. Alii et editi *οἱ λαοί*.

e. *καί* deest in Reg. et Seguer. In aliis et editis legitur.

f. Reg. et Seguer. soli *αὐτῷ ἐνεργοῦντος* omisso *ἐν αὐτῷ*.

g. Anglic. *διδάξει*.

h. Haec *τοσούτῳ τὸν χορηγοῦντα δυσφημοῦσι* desunt in Basil. Mox Reg. et Seguer. *καὶ γὰρ καὶ τοῦτο*. In editis et reliquis *καί* postremum deest.

i. Reg. *αἰσχύνοντο*, perperam.

k. *ὄντα* deest in Reg. Seguer. Gobler. et Felckm. 1., in editis et aliis legitur.

P. 712. 21. Πῶς οὖν [a] ταῦτα τολμῶντες ἔτι δύνανται τοὺς Ἕλληνας αἰτιᾶσθαι πλάττοντας εἴδωλα καὶ θεοὺς ὀνομάζοντας αὐτά; ὅμοια γὰρ καὶ τὰ αὐτῶν τῆς ἐκείνων μανίας, ἢ τάχα καὶ μείζονα τὰ τούτων τολμήματα τυγχάνει ὄντα, ὅτι καίπερ νόμον περὶ τούτου λαβόντες διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἠτίμασαν. τί δὲ τοιαῦτα βλασφημοῦντες ποιήσουσιν, ὅταν ἀναγινώσκωσι τὸν προφήτην Ἡσαΐαν[1]), καὶ ἀκούσωσι τὰ σημεῖα τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας εἶναι τυφλῶν ἀνάβλεψιν, χωλῶν περίπατον, ἀλάλων λαλιάν, νεκρῶν [b] ἀνάστασιν, λεπρῶν θεράπειαν καὶ κωφῶν ἀκοῆς ἄνοιξιν; ἄρα γὰρ καὶ τούτων τίνα θελήσουσιν εἶναι τὸν ποιητήν; τὸν μὲν γὰρ θεὸν λέγοντες ἑαυτοὺς διελέγξουσιν ἀσεβήσαντας εἰς τὸν κύριον, ἃ γὰρ ὁ προφήτης [c] προβλέπων εἴρηκε, ταῦτα παρὼν αὐτὸς ὁ κύριος πεποίηκεν· ἐὰν δὲ ὡς προπετείᾳ προληφθέντες τολμήσωσιν εἰπεῖν κἀκεῖνα ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ [d] γίνεσθαι, φοβοῦμαι μὴ κατ' ὀλίγον ἐν ἀσεβείᾳ προκόπτοντες καὶ ἀναγινώσκοντες· τίς ἔδωκε στόμα ἀνθρώπῳ; καὶ τίς ἐποίησε δύσκωφον καὶ κωφόν, [e] βλέποντα καὶ τυφλόν[2]); καὶ τὰ ὅμοια τούτοις μανέντες πάλιν εἴπωσι τὸν Βεελζεβοὺλ εἶναι καὶ ταύτας τὰς φωνάς. ᾧ γὰρ τὴν τοῦ ἀναβλέπειν χάριν διδόασι, τούτῳ καὶ τὴν τοῦ μὴ βλέπειν αἰτίαν αὐτοῖς ἀνάγκη διδόναι, ἀμφότερα γὰρ τὸν αὐτὸν ποιεῖν εἴρηκεν ὁ λόγος. πάντως δὲ τοῦτο λέγοντες φρονήσουσί ποτε καὶ δημιουργὸν εἶναι τὸν Βεελζεβοὺλ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, [f] τοῦ γὰρ ποιοῦντός ἐστιν ἔχειν καὶ τὴν τῶν γινομένων ἐξουσίαν (τοῦ γὰρ Μωσέως εἰρηκότος· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ ἐν εἰκόνι θεοῦ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον[3]), καὶ Δανιὴλ παῤῥησιαζόμενος τῷ Δαρείῳ [g] λέγων· οὐ σέβομαι εἴδωλα χειροποίητα, ἀλλὰ ζῶντα θεὸν τὸν κτίσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ ἔχοντα πάσης σαρκὸς [h] κυρείαν[4]))· εἰ μὴ ἄρα πάλιν μεταβαλλόμενοι λέγοιεν τὸ μὲν μὴ βλέπειν καὶ χωλεύειν καὶ τὰ ἄλλα πάθη ἐξ ἐπιτιμίας τοῦ δημιουργοῦ γίνεσθαι, τὴν δὲ λύσιν τούτων καὶ τὴν εἰς τοὺς πάσχοντας εὐεργεσίαν τὸν Βεελζεβοὺλ ἐργάζεσθαι. ἀλλὰ τοῦτο κἂν ἐξετάζειν λίαν [i] εὔηθές ἐστι· μαινομένων γὰρ καὶ πλέον παρεξεστηκότων ἐστὶν ἡ τοιαύτη μετὰ ἀσεβείας μωρολογία, ὅτι μηδὲ ... κρείττονα κατὰ σύγκρισιν τῷ θεῷ ἀλλὰ τῷ Βεελζεβοὺλ διδόασιν οἱ παράφρονες. καὶ γὰρ οὐ μέλει τούτοις λυμαίνεσθαι τῶν θείων γραφῶν τὰ δόγματα, ἵνα μόνον ἀρνήσωνται τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν

1) Esa. 35, 5; 29, 18. 2) Exod. 4, 11. 3) Gen. 1, 1. 27. 4) Bel Draco. 5 [Dan. 14, 4. Vulg.].

Mox Reg. ἀνετίθεσαν αὐτά, Seguer. ἀνετίθεσαν αὐτῷ. Editi et reliqui ἀνατιθέασιν αὐτά.

a. Reg. Seguer. Basil. et Felckm. 2. τοιαῦτα. Alii et editi ταῦτα. Mox R... et Seguer. πλάττοντες. Sed in posteri... correctum est πλάττοντας. Paulo post S... ὀνομάζοντες, sed correctum ὀνομάζοντα...

21. Quo pacto igitur qui talia audent possunt adhuc Gentiles P.711. incusare, quod idola a se conflata deos nuncupent? Paria sunt enim P.712. horum gesta illorum insaniae, imo forte graviora sunt horum facinora; qui licet de hoc legem acceperint, per legis transgressionem Deum affecerunt contumelia. Quid autem qui talia blasphemant acturi sunt, cum Esaïam Prophetam legerint, et audierint Christi adventus signa haec esse, ut caecis visus, claudis gressus, mutis loquela, mortuis resurrectio, leprosis curatio tribuatur, surdis aures aperiantur? Quemnam horum auctorem esse volent? Si enim Deum dicant, sese impietatis in Dominum coarguent, nam quae futura prospiciens Propheta dixit, haec ipsa praesens ipse Dominus operatus est; sin petulantia praeoccupati dicere ausint, ipsa quoque in Beelzebule facta esse, metuo ne paulatim in impietatem progressi, ubi legerint: *Quis dedit os homini? Et quis fabricatus est mutum et surdum, videntem et caecum?* et his similia, insanientes rursum dicant, has quoque voces Beelzebulis esse. Nam cui gratiam restituti visus tribuunt, huic et non videndi causam adscribant oportet; utrumque enim ab eodem factum esse declaratum est. Qui si profecto haec dicere ausint, tandem censebunt humanae naturae conditorem esse Beelzebulem. Conditoris quippe est, ut res conditas habeat in sua potestate. Ut enim Moyses dixit: *In principio fecit Deus caelum et terram,* et *ad imaginem Dei fecit Deus hominem,* ita quoque Daniel libere Darium affatus est: *Non veneror idola manufacta, sed viventem Deum, qui creavit caelum et terram et habet potestatem omnis carnis*; nisi rursus mutata sententia dixerint, caecitatem, claudicationem ac caetera corporis vitia a conditoris correptione proficisci, at horum curationem et erga hos qui affliguntur beneficentiam a Beelzebule praestari. Verum haec vel disquirere valde insanum est; furentium enim et plusquam mente captorum est impiissima eiusmodi stultiloquentia. In ea siquidem comparatione potiora non Deo, sed Beelzebuli adscribunt insani. Nihil enim curant divinarum Scripturarum dogmata labefactare, modo negent Christi adventum.

b. Gobler. et Felckm. 1. *ἀνάστασιν, καὶ τὰ λοιπά; ἄρα γὰρ καί.* Ibid. post *θεραπείαν* deest *καί* in Reg. et Seguer.

c. Reg. et Seguer. soli *βλέπων.* Mox Reg. Seguer. et Felckm. 1. et 2. post *πεποίηκε* habent *ἄν* pro *ἐάν.*

d. Reg. et Seguer. *λέγεσθαι.* Gobler. et Felckm. 1. *γίνεσθαι λέγεσθαι.* Editi et alii rectius *γίνεσθαι* tantum.

e. *καὶ βλέποντα* Reg. et Seguer.

f. Seguer. Gobler. et Felckm. 1. *τοῦτο γάρ,* minus recte. Mox Reg. Seguerian. Gobler. et Felckm. 1. *γενομένων.* Editi et ceteri *γινομένων.*

g. Goblerian. et Felckm. 1. *φησίν* pro *λέγων.*

h. Reg. et Seguer. *κυρία.* Paulo post Seguer. non habet *μέν.*

i. Gobler. et Felckm. 1. sic habent hunc locum: *εὐηθές ἐστιν ἡ τοιαύτη γὰρ μετὰ ἀσεβείας μωρολογία μαινομένων καὶ παρεξεστηκότων ἐστὶν, ὅτι μὴ δὲ τά,* multis omissis. Post *παρεξεστηκότων* edit. Paris. habet *ἔτι* pro *ἐστίν.*

P. 712. 22. Ἔδει δὲ τοὺς πονηροὺς ἢ μηδὲ ἐκ τῶν σωματικῶν [a]ἐξα-
σθενεῖν αὐτοὺς ὡς ἄνθρωπον τὸν κύριον ἢ δηλονότι καὶ ἐκ τῶν
ἔργων θεὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν ἀληθινόν· ἀλλὰ πάντα διεστραμμέν
ἔπραττον, ἄνθρωπον μὲν βλέποντες ὡς ἀνθρώπῳ ἐλοιδοροῦν
ἔργα δὲ θεϊκὰ θεωροῦντες ἠρνοῦντο τὴν θεότητα καὶ προςέτρε
P. 713. τῷ διαβόλῳ, οἰόμενοι ὅτι ταῦτα τολμῶντες διαδρᾶναι δυνήσον
ὥςτε μὴ κριθῆναι παρ' αὐτοῦ τοῦ ὑβριζομένου παρ' αὐτῶν λό
οἱ μὲν οὖν ἐπαοιδοὶ καὶ μάγοι καὶ φαρμακοὶ τοῦ Φαραὼ καὶ
πλεῖστα ἐπιχειρήσαντες ὅμως βλέποντες τὰ διὰ [b]Μωσέως σ
μεῖα κάθυφῆκαν καὶ νῶτα δεδώκασι, λέγοντες δάκτυλον εἶ
θεοῦ τὸν ταῦτα ποιοῦντα[1])· οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματ
ὅλην τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ βλέποντες ἐργαζομένην καὶ πλεί
καὶ μείζονα θεωροῦντες ἐκείνων τὰ δι' [c]αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος
νόμενα τὸν Βεελζεβοὺλ ἔλεγον ταῦτα ποιεῖν, ὃν καὶ οἱ μάγοι
τοι ἴδιον αὐτῶν ὄντα ὅμως ὡμολόγουν [d]μὴ δύνασθαι μηδὲ
τούτων ἐλάττονα ποιεῖν. τίς οὖν ὑπερβολὴ τῆς τούτων μανίας
πεῖν; ἢ τίς, ὡς εἴρηκεν ὁ προφήτης[2]), ὁμοιῶσαί τι ταῖς τούτ
ἀσεβείαις δυνήσεται; ἐδικαίωσαν γὰρ [e]ἐξ ἑαυτῶν καὶ Σοδ
καὶ νενικήκασι μὲν τὴν Ἑλλήνων ἀγνωσίαν, ὑπερβάλλουσι δὲ
τῶν μάγων τοῦ Φαραὼ τὴν ἀλογίαν, καὶ πρὸς [f]μόνους τοὺς Μα-
μανίτας ἔχουσι τὴν σύγκρισιν, ἀλλήλοις εἰς τὴν αὐτὴν
συμπίπτοντες. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ βλέποντες διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ
πατρὸς ἔργα τῷ Βεελζεβοὺλ [g]ἀνατιθέασιν αὐτά, Ἀρειανοὶ δὲ
αὐτοὶ τὰ αὐτὰ βλέποντες ἔργα τοῖς κτίσμασι συναριθμοῦσι
ταῦτα ποιοῦντα κύριον, φάσκοντες ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι
οὐκ ἦν πρὶν γένηται. καὶ οἱ μὲν Φαρισαῖοι θεωροῦντες τὸν κτ
ἐν σώματι διεγόγγυζον λέγοντες· διατί σὺ ἄνθρωπος ὢν πο
[h]σεαυτὸν θεόν[3]); οἱ δὲ χριστομάχοι βλέποντες αὐτὸν πάσχοντα
κοιμώμενον βλασφημοῦσι λέγοντες· ὁ ταῦτα ὑπομένων οὐ δύνα
[i]θεὸς ἀληθινὸς καὶ ὁμοούσιος εἶναι τοῦ πατρός. καὶ ὅλως ἄν
ἐξετάζειν ἐκ παραλλήλου βούλοιτο τὰς ἀμφοτέρων κακονοίας,
ρήσει, καθὰ προεῖπον, εἰς τὴν κοιλάδα τῆς ἅλυκῆς [k]παρου
συμπίπτοντας αὐτοὺς ἀλλήλοις[4]).

23. Διὰ τοῦτο γὰρ [l]κἀκείνοις καὶ τούτοις ἀσύγγνωστον ἐστ

1) Exod. 8, 19. 2) [?] 3) Ioan. 10, 33. 4) Genes. 14, 10.

